FULLER

PHARMACOPŒJA

A
47
485

20 xs

C-III-22
D. 615.11
(1)
12
D-21
615.11
FULL
GRANADA
A
47
485

20 xs

C-III-22
C. D. 615. 11
(1)
12
2-21
615.11
FULL
BIBLIOTECA ... GRANADA
Sala: A
47
485

(1)

# PHARMACOPŒIA EXTEMPORANEA

*SIVE*

## PRÆSCRIPTORUM CHILIAS,

In qua Remediorum elegantium, & efficacium Paradigmata, ad omnes fere medendi intentiones accommodata, candide proponuntur;

CUM VIRIBUS OPERANDI, RATIONE, DOSIBUS, ET INDICIBUS ADNEXIS.

*PER*

THOMAM FULLER M. PHY.

EDITIO NOVA CÆTERIS EMENDATIOR,

*CUI ADDUNTUR TABULA SMARAGDINA*

PHILIPPI FRAUNDORFFER,

THESAURUS LUDOVICIANUS,

A C

*ENCHIRIDION MEDICUM PRACTICUM*

JOSEPHI JACKSONII.

R 1.377

VENETIIS MDCCXC.
Apud Josephum Orlandelli,
NOMINE q. FRANCISCI EX NICOLAO PEZZANA:
*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*

TYRONIBUS, AC PHARMACOPHILIS

# JACOBUS PANZANIUS

## MEDICUS PH.

Fullerianam certe Pharmacopejam usui pene communi plurimis abhinc annis extitisse, & omnes sciunt, & novis identidem typis successiva ipsius reparatio nos edocet. Id tamen in editionibus recudendis mali evenerat, quod consueta illa Typographorum incuria innumeris, tum quoad doses, tum quoad res ipsas, erroribus plena usque adhuc invaluit. Hos vero nova hac editione, quantum opus ferebat, sedulo expungere, atque eliminare decretum est: quod, licet labore improbo, assequi nihilominus potuise, quodammodo existimo. Quid autem boni ex tanta exercitationis industria oriturum sit, ii judicent, qui accuratæ Typographiæ utilitatem callent, mendorumqe inimici sunt.

Scio quidem, nonnullos nimiæ simplicitatis excultores Formularum specimina irridere; at hi cum Werlhoffio, aliisque cogitent, Medico universam rerum naturam patere, cunctas officinarum præparationes exhiberi, chemicasque corporum metamorphoses in auxilium venire. Fullerianum profecto opus non inutilia, sed optima, rationique consona in morbis remedia profert, quarum usus, & operandi modos satis explicat, ut cum ægrotantium levamine Medicum operosum habeamus. Eam ego semper Medicorum inertiam

abhorrui, qua mortem non raro per expectationem agunt; novi enim, Medicina & scientiam activam & artem effectricem, præſidiiſque bene multis refertam eſſe, ut diligens opificum ſolertia plurimas ægritudines ablegare, nonnullaſque alias palliare poſſit.



PRÆ-

# PRÆFATIO AUCTORIS AD LECTOREM.

UT *Theoriæ Finis est Praxis; ita Praxeos Ultimum est Præscriptio: ideoque, licet qui nil, præter medicamenta jactat, pro Empirico habendus sit; qui tamen apposite præscribere nescit, Medici nomine prorsus indignus est. Circa hoc vero, Tyrones, & quicumque Medicinam ex rapto factitant quam turpiter se gerant, Filium (quod vocant) Pharmacopœorum nimis edocet. Deus bone! quanta Inscitiæ specimina, Negligentiæ portenta, Medicorum opprobria, & Ægrorum nocumenta, in Officinis suspensa doluimus, horruimus! Est ubi non tantum ægre Fabrilia, & odiose Injucunda; sed Ineffi-*

cacia; sed Aliena; sed Periculosa ( ne dicam Perniciosa ) præscribi videas. Subinde Formulam, farragine plusquam Mithridatica, suffarcinatam, Rebusque male congruentibus adeo confusam observes; ut, qualem sit habitura Effectum nemo Medicorum certo pronunciare possit. Aliquando absurde adeo violatas Pharmaciæ Leges animadvertas, ut Præscriptor vel ipsis Pharmacopœorum Pueris ridiculus fiat, eorumque castigationibus opus habeat. Omnes Præscribentium Enormitates exposuisse, & merito vellicasse, longum esset: Patiantur vero hujus ævi Medici, ut aliud quoddam Praxeos Incommodum, inauspicato introductum, iis, si non exprobrem, saltem conquerar. Ex quo enim Veterum inconditam Præscribendi luxuriem immodice aversantes, Materiæ Medicæ limites ultra fas contraxere, & Formulis nimis paucis, & tritis, Praxin oscitanter moliti sunt; non difficile fuit Medicastris, tam Erraticis, quam Officinalibus, istiusmodi Præscripta transcribexe, Libellosque Medicamentarios conficere; quorum ope, Decumbentium cubicula præfricta fronte passim infertant, & Recepta ( quibus uti nesciunt ) perniciose venditant: Atque Docti interim, & Experti, vel prorsus excluduntur, vel sero nimis accersentur. Si cuipiam ergo Cordi, & Curæ est, ut Medicinæ prisca dignitas restituatur, & Æsculapii Templum Ardrlionibus repurgetur, jejuna hac Praxi dimissa, Magnifice Præscribat; Pulchre Variet; & Empiricorum captum Superet, necesse est.

Ut hoc Præclarum Opus ( quantum in me est ) promoveam; & Artem Præscribendi reformem, hujus est Opusculi In-

*Institutum; Illique, quo a Pharmacopœiis aliis, quæ reme-
dia non extempore sumenda, sed officinis asservanda exhibent
apte distinguam, Pharmacopœjæ Extemporaneæ titulum indidi.
Anergo(non ut Agyrtis Receptula; sed ratione utentibus Ad-
minicula suppeditem) Præscriptorum (uti spero) Elegan-
tium, & Efficacium, ad omnes fere Medendi Intentiones ac-
commodatorum, hac Editione, Chiliada tibi sisto; hisque
Plura nusquam posthac superaddere statuo. Nil interim
(Lector benevole) quasi Nostrum, & Infallibile magistra-
liter tibi obtrudo: sed Paradigmata solum, quæ Imiteris,
aut Superes, quæque, aut Mutata, aut Integra, in usum
depromas, candide propono. Horum pleraque, ipsemet exper-
tus sum, degustavi, & sæpius emendavi. Pauca ex opti-
mæ notæ Authoribus decerpsi; Quædam ab Amicis impetra-
vi; Partem vero longe maximam e praxi propria selegi. In
Hisce componendis, Quoad Materiam Medicam, quæ ma-
xime viderentur Efficacia, Tuta, Jucunda, & facile Para-
bilia, diligenter cooptavi. Quoad Formulas, Simplicium
Paucitati, Proportioni exactæ; Totiusque Concinnitati, ope-
ram dedi. Deinde, quoniam apud singulorum palata gra-
tiam inirem, necnon Prescribendi campum latius extenderem,
amplæ Remediorum Copiæ studiu, multiplicemque Varietatem
adduxi. Denique, quo Mercenariorum istorum Homuncionum,
qui ad stipem, & victum quæritandum, Libros Latine scri-
ptos vulgari idiomate vertere, sæpiusque suis notatiunculis,
& (si Diis placet) Emendationibus misere defœdatos e-
dere solent; Horum, inquam, injuriis, quo minus pateam,*

* 4 De-

*Doses, Vires, & Usus adnotare coactus sum. In hisce autem enarrandis, summe cavi, ne vanas Laudes unqam accumularem; sed genuinas Virtutes fideliter explicarem, easque non nude, & Empirice traderem; sed una cum Ætiologia, Monitisque Practicis; tam a Memetipso excogitatis, quam ab Authoribus mutuatis, frequenter illustrarem. Atque hæc sunt, quæ de hujus libelli instituto. & usu præfanda esse censui.*

Perfacile est, ajunt, Medicamina scribere cuivis.
Esto; sed haud facile est scribere Chiliada.
Qui mihi non credit, faciat, licet, ipse periclum:
Mox discet, studiis æquior esse meis.

# CATALOGUS REMEDIORUM.

| Pag. | Numer. | | |
|---|---|---|---|
| 1 | 1 | Acetum | Chalybeatum |
| | 2 | Aqua | Balsamica |
| | 3 | | Bardanæ comp. |
| | 4 | | Chalyb. noſt. |
| 2 | 5 | | Fimi |
| | 6 | | Junip. comp. |
| | 7 | | Limac, Scorb. |
| 3 | 8 | | —— Pector. |
| | 9 | | Millepedum |
| | 10 | | Scelotyrbica |
| 4 | 11 | Balnnm Balneum | |
| | 12 | Balsamum | Arthrit. |
| | 13 | | Mirabile |
| 5 | 14 | | Nephriticum |
| | 15 | | Schefferi |
| | 16 | Bolus | Balsamicus |
| | 17 | | Cardiacus |
| 6 | 18 | | de Caſsia |
| | 19 | | ad Caſum |
| | 20 | | Chalybeatus |
| | 21 | | Luteus |
| | 22 | | Purgans communis |
| | 23 | | Sudoriferus |
| | 24 | | Vermifugus |
| | 25 | Cataplaſma | Amarum |
| | 26 | | Anginoſum |
| | 27 | | de Caſsia |
| | 28 | | de Cymino |
| 8 | 29 | | Diaſinapeos |
| | 30 | | de Halecibus |
| | 31 | | Hydropicum |
| | 32 | | de Iride |
| | 33 | | Laterale |
| | 34 | | de Ovis |
| 9 | 35 | | Papaverinum |
| | 36 | | de Pomis |
| | 37 | | de Raphano |
| | 38 | | de Rapis |

| Pag. | Num. | | |
|---|---|---|---|
| | 39 | Cataplasma | Sambucinum |
| | 40 | | de Sedo |
| | 41 | | Stomachicum |
| | 42 | | de Succis |
| | 43 | | Suppedale |
| | 44 | | de Tellis |
| 11 | 45 | | de Terra Cimolia |
| | 46 | | Theriacale |
| | 47 | | Vomitum Sedans |
| | 48 | Candela | Cordialis |
| | 49 | | 1 Restaurans |
| 12 | 50 | | 2 |
| | 51 | Cerevisia | Amaro-Aromatica |
| | 52 | | Antimonialis |
| | 53 | | Aperiens |
| | 54 | | Arthritica |
| 13 | 55 | | Aſtringens |
| | 56 | | de Baccis |
| | 57 | | 1 ad Cancrum |
| | 58 | | 2 |
| 14 | 59 | | Cephalica |
| | 60 | | Chalybeata |
| 15 | 61 | | Chloretica |
| | 62 | | de Dauco |
| | 63 | | Diuretica |
| | 64 | | Epileptica |
| 16 | 65 | | Hydropica |
| | 66 | | Hysterica |
| | 67 | | Icterica |
| | 68 | | Juniperina |
| | 69 | | e Lignis |
| 17 | 70 | | Pectoralis |
| | 71 | | Purgans |
| | 72 | Carevisia | —— Antimon. |
| | 73 | | —— Hydropica |
| 18 | 74 | | —— Pro Puerulis |
| | 75 | | ad Rachitidem |
| | 76 | | Scorbut. attemper. |
| | 77 | | —— calida |
| 19 | 78 | | —— Extempor. |
| | 79 | | ad Scrophulas |
| | 80 | | Splanchnica |
| | 81 | | Splenetica |

| *Pag.* | *Num.* | | |
|---|---|---|---|
| 20 | 82 | Cibus | albus |
| | 83 | Cucupha | |
| | 84 | Decoctum | Acetosæ |
| | 85 | | Agarici |
| | 86 | | Allii |
| 21 | 87 | | Althææ |
| | 88 | | Amaro-Aromat. |
| | 89 | | Antihelminthicum |
| | 90 | | Aperiens |
| 22 | 91 | | Astringens |
| | 92 | | Balsamicum |
| | 93 | | Bardanæ |
| | 94 | | Berberum |
| | 95 | | Cachecticum |
| 23 | 96 | | ad Cancrum |
| | 97 | | Cannabinum |
| | 98 | | Catarrhale |
| | 99 | | Catechu simpl. |
| | 100 | | —— comp. |
| 24 | 101 | | Cephalicum |
| | 102 | | Cerevisiatum |
| | 103 | | Chamedyteos |
| | 104 | | Clysterisans |
| | 105 | | Coccineum |
| 25 | 106 | | Coprogogum |
| | 107 | | Corallinæ |
| | 108 | | Cynoglossi |
| | 109 | | Depurans |
| | 110 | | Diureticnm |
| 26 | 111 | | —— Cathart. |
| | 112 | | Edulcorans |
| | 113 | | Emmenagogum |
| | 114 | | Equiseti |
| 27 | 115 | | Expectorans |
| | 116 | | Febrifug. Amar. |
| | 117 | | —— Magist. |
| 28 | 118 | | —— Salsum |
| | 119 | | Fracastorii |
| 23 | 120 | | —— tenue |
| | 121 | | Glycyrrhitiæ |
| | 122 | | Hystericum |
| | 123 | | Ictericum |
| 29 | 124 | | Incrassans |

| *Pag.* | *Num.* | | |
|---|---|---|---|
| | 125 | Decoctum | Cortic. Jugland. |
| | 126 | | —— Purg. |
| | 127 | | Juniperi |
| 30 | 128 | | —— comp. |
| | 129 | | Liberans |
| | 130 | | e Lignis |
| | 131 | | Lusitanicum |
| 31 | 132 | | Malacense |
| | 133 | | Malvæ Magistr. |
| | 134 | | Mastichinum |
| | 135 | | Millefolii |
| 32 | 136 | | ad Mors. Canis rabidi |
| | 137 | | Nephriticum |
| | 138 | | Neuroticum |
| | 139 | | Pacificum |
| | 140 | | —— Hystericum |
| | 141 | | Passulatum |
| 33 | 142 | | Pectorale |
| | 143 | | —— Balsamic. |
| | 144 | | Phthisicum |
| 34 | 145 | | Pleuriticum |
| | 146 | | Pæoniæ comp. |
| | 147 | | Psoricum |
| | 148 | | Purgans commune. |
| | 149 | | Quercinum |
| 35 | 150 | | Raparum |
| | 151 | | Rosarum |
| | 152 | | Sacrum |
| 36 | 153 | | —— Sedativum |
| | 154 | | Sanctum |
| | 155 | | —— Purgans |
| | 156 | | Sarsæ |
| 37 | 157 | | Scelotyrbicum |
| | 158 | | Scorzoneræ |
| | 159 | | ad Scrophulas |
| 38 | 160 | | Sistens |
| | 161 | | Splanchnicum |
| | 162 | | Spleneticum |
| | 163 | | Stypticum |
| 39 | 164 | | Tamarindorum |
| | 165 | | Tartarisatum |
| | 166 | | Tartarisatum Purgans |
| | 167 | | Totutanum |

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| | 168 | Decoctum | Traumaticum |
| | 169 | | Trifolii |
| 40 | 170 | | Tariolosum |
| | 171 | | Urticæ Acidum |
| | 172 | | —— Ascalisatum |
| | 173 | Elæosavch. | Cardiacum |
| 41 | 174 | Electuar | contra Abortum |
| | 175 | | Acidum |
| | 176 | | 1. Analepticum |
| | 177 | | 2. |
| | 178 | | ad Aph thas |
| | 179 | | Apoplegmat. |
| 42 | 180 | | Astringens |
| | 181 | | Balsamicum |
| | 182 | | Boyleanum |
| | 183 | | Camphoratum |
| 43 | 184 | | Cardiacum calidum |
| | 185 | | —— temperat. |
| | 186 | | Carminativum |
| | 187 | | Cephalicum |
| | 188 | | Cinnabarinum |
| 44 | 189 | | de Cinnamomo |
| | 190 | | de Colophonia |
| 45 | 191 | | Corinthiacum |
| | 192 | | Cretaceum. |
| 46 | 193 | | de Curcuma |
| | 194 | | Diasulphuris |
| | 195 | | Expectorans |
| | 196 | | ad Herniam |
| | 197 | | Hydropicum |
| | 198 | | Hystericum |
| 47 | 199 | | Ictericum |
| | 200 | | Laxans |
| | 201 | | Lucatelli |
| | 202 | | Magnum |
| | 203 | | de Malva |
| | 204 | | de Manna |
| 48 | 205 | | Martis |
| | 206 | | Mastichinum |
| | 207 | | de Mentha |
| 49 | 208 | | Minerale |
| | 209 | | de Myrrha |
| | 210 | | Nephriticum |

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| | 211 | Electuar. | Pectorale |
| 50 | 212 | | Peruvianum |
| | 213 | | —— Astring. |
| | 214 | | —— Epilept. |
| 51 | 215 | | de Pœonia |
| | 216 | | Poterii |
| | 217 | | Purgans |
| | 218 | | Quadratum |
| | 219 | | Regium |
| 72 | 220 | | de Rhabarbaro |
| | 221 | | Rosatum |
| | 222 | | Sanans |
| | 223 | | de Sarsa |
| | 224 | | de Satyrio |
| 53 | 225 | | Scorbut. cali. |
| | 226 | | —— temper. |
| | 227 | | de Sinapi |
| | 228 | | Spirituosum |
| | 229 | | Splanchnicum |
| 54 | 230 | | Stypticum |
| | 231 | | Tamarindinatum |
| | 232 | | Tartarisatum |
| 55 | 233 | | Terebinthinatum |
| | 234 | | de Visco |
| | 235 | | 1. de Zedoaria |
| | 236 | | 2. |
| | 237 | | de Zinzibere |
| 56 | 238 | Elixir | Catharticum |
| | 239 | | Cinnamomi |
| | 240 | | Caryophillatum |
| | 241 | | Stomachicum |
| | 242 | | Volatile |
| | 243 | Emeticor. | Formulæ |
| 57 | 244 | Emplastr. | de Albo |
| | 245 | | Aloeticum |
| | 246 | | Anginosum |
| 58 | 247 | | Anodynum |
| | 248 | | Apoplecticum |
| | 249 | | Armoniacum |
| | 250 | | Arthriticum |
| 59 | 251 | | Balsamicum |
| | 252 | | Carminativum |
| | 253 | | Cephalicum |

| Pag. | Numer. | | |
|---|---|---|---|
| | 254 | Emplastr. | Dorsale |
| 60 | 255 | | Epispasticum |
| | 256 | | Excitans |
| | 257 | | Farinaceum |
| | 258 | | Febrifugum |
| | 259 | | Gravidarum |
| 61 | 260 | | Hydropicum |
| | 261 | | Ictericum |
| | 262 | | Ischiadicum |
| | 263 | | ad Languores |
| | 264 | | Laterale |
| | 265 | | ad Lumbaginem |
| 62 | 266 | | de Majorona |
| | 267 | | Mastichinum |
| | 268 | | de Mercurio crudo |
| | 269 | | Nephriticum |
| | 270 | | Nuchale |
| | 271 | | Pectorale |
| 63 | 272 | | Pleuriticum |
| | 273 | | Puniceum |
| | 274 | | de Oyrethro |
| | 275 | | Roborans |
| | 276 | | Spinale |
| | 277 | | 1. Spleneticum |
| 64 | 278 | | 2. |
| | 279 | | 1. Stomachicum |
| | 280 | | 2. |
| | 281 | | Suppedale |
| | 282 | | pro Temporibus |
| 65 | 283 | | e Thure comp. |
| | 284 | | Volatile |
| | 285 | | —— fœtidum |
| | 286 | Emulsio | Arabica |
| | 287 | | Aſtmatica |
| 66 | 288 | | Balsamica |
| | 289 | | Brunneri |
| | 290 | | Cathartica |
| | 291 | | Communis |
| 67 | 292 | | Cordialis |
| | 293 | | de Cornu Cervi |
| | 294 | | Diuretica |
| | 295 | | Edulcorans |
| 68 | 296 | | Hysterica |

| Pag. | Numer. | | |
|---|---|---|---|
| | 297 | Emulsio | Pacifica |
| | 298 | | Pœoniata |
| | 399 | | Styptica |
| 69 | 300 | | Variolosa |
| | 301 | Enema | Amarum |
| 70 | 302 | | Anodynum |
| 71 | 303 | | Apoplecticum |
| | 304 | | Balsamicum |
| 72 | 305 | | Carminativum |
| 73 | 306 | | Colicum |
| 76 | 307 | | Commune |
| | 308 | | Confortans |
| 77 | 309 | | Corroborans |
| | 310 | | Dulce |
| | 311 | | Emolliens |
| 78 | 312 | | Febrifugum |
| | 313 | | Hystericum |
| | 314 | | pro infantibus |
| 79 | 315 | | Laxans |
| | 316 | | Leniens |
| | 317 | | de Malicorio |
| | 318 | Epithema | Nutriens |
| 80 | 319 | | Oleosum amarum |
| 81 | 320 | | e 4. Oleis |
| 82 | 321 | | Purgans |
| | 322 | | Refrigerans |
| | 323 | | Saponaceum |
| | 324 | | Somniferum |
| 83 | 325 | | Terebinthinaceum |
| 84 | 326 | | ad Tormina |
| | 327 | | de Verbasco |
| | 328 | | Aluminosum |
| 85 | 329 | | Anodynum |
| | 330 | | Avicennæ |
| | 331 | | de Calce |
| | 332 | | Cephalalgicum |
| | 333 | | Cordiale |
| | 334 | | Frontale aqueum |
| 86 | 335 | | Frontale lacteum |
| | 336 | | de Sacch. Saturni |
| | 337 | | Saponaceum |
| 87 | 338 | | Stomachicum |
| | 339 | Errhinum | Chemicum |

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| 87 | 340 | Errhinum | Detergens |
| | 341 | | de Elaterio |
| | 342 | | de Euphorbio |
| | 343 | Essentia | Solidum |
| | 344 | | e Succis |
| | 345 | | Vitriolicum |
| 88 | 346 | | Citrina |
| | 347 | | Cordialis Hysteric. |
| | 348 | Expressio | Asthmatica |
| | 349 | | Beccabungæ comp. |
| | 350 | | Icterica |
| 89 | 351 | | Millep. simp. |
| | 352 | | —— Icterica |
| | 353 | | —— ad Tussim |
| | 354 | | Pleuritica |
| 90 | 355 | | Pœoniata |
| | 356 | | Refrigerans |
| | 357 | | Rosarum |
| | 358 | | Scorbutica cal. |
| 91 | 259 | | —— temper. |
| | 360 | | Styptica |
| | 361 | Extractum | Pectorale |
| | 362 | Fotus | Amaricans |
| 92 | 363 | | Anodynus |
| | 364 | | ad Articul. dolores |
| | 365 | | Astringens |
| | 366 | | Camphoratus |
| 93 | 367 | | Colicus |
| | 368 | | Diureticus |
| | 369 | | Dysentericus |
| | 370 | | Emmenagogus |
| 94 | 371 | | ad Hæmorrhoid. dol. |
| | 372 | | —— flux. |
| | 373 | | ad Inflammationes |
| | 374 | | Lateralis |
| 95 | 375 | | Ophtalmicus |
| | 376 | | Pacificus |
| | 377 | | Podagricus |
| 96 | 378 | | Roborans |
| | 379 | | Sambucinus |
| | 380 | | Scorbuticus |
| | 381 | | Spirituosus |
| | 382 | | Spleneticus |

| Pag. | Numer. | | |
|---|---|---|---|
| 97 | 383 | Fotus | Stomachicus |
| | 384 | | ad Tympanitidem |
| | 385 | Frontale | |
| | 386 | Gargarisma | Anginosum |
| 98 | 387 | | Commune |
| | 388 | | Detergens |
| | 389 | | Emolliens |
| | 390 | | contra Fœtorem |
| 99 | 391 | | ad Hæmodiam |
| | 392 | | Lævigans |
| | 393 | | ad Linguæ ardorem |
| | 394 | | Mastichinum |
| | 395 | | 1. Myrrhisatum |
| | 396 | | 2. |
| | 397 | | Paralyticum |
| 100 | 398 | | ad Pituitam |
| | 399 | | Prunellorum |
| | 400 | | de Pyrethro |
| 101 | 401 | | Refrigerans |
| | 402 | | Rosatum |
| | 403 | | Scorbuticum |
| | 404 | | Sedativum |
| 102 | 405 | | de Sedo |
| | 406 | | Sinapinum |
| | 407 | | Variolosum |
| | 408 | | de Vite |
| | 409 | | ad Ulcera |
| 103 | 410 | | pro Uvula |
| | 411 | Helatina | Analeptica |
| 104 | 412 | Haustus | Alexipharmacus |
| | 413 | | Amarus |
| | 414 | | ad Arenulas |
| | 415 | | Astringens |
| 105 | 416 | | Bechicus |
| | 417 | | Camphoratus |
| | 418 | | Cardiacus |
| | 419 | | ad Casum |
| | 420 | | ad Catarrhum |
| 106 | 421 | | Cephalicus |
| | 422 | | Consolans |
| | 423 | | e Cynoglosso |
| | 424 | | e Diagridio |
| | 425 | | Diaphoreticus |

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| 108 | 426 | Haustus | Diureticus Acidus |
| | 427 | | —— Oleosus |
| 109 | 428 | | Epilepticus |
| | 429 | | ad Febr. Vulner. |
| | 430 | | Febrifugus |
| | 431 | | —— Riverii |
| 110 | 432 | | contra Fluorem |
| | 433 | | Hæmoptoicus |
| | 434 | | Hydragogus |
| | 435 | | Hystericus |
| | 436 | | Japonicus |
| | 437 | | Lacteus |
| 111 | 438 | | Nitrosus |
| | 439 | | Oleosus |
| | 440 | | Paregoric. comp. |
| | 441 | | —— refrig. |
| 112 | 442 | | Peruvianus |
| | 443 | | Pleuriticus |
| | 444 | | Præparans |
| | 445 | | Saccharinus |
| | 446 | | e Sale Volatili |
| | 447 | | Saponaceus |
| 113 | 448 | | Saturninus |
| | 449 | | Stypticus |
| | 450 | | Variolosus |
| | 451 | | contra Vomitum |
| | 452 | Hydrogala | Chartaceum |
| 114 | 453 | Hydromel | Asthmaticum |
| | 454 | | Calceum |
| | 455 | | cum Cerasis |
| | 456 | | Diureticum |
| | 457 | | Lævigans |
| 115 | 458 | | Joelis |
| | 459 | | 1. Pectorale |
| | 460 | | 2. |
| 116 | 461 | | Simplex |
| | 462 | | de Symphyto |
| | 463 | Infusum | Amarum |
| 117 | 464 | | —— Chalybeat. |
| | 465 | | Anthelminticum |
| | 466 | | Araldinum |
| | 467 | | Arthriticum |
| | 468 | | Cardiacum |

| Pag. | Numer. | | |
|---|---|---|---|
| | 469 | Infusum | Cephalicum |
| 118 | 470 | | Chamemæli |
| | 471 | | Colicum |
| | 472 | | Epilepticum |
| | 473 | | Hispanicum |
| 119 | 474 | | Purgans |
| | 475 | | Reserans |
| | 476 | | Rhabarb. Comp. |
| 120 | 477 | | Rosatum |
| | 478 | | e —— Comp. |
| | 479 | | Rubrum |
| 121 | 480 | | Stypticum |
| | 481 | | Traumaticum |
| | 482 | | Urticæ |
| | 483 | | Zedoariæ |
| 122 | 484 | Julapium | Acido dulce |
| 123 | 485 | | Alexiterium |
| | 486 | | Antemeticum |
| | 487 | | Astringens |
| 124 | 488 | | Aureum |
| | 489 | | Camphoratum |
| | 490 | | Carminativum |
| 125 | 491 | | Caryophyllatum |
| | 492 | | de Castoreo |
| | 493 | | Cephalicum |
| 126 | 494 | | Chalybeatum |
| | 495 | | Cordiale |
| 127 | 496 | | —— temperatum |
| | 497 | | Crocatum |
| | 498 | | Diureticum Acidum |
| 128 | 499 | | —— Aromat. |
| | 500 | | —— Nitrosum |
| 129 | 501 | | Emmenagogum |
| | 502 | | Epilepticum |
| | 503 | | Hystericum |
| 130 | 504 | | Idæum |
| | 505 | | Moscatum |
| | 506 | | —— Infantum |
| 131 | 507 | | Pectorale |
| | 508 | | Perlatum attemp. |
| | 509 | | —— Cordiale |
| | 510 | | —— Hystericum |
| 132 | 511 | | —— Phthisicum. |

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| | 512 | Julapium | Pleuriticum |
| | 513 | | Proprietatis |
| | 514 | | Puerperarum |
| 134 | 515 | | Refocillans |
| | 516 | | Refrigerans |
| | 517 | | Scorbuticum |
| | 518 | | de Sedo |
| 135 | 519 | | Splanchnicum |
| | 520 | | Stomachicum |
| | 521 | | Stypticum |
| 136 | 522 | | Succinatum |
| | 523 | | Volatile |
| | 524 | Jusculum | 1. Cancror. fluv. |
| | 525 | | 2. |
| 137 | 526 | | Consummatum |
| | 527 | | Galli |
| | 528 | | Phthisicum |
| 138 | 529 | Lapis | Alexiterius |
| | 530 | Lavament. | Hydropicum |
| | 531 | Laudanum | Hystericum |
| | 532 | Liniment. | Cephalicum |
| 139 | 533 | | Frontale |
| | 534 | | Hæmorrhoidale |
| | 535 | | Laterale |
| 140 | 536 | | Paralyticum |
| 141 | 537 | | Spinale |
| | 538 | | Volatile |
| | 539 | Linteum | Somniferum |
| | 540 | Litus | Aluminosus |
| | 541 | | ad Aphtas |
| | 542 | | Facialis |
| 142 | 543 | | Infantum |
| | 544 | | Joelis |
| | 545 | | de Lacca |
| | 546 | | de Calce |
| | 547 | | Hydropicum |
| 143 | 548 | Lohoch | de Allio |
| | 549 | | Anginosum |
| | 550 | | Apophlegmaticum |
| | 551 | | Asthmaticum |
| | 552 | | Balsamicum |
| 144 | 553 | | Bechicum |
| | 554 | | Commune |

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| | 555 | Loh och. | Enulatum |
| | 556 | | Haly |
| 145 | 557 | | Hæmoptoicum |
| | 558 | | Japonicum |
| | 559 | | Incrassans |
| | 560 | | Lævigans |
| 146 | 561 | | de Lino |
| | 562 | | Lucatelli |
| | 563 | | Mucilaginosum |
| | 564 | | Myrrhisatum |
| 147 | 565 | | Oleosum |
| | 566 | | de Olibano |
| | 567 | | Peruvianum |
| | 568 | | Pleuriticum |
| | 569 | | Puerperarum |
| | 570 | | ad Raucedinem. |
| | 571 | | Rubrum |
| 148 | 572 | | de Sperm. Cati. |
| | 573 | | Stypticum |
| | 574 | | Viride |
| | 575 | | Vitellinum |
| 149 | 576 | Lotio | Aromatica |
| | 577 | | Camphorata |
| 150 | 578 | | Cephalica |
| | 579 | | de Cerussa |
| | 580 | | ad Eruptiones |
| | 581 | | ad Erisipelas |
| | 582 | | Facialis |
| 151 | 583 | | Mercurialis |
| 152 | 584 | | Pedalis |
| 153 | 585 | Masticator | |
| | 586 | Mel | Passulatum |
| 154 | 587 | | Mayerne |
| | 588 | | Pectorale |
| | 589 | Mistura | Acustica |
| 155 | 590 | | Alcalisata |
| | 591 | | Ammoniaca |
| | 592 | | Apoplectica |
| 156 | 593 | | ad Arenulas |
| | 594 | | Aromatica |
| | 595 | | Asthmatica |
| | 596 | | Aurea |
| 157 | 597 | | Balsamica |

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| 158 | 598 | Miſtura | —— Cephal. |
| | 599 | | —— Gilead. |
| | 600 | | —— Nephrit. |
| 159 | 601 | | —— Pector. |
| | 602 | | —— Peruv. |
| | 603 | | Bechica |
| | 604 | | de Bolo |
| 160 | 605 | | Cardiaca Aquoſa |
| | 606 | | —— Edulcor. |
| | 607 | | Cardiaca Oleoſa |
| | 608 | | Carminativa |
| | 609 | | Carminativa Anod. |
| 161 | 610 | | Clyſteriſans |
| | 611 | | 1. Colica |
| | 612 | | 2. |
| | 613 | | ad Concretiones |
| | 614 | | Conſolans |
| 162 | 615 | | Corallata |
| | 616 | | Diaſulphuris |
| | 617 | | Diuretica |
| 163 | 618 | | Ecphractica |
| | 619 | | Epileptica |
| | 620 | | ad Eryſipelas |
| 164 | 621 | | 1. Expectorans |
| | 622 | | 2. |
| | 623 | | de Glycyrrhiza |
| | 624 | | ad Gulam |
| 165 | 625 | | Hyſterica Aquoſa |
| | 626 | | —— Spirit. |
| | 627 | | Juniperina |
| 166 | 628 | | Moſchata |
| | 629 | | ex Oculis Cancr. |
| | 630 | | ad Oris Ulcera |
| | 631 | | Oleoſa |
| | 632 | | Pacifica |
| 167 | 633 | | Papaverina |
| | 634 | | Paralytica |
| | 635 | | Pectoralis |
| 168 | 636 | | Peruviana |
| | 637 | | Plateri |
| | 638 | | Pleuritica |
| | 639 | | Puerperarum |
| | 640 | | Salina |

| *Pag.* | *Num.* | | |
|---|---|---|---|
| | 641 | Mistura | Saponacea |
| 169 | 642 | | Saturnina |
| | 643 | | Scorbutica |
| | 644 | | e Sperm. Ceti |
| | 645 | | Stomachica |
| | 646 | | Succinata |
| | 647 | | Tartarea |
| 170 | 648 | | Terebinth. |
| | 649 | | Thebaica |
| | 650 | | ad Tormina |
| | 651 | | Tabularis |
| | 652 | | Volatilis |
| | 653 | Nodulus | Hystericus |
| | 654 | Oleum | Acusticum |
| 171 | 655 | | Cephalicum |
| | 656 | | Paralyticum |
| | 657 | | Rhabarbari |
| | 658 | Oximel | Asthmaticum |
| 172 | 659 | | Chalybeatum |
| | 660 | | de Peto |
| | 661 | | Purgans Pector. |
| 173 | 662 | Passulæ | Anthelminthicæ |
| | 663 | | Laxativæ |
| | 664 | | Purgantes |
| 174 | 665 | Pasta | ad Aphtas |
| | 666 | | Gallica |
| | 667 | Pastilli | Odoriferi |
| | 668 | | Pessaria |
| | 669 | Petum | Phthisicum |
| 175 | 670 | Pila | Emmenagoga |
| | 671 | | Odontalgica |
| | 672 | Pilulæ | Alexiteriæ |
| | 673 | | de Allio |
| | 674 | | de Ambra |
| 176 | 675 | | Ammoniacæ Stomach. |
| | 676 | | Antemeticæ |
| | 677 | | Antiphtisicæ |
| | 678 | | de Apibus |
| | 679 | | Arthriticæ |
| | 680 | | Asthmaticæ |
| | 681 | | Astringentes |
| 177 | 682 | | Balsamicæ |
| | 683 | | Benedictæ |


684

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| | 684 | Pilulæ | Cacheticæ |
| 178 | 685 | | Camphoratæ |
| | 686 | | Carminativæ |
| 179 | 687 | | de Castoreo |
| | 688 | | Catarrhales |
| 180 | 689 | | Catholicæ |
| | 690 | | Cephalycæ |
| | 691 | | Chalibeatæ |
| | 692 | | —— Balsamicæ |
| | 693 | | —— Fœtidæ |
| | 694 | | —— Volatiles |
| 181 | 695 | | —— 1. Purgantes |
| | 696 | | —— 2. |
| | 697 | | e Cinnabari |
| | 698 | | ad Colluviem |
| | 699 | | e Coccinella |
| | 700 | | Colicæ |
| 182 | 701 | | Cratonis |
| | 702 | | Croceæ |
| | 703 | | Diachalciteos |
| 183 | 704 | | Diacurcumæ |
| | 705 | | Diaphoreticæ |
| 184 | 706 | | 1. Diureticæ |
| | 707 | | 2. |
| | 708 | | Dysentericæ |
| | 709 | | Ecphracticæ |
| | 710 | | Emmenagogæ |
| 185 | 711 | | Expectorantes |
| | 712 | | Febrifugæ |
| | 713 | | Gemmeæ |
| | 714 | | Gentianæ |
| | 715 | | Gileadenses |
| | 716 | | de Guajaco |
| 186 | 717 | | Halesanthinæ |
| | 718 | | Hydragogæ |
| | 719 | | Hystericæ |
| 187 | 720 | | Japonicæ |
| | 721 | | Ictericæ |
| | 722 | | Luteæ |
| | 723 | | de Mercurio crudo |
| 188 | 724 | | —— dulci |
| | 725 | | de Myrrha |
| | 726 | | Nephriticæ |

| *Pag.* | *Num.* | | |
|---|---|---|---|
| | 727 | Pilulæ | Nigræ |
| 189 | 728 | | de Olibano |
| | 729 | | Pectorales |
| | 730 | | Piceæ |
| | 731 | | Pleuriticæ |
| | 732 | | Polychrestæ |
| 190 | 733 | | Poterii |
| | 734 | | Poerperarum |
| | 735 | | Resinosæ |
| | 736 | | de Reo |
| 191 | 737 | | e Sale Chalyb. maj. |
| | 738 | | —— min. |
| | 739 | | Salinæ |
| | 740 | | Sanctæ |
| | 741 | | e Sanguine Drac. |
| | 742 | | Saturninæ |
| | 743 | | De Scammonio |
| | 744 | | ad Scrophulas |
| | 745 | | Smegmaticæ |
| 192 | 746 | | Solenandri |
| | 747 | | Spleneticæ |
| | 748 | | Stomachicæ |
| 193 | 749 | | —— Purg. |
| | 750 | | Stypticæ |
| | 751 | | Sulphureæ |
| | 752 | | Sylvii |
| | 753 | | Syncopales |
| | 754 | | e Terebinthina |
| 194 | 755 | | Testaceæ |
| | 756 | | Tolutanæ |
| | 757 | | Volatiles |
| | 758 | | —— Oleosæ |
| | 759 | Placentæ | Purgantes |
| | 760 | Potio | Alba |
| | 761 | | de Ammoniaco |
| 195 | 762 | | Colica |
| | 763 | | Lenitiva |
| | 764 | | Purgans Hydropica |
| | 765 | | Purgans Nephritica |
| | 766 | | —— Resinosa |
| | 767 | | de Rhabarbaro |
| 196 | 768 | | Sancta |
| | 769 | | Vulneraria Aroæi |

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| | 770 | Potio | VVarvvicenſis |
| 197 | 771 | Potus | Vinoſus Refrigerans |
| | 772 | Ptiſana | |
| | 773 | Pulvis | contra Abortum |
| | 774 | | Acidus |
| | 775 | | Alexipharmacus |
| 198 | 776 | | Ambræ comp. |
| | 777 | | Angelicæ comp. |
| | 778 | | Aniſi comp. |
| | 779 | | Anthelminthicus |
| | 780 | | —— Purg. |
| | 781 | | Arabicus |
| 199 | 782 | | Aromaticus |
| | 783 | | Arthriticus |
| | 784 | | Aſtringens |
| | 785 | | Aurantior. comp. |
| | 786 | | Balſamicus |
| | 787 | | Bezoart. noſter |
| | 788 | | Capillaris |
| 200 | 789 | | Cardialgicus |
| | 790 | | Carminativus |
| | 791 | | ad Caſum Catharti |
| | 792 | | Catharticus |
| | 793 | | Catholicus |
| | 794 | | Cephalicus |
| 201 | 795 | | Chalybeatus |
| 202 | 796 | | 1. Colicus. |
| | 797 | | 2. |
| | 798 | | Conſolidæ comp. |
| | 799 | | Contrayervæ comp. |
| | 800 | | Odontalgicus |
| | 801 | | Dentifric. Schroderi |
| 203 | 802 | | Diaphoreticus |
| | 803 | | Diaſulphuris |
| | 804 | | 1. Diureticus |
| | 805 | | 2. |
| | 806 | | Edulcorans |
| 204 | 807 | | Emmenagogus |
| | 808 | | Epidemius |
| | 809 | | Euphragii comp. |
| | 810 | | Febrifugus |
| 205 | 811 | | Filipendulæ comp. |
| | 812 | | Gravidarum |

| *Pag.* | *Numer.* | |
|---|---|---|
| | 813 | Pulvis de Gutteta |
| | 814 | Hemptoicus |
| | 815 | contra Hæmorrhagiam |
| | 816 | Halosanthinus |
| | 817 | ad Herniam |
| | 818 | Hipernicus |
| 206 | 819 | Hystericus |
| | 820 | Incrassans |
| | 821 | Laccæ comp. |
| | 822 | Laxans |
| | 823 | Majoranæ comp. |
| | 824 | Mastiches comp. |
| 207 | 825 | Millepedum comp. |
| | 826 | Montagnanæ |
| | 827 | de Myrrha comp. |
| | 828 | Nephrititus |
| | 829 | Nitrosus |
| | 830 | Nuc. Mosc. comp: |
| 208 | 831 | de Oculis Cancr. |
| | 832 | Odoriferus |
| | 833 | —— Damasc. |
| | 834 | Panchymagogus |
| | 835 | Pavonius |
| | 836 | Pectoralis |
| | 837 | Pepticus |
| 209 | 838 | —— Tartarisatus |
| | 839 | Perlatus |
| | 840 | Pestilentialis |
| | 841 | Pleuriticus |
| | 842 | Pœoniæ comp. |
| | 843 | Puerorum |
| | 844 | Puerperarum |
| | 845 | Rhabarbari comp. |
| | 846 | Salinus major |
| 210 | 847 | —— minor |
| | 848 | Salivam movens |
| | 849 | Sinapeos comp. |
| | 850 | Splanchinus |
| 211 | 851 | Sternutatorius |
| | 852 | Stomachicus |
| | 853 | —— Amarus |
| | 854 | ad Strumas |
| 212 | 855 | 1, Stypticus. |

| | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| | 856 | Pulvis | 2. |
| | 857 | | Tartari comp. |
| | 858 | | e Tartaro duplic. |
| 213 | 859 | | Tilingii |
| | 860 | | Theriacalis |
| | 861 | | Viperarum comp. |
| | 862 | | Uvularis |
| | 863 | Rob. | Acaciæ |
| | 864 | Saccharum | Nitratum |
| | 865 | | Perlatum |
| | 866 | | Scorbuticum |
| 214 | 867 | Sacculus | Aromaticus |
| | 868 | | de Cymino |
| 215 | 869 | | Lateralis |
| | 870 | | Stomachalis |
| | 871 | | ad Uvulæ relax |
| | 872 | Scutum | Cardiacum |
| | 873 | | Pectorale |
| | 874 | | 1. Stomachicum |
| | 875 | | 2. |
| | 876 | Serum | Deoppilans |
| 216 | 877 | | Diæteticnm |
| | 878 | | Lujulatum |
| | 879 | | Purgans Hystericum |
| | 880 | | Scorbuticum |
| | 881 | | Spleneticum |
| 217 | 882 | Serum | Tamarindinatum |
| | 883 | Sinapismus | |
| | 884 | Smegma | Cephalicum |
| 218 | 885 | Spiritus | Antiscorbuticus |
| | 886 | | Carui comp. |
| | 887 | | Vini Camphoratus |
| | 889 | Succus | Attemperans |
| 219 | 889 | | Cochleariæ Vinosus |
| | 890 | | Hæmorrhoidalis |
| | 891 | | Hydropicus |
| 220 | 892 | | Scorbuticus |
| | 893 | Suffitus | Ad Ani procident. |
| 221 | 894 | | 1. Catarrhalis |
| | 895 | | 2. |
| | 896 | | Odoriferus |
| | 897 | | Phthisicus |
| | 898 | | ad Tenesmum |


985

| Pag. | Numer. | | |
|---|---|---|---|
| 222 | 899 | Suffitus | Ad Uteri prolapsum |
| | 900 | Suppositor | |
| | 901 | Syrupus | Albus |
| 223 | 902 | | de Allio |
| | 903 | | de Ammoniaco simp. |
| | 904 | | Asthmaticus |
| 224 | 905 | | Balsamicus |
| | 906 | | Boyleanus |
| | 907 | | Chalybeatus |
| | 908 | | e Chalybis Sale |
| | 909 | | —— Hysteric. |
| | 910 | | Cynogloss. |
| 225 | 911 | | Diagridii |
| | 912 | | Diureticus |
| | 913 | | de Helenio |
| | 914 | | Incrassans |
| | 915 | | de Liquiritia |
| | 916 | | de Malva |
| | 917 | | de Myrrha |
| 226 | 918 | | Nicotianæ |
| | 919 | | de Ovis |
| | 920 | | de Sassafras. |
| | 921 | | Theriacalis |
| | 922 | | ad Tussim Convulsivam |
| 227 | 923 | Tabellæ | Cardiacæ |
| | 924 | Thermæ | Hystericæ |
| | 925 | | Sulphureæ |
| | 926 | Tinctura | Alexiteria |
| | 927 | | Antiphthisica |
| | 928 | | Aromatica |
| 228 | 929 | | Balsamica |
| | 930 | | Cantharidum |
| | 931 | | Dulcis |
| 229 | 932 | | Epileptica |
| | 933 | | Gentianæ |
| | 934 | | Hysterica |
| | 935 | | Japonica |
| | 936 | | Laccæ |
| | 937 | | Odontalgica |
| 230 | 938 | | Pectoralis |
| | 939 | | Purgans |
| | 940 | | —— Cephalica |
| | 941 | | Rhabarbari simp. |

| *Pag.* | *Numer.* | | |
|---|---|---|---|
| | 942 | Tinctura | Stomachica |
| | 943 | Trochisci | Apoplectici |
| | 944 | | Balsamici |
| | 945 | | Catarrhales |
| 231 | 946 | | Cephalici |
| | 947 | | Hæmoptoici |
| | 948 | | Moschati |
| | 949 | | Paralytici |
| | 950 | | Pectorales |
| | 951 | | —— nigri |
| | 952 | | Peruviani |
| | 953 | | Phthisici |
| | 954 | | Stomachici |
| 232 | 955 | | Tamarindin. |
| | 956 | | ad Anginam |
| | 957 | | Auricularis |
| | 958 | Vapor | e Colocynthide |
| | 959 | | Emmenagogus |
| 233 | 960 | | Hæmorrhoidalis |
| | 961 | | Pectoralis |
| | 962 | | ad Urinam ciendam |
| 234 | 963 | | Amarum |
| | 964 | Vinum | —— Cathart. |
| | 965 | | —— Chalybeat, |
| 235 | 966 | | Catharticum |
| | 967 | | Chalybeatum |
| | 968 | | Diureticum |
| | 969 | | Luitlatum |
| | 970 | | 1. Hydropicnm |
| 236 | 971 | | 2. |
| | 962 | | Ictericum |
| | 973 | | Mirabile |
| | 974 | | pectorale |
| 237 | 975 | | Scorbuticum |
| | 976 | | Stomachicum |
| | 977 | Unguent. | Aloeticum |
| | 978 | | Aperitivum |
| 238 | 979 | | ad Atrophiam |
| | 980 | | de Billis |
| | 981 | | de Bismuth |
| | 982 | | ad Calculum |
| | 983 | | ad Contracturas |
| 239 | 984 | | Cordiale. |

| *Pag.* | *Num.* | | |
|---|---|---|---|
| | 985 | Unguent. | Crinificum |
| | 986 | | Di ssipans |
| | 987 | | ad Erysipelas |
| | 988 | | Frontale |
| | 989 | | Hæmorrhoidale |
| | 990 | | ad Lac pelleodum |
| | 991 | | Pectorale |
| 240 | 992 | | Pleuriticum |
| | 993 | | Podagricum |
| | 994 | | Puerperarum |
| | 995 | | Refrigerans |
| | 996 | | Renale |
| 241 | 997 | | Salino-Volatile |
| | 998 | | Saponaceum |
| | 999 | | Splanchnicum |
| | 1000 | | Spleneticum |
| | 1001 | | Stomachicum |

*Acce-*

*Acetum Chalybeatum.*

℞ ACETI acidissimi ℔ vj. Limat. Chalyb. ℥ vi. f. Infusio frigida triduana; deinde colatura.

Hoc a *Zacchia* de Affect. Hypochondr. ad Oxymel Chalybeatum conficiendum.

*Aqua Balsamica.*

℞ Herb. Hederæ terrest. Marrub. alb. Hyssopi, Puleg. an. M. iij. Rad. Enulæ, Irid. Florent. an. ℥ iij. Terebinth. Venet. (cmu Ol. Tart. dissolut,) ℥ iv. Lactis ℔ vj. Spir. Vini ℔ ß. Destillentur balneo arenæ, liquor totus misceatur, Oleo separato.

Si Terebinthina (inquit Etmuller) cum Oleo Tartari per deliquium triturando probe misceatur, in lacteum liquorem facessit.

Hæc Aqua apte præscribitur in Tussi pulmonali, & Phthsis incipienti; siquidem Putredini resistit, Mundificat, Consolidat, Exsiccat, & Roborat.

Dosis cochl. ij. vel iij. bis in die, cum Syrupi e Succo Hederæ terr. vel Balsam. cochl. j.

*Aqua Bardanæ Composita.*

℞ Rad. Bardana, Caryoph. Tormentill. Cynoglos. recent. an. ℥ iv. Herb. Jacobææ, Geran. Robert. Plantag. Chelidon. maj. Agrimon, Veron. Hed. terr. Sedi maj. an. M. ij. Sem. Fœniç. dulc. Coriand. an. ℥ ij. Seri Lactis Coag. ℔ viij. Destil. ut artis est.

Serum magis aptum videtur destillationi, quatenus, dempta parte caseosa inutili, minus Empyreumati obnoxium est.

Utilis est in Cancro, Scrophulis, Morbis interioris recessus, & obstinatis. Ingreditur bene Julapia appropriata. In hujus ℥ iij. exprimantur Millep. contus. N. 40. vel 50. pro dosi matutina per mensem integrum,

*Aqua Chalybeata nostra.*

℞ Limat. Chalyb. Tart. albi pul. an. ℥ iv. Aq. font. ℔viij. digerantur moderato furni calore per 4. dies; deinde liquor clarus per colim effundatur, usuique reservetur.

Hæc Aqua, si nimis diu asservetur, fœtorem contrahit; sed absque sumtu recens paratur, Chalybe satis imprægnatur; & ad hunc modum mista, recens commodissime exhiberi potest.

℞ Aq. Chalyb. noſt. ℔ j. Aq. Ment. Abſinth. com. an. ℥ ij. Aq. Lumbric. Magiſtr. Gent· Comp. Syr. e 5. Radic. an. ℥ iv. m. f. Julap. cujus Doſis cochl. vj. bis in die,

*Aqua Fimi.*

℞ Herb. Beccab. Naſturt. aq. Ling. Cerv. an. M. iij. Cort. Aurant. recent. N. iij. Nuc. Moſch. ʒ vj. Sterc. Eq. ſucculenti ℔ iij. Lact. ℔ ix. Succi Scabioſæ, Tarax. Aq. Hyſſopi an. ℔ j. f. Deſt. ſ. a.

Uſurpatur in Julapiis contra Affectus Pectorales, Scorbutum, & Dolores vagos,

*Aq. Juniperi Comp.*

℞ Bacc. Junip. contus. ℥ xij Sem. Aniſi, Carui, Coriand. an. ℥ j. Spir. Vini ℔ xij. Aq. (ad med. coctæ) ℔ iv. Salis. decrepit. ℥ iv. f. Diſtill. ſ. a. ex Alembico.

Aquam deſtillatam non eandem ipſam eſſe cum Aqua fontana, ſatis patet ab hoc Tachenii: (Hippoc. Chem. cap. 19. p. 106.) Facillime probatur Alcali occultum in aqua ſimplici, cum Salis Saturni ſolutione; quæ ſtatim lacteſcit ab ea: Sic etiam Argentum ſolutum in Aqua Forti, huic ſolutioni ſi addideris Aquam ſimplicem, etiam lacteſcit: cum vero eadem Aqua deſtillata fuerit, tunc Alcali non aſcendit, ut neque Argenti ſolutio ab ea lacteſcit amplius. Qua de cauſa Jo. Bapt. Porta (in Mag. nat. l. 5. cap. 5. p. 254.) pro arbore ex Argento, & Mercurio, quem vulgus (inepte) Philoſophorum appellat, jubet Aquam bis, vel ter deſtillari, ſcilicet ut limpida permaneat.

Carminativa, Stomachica, & Splenetica dici meretur.

*Aqua Limacum Scorbutica.*

℞ Limac. cum teſtis contus. ℔ iij Cort. Aurant. recent. ʒ iij Herb. Becabungæ, Naſturtii aqua. Aparines an. M. iij. Seri Lact. ℔ vj. fiat Deſt.

Aquam e Lacte deſtillatam, non eſſe (quicquid alii adſtruant) meram, & ſinceram Aquam Elementarem: hinc (inter cœtera) conſtat, quod diutius aſſervata aceſcit. Sic equidem cito aceſcere ſolet juſculum (id eſt Aqua ſuccis Animalibus impregnata) nunquam vero Aqua ſimplex, licet ævum reponatur. Sed Aqua Lactis eſt (prout mea fert ſententia) Ros quidam Animalis, nobis congener; Cruori ſuppeditans Lympham ſalinæ aſpredinis expertem, mollem, & amicam; quæ totam Maſſam diluendo, contemperando, & commi-

ſcen-

ſcendo, eam æquabilius liquidam, benigniorem, magisque homogeneam reddit; proindeque, quo liberius Sanguis circuletur, fervores deponat. Parteſque nutriat; egregie opem confert.

Laudem meretur contra Febrem erraticam, Scorbuticam, Dolores vagos, Maraſmum, & Sudores nocturnos.

*Aqua Limacum Pectoralis.*

℞ Limac. contus. ℔ iij. Micæ Panis albi ℥ xij. Nuc. Moſch. ʒ vj Herb. Hed. terr. M. vj. Seri Lact. ℔ vj. Deſt.

Quandocunque volui hanc Aquam non fore omnino frigidam; Spiritus Vini ℔ ß. vel ℔ j. ante deſtillationem adjeci. Cogitavi etiam de additione Bals. Tolut. ʒ vj vitel. ovi ſolut. (sc. ut Aqua Balſamum grate ſpiraret:) ſed nondum expertus ſum.

Rerum eſſentiæ, & affectiones adeo ſunt ſubtiles, adeo abſtruſæ, ut melius a poſteriori, quam a priori plerumque ſit dignoſcendæ. Ideoque (neget id licet Zvelferus, aſſerit Experientia) ratum nobis habeatur, quod, quamvis Limaces, & Panis Mucilaginem ſuam, & Succum craſſum per Alembici roſtrum emittere nequeant; Effluvia tamen Sanativa poſſunt; iisque Aquam (eorum vehiculum,) ſature impr ægnare ſufficiant.

Humectat, Lenit, Nutrit, Confortat, Extenuatis, Hecticis, & Phthiſicis conducit.

*Aqua Millepedum.*

℞ Millep. viv. Pint. j. ß. Cort. recent. Aurant. & Limon. ana ʒ iij. Micæ panis albi ʒ xij. Nuc. Moſc. ʒ vj. Succi Scabioſæ, & Aparines ana ℔ j. Seri lact. ℔ jv. Deſt.

Cortices debent eſſe recentes: licet enim, inter deſtillandum, Herbæ aromaticæ plus Olei præbeant ſiccatæ, quam virides: e contra tamen Cortices Aurantiorum, & Limonum plus Olei (conſequenter Saporis, Odoris, & Virtutis) præbent virides, quam ſiccatæ.

Uſui eſt in Morbis Capitis, & Nervorum, in Arthritide, Affectione Hypochondriaca, Aſthmate, Phthiſi, Scrophulis. Sanguinem depurat, Urinam movet. Vide Expreſs. Millep. Simpl.

*Aqua Scelotyrbica.*

℞ Rad. Raph. ſylv. Ari, Cort. Aurant. recent. ana ʒ iij. Herb. Cochl. hort. Perſicar. a M. vj. Naſturt.

aq. Beccab. Salv. Ment. una M. iij. Nuc. Moſch. ℥ iij. Cerevis. annoſæ ℔ xij. Deſtill.

Locum habet in Iulapiis, Infuſis, Decoctis. Valet præcipue contra Scorbutum, ejuſque varia ſymptomata. Inſuper Urinam movet.

*Balneum:*

℞ Raſ. Lig. Guajaci ℔ iij. Saſſafr. ℔. j. ß. ponantur in ſacculo, & coq. in Aq. font. Cong. lvj. ſive Modiis vii.) ad Cong. xlviij. (ſive Modios vj. horæ fere quadrantem ante finem addendo ſacculum ſequentem,

℞ Bacc. Lauri ℔ iij. Cort. Winteran. ℔ ß. Rad. Florent. Cyperi, Calami arom. Angel. Hiſp. ana ℥ xij. Præp. pro ſacculo.

In hoc liquore ſatis calenti inſideat patiens tempore matutino per horam, vel quamdiu cum euphoria poteſt. Deinde, induſio laneo obvolutus lectum petat, & hauſtulo vini recreatus, ſudorem expectet.

Hæc ſpecies poſſunt eidem liquori ſimiliter incoqui per tres ſucceſſivos dies: poſtea vero recentes comparari oportet.

Uſui eſt Paralyticis.

*Balſamum Arthrit.*

℞ Ol. Oliv. ℥ viij. Ol. Vitrioli (quod debet eſſe optime rectificatum) ℥ ij. Miſceantur in vaſe vitreo. & ſtatim fiet Balſamum rubidum.

Huic ſimile videre eſt apud Schroderum, ex Adipe Humano, & Spiritu Vitrioli paratum.

*Balſamum Mirabile.*

℞ Thuris ℥ ij. Maſtiches, Caryoph. Galangæ, Mac. Cubeb. ana ℥ ß. Lig. Aloes ℥ j. pulveriſata miſce cum Mellis ℔ ß. Terebinth. Ven. ℔ j. his adde Spir. Vini com. q.s. (sc. uti ſolet ad Tincturæ extractionem.) Deſtilla in Baln. mar. & quando acceperis omnem aquam limpidam, ſuppone aliud recipiens; ſecundo enim prodibit Balſamum nobile rubrum, quod rectifica.

Accepi a Peregrino, qui hiſce verbis commendavit: Externe curat Vulnera omnia curabilia intra 24. horas, nempe ſi applicentur guttæ aliquot. Curat Ulcera antiqua, Cancros, Fiſtulas, Lupos, Noli me tangere, intra 15. dies, applicatione quotidiana. Convenit etiam ad Carbunculos, eos extinguit intra tres horas. Contra omnes Oculorum morbos, tertio quoque

que die guttam j. instillando. Interne exhibeantur, gutt. v. ad x. ad Contusiones, Hæmorrhagias internas, Phthisim, & Affectus Nervorum. Sic ille.

*Balsamum Nephriticum.*

℞ Ol. Amygd. dulc. rec. expr. ℥ iv. Sem. Papav. albi, & Lini rec. expr. ana ℥ ij. Nucist. per express. j. ß. Ol. Petræ ʒ v. Bals. Copaib. ʒ vj. Bals. de Peru. ℥ j. Ol. Iunip. ℈ iv. Ol. Anisi ʒ j. Ol. Vitrioli rectificatiss. ℥ j. Camph. ℈ ij.

Agita simul in Vitro capaci, donec insigniter calescant, & nigrum colorem acquirant: cessante calore, digere in M. B. per duos dies, sæpius agitando; deinde ad usum repone.

Sed citius hæc misceri possunt, parum calefaciendo Olea in M. B. deinde guttatim affundendo Oleum Vitrioli, donec omnia fuerint unita.

Præstantissimum hoc Balsamum valde commodum reperitur in Renum doloribus: Catarractas enim Renales reserat; Uretheres glabros reddit; Calculos, & Urinam pellit. Morbis Pectoris medetur: Expectorationem promovet, Tussim sedat.

Dosis a gr. x. ad Lx. cum Syrupo de Alth. vel Dec. Pectorali.

*Balsamum Schefferi.*

℞ Sal. vol. CC. & Salis Armon. ana ʒ j. Ol. Mac. still. ℈ j. Spir. Vini summe rectis. ℥ j. Digere s. a.

Est quoddam Sal volatile oleosum. Datur ad xx. vel xxx. guttas in vehiculo appropriato, ad Capitis, & Nervorum Affectus pituitosos: Gravedinem, Paralysin: Etiam ad Cordis Palpitationem, Affectiones Hypochondriacas, & Hystericas.

*Bolus Balsamicus.*

℞ Cons. Ros. rub. ʒ j. Bals. Lucatel. ʒ ß. Bals. Peruv. gutt. iii. m.

Præstans remedium est ad Tussim inveteratam; Hæmoptoen; Phthisim incipientem; Dysenteriam; contusionem; & ubicumque vasa sanguinea interna sunt disrupta.

*Bolus Cardiacus.*

℞ Pul. e Chel. Cancr. Comp. Lap. de Goa ana ℈ ß. Croci pul. gr. v. Confect. Alkerm. q. s. m.

Spiritus languentes recreat: Sudorem suaviter mo-

vet: frequentis, & egregii usus est in Febribus continuis, bis, quater; vel sexies in die sumendus.

*Bolus de Cassia.*

℞ Pulp.Cassiæ recens extrac.ʒ vj.Terebin. Ven. (in Aqu. Petrosel.lotæ) ʒ iij.Pul.Rhab.℈ j. Pul.Glycyrrh.q.s. f. Bol.

Præscribitur ad Arenulas, & contra Gonorrheam.

Lemery asserit, nimium Terebinthinæ usum Capitis dolorem excitare.

*Bolus ad Casum.*

℞ Sperm. Ceti ℈j. Sal. volat CC. gr. v. Bals. Peruv. gutt. v. Ther. Ven. ʒ ß. Syr. de Menon. q. s. m.

Sanguinem coagulatum dissolvit; Vulneraque interna sanat; Diaphoresin, & Diuresin promovet. Cont usis detur (post venæ sectionem) ter in die. Apprime conducit Puerperis, statim a Partu.

*Bolus Chalybeatus.*

℞ Tinct.Martis Mynsichti ℈ ß.Bals. Gilead. gutt.vj.Cons. Ros. rob. ʒ j. m.

In Inappetentia, Languore, & Marcore sine febre, detur mane quotidie per mensem.

*Bolus Luteus.*

℞ Rhab. (non tosti, sed Radula rasi) a ℈ j. ad ℈ ij. Ol. Cinnam. gutt. j. Diascord. q. s. m.

Remedium præstantissimum in Diarrhæa. Detur mane primo, & repet. pro re nata. Vide infus. Rhab. Comp.

*Bolus Purgans communis.*

℞ Pul.Rad.jalap.a℈ j.ad ʒ ß. Scammon.præp. a gr.iij.ad viij. Calomel. gr. xv. Ol.Anisi gutt.j.Elect. Lenit. q. s. m. Sumatur mane cum regimine.

*Bolus Sudoriferus.*

℞ Pul.Rad.Serp.Virg.gr.xv.Ther.Ven.ʒ ß.Sal.CC.gr.ij.Croci gr.iij.Ol.Nuc.Mosc.gutt.ij. Laud.liq. gutt. xv. Diacod. q.s. m.

Egregie, & præ cæteris fere omnibus Sudores movet. Summe Alexipharmacum est, & præpotens medicamentum in Febribus continuis, & mali moris, præsertim Diarrhæa stipatis. Stomachicum est, Cordiale, Hystericum.

*Bolus Vermifugus.*

℞ Hydrarg. bene depurati ʒ j. conteratur in mortario vi-

treo, cum Sacchari rubri pari pondere, donec in particulas invisibiles dissolvatur, sub finem addendo Ol. Amygd. dulc. gutt. ij. fiat pulv. cui adde Scammon. pulv. gr. iv. ad ℈ß. & cum Syr. e Cichor. cum Rhab. f. Bolus.

Medicamentum videtur nobilissimum. Sed ( ingenue fateor ) ipse nunquam præscripsi, nec ab alio quopiam præscriptum novi; sed communicatum habui.

*Cataplasma Amarum.*

♃Ther.Ven.Farinæ Lupin. ana ʒ iij.Sem.Santon.ʒ ß.Spec. Hieræ Pic.ʒ ß.Ol.Absinth.still.gutt. xvj.Succi Tanaceti q.s.m.

Regioni Umbilicali applicetur, contra Vermes. Vide Fot. Amaric.

*Cataplasm. Anginos.* ℥ viij.

♃ Fic. ℥ iv. Alb. Canis ℥ ß. Flor. Sulph. Piperis longi ana ʒj. Sp. Vini com. ℥ ij. Ol. Absinth. chem. gutt. xvj. Diacod. q. ſ. misce, probe contundendo in mortario. Adeo Gulæ adaptetur, ut ad utrasque Aures pertingat.

Licet Angina sit Inflammatio, atque in principio inflammationum plerumque locum postulent Repellentia; hic tamen maximopere sunt cavenda, quia pars affecta est admodum glandulosa, utpote Salivationi dicata; atque si ex Refrigerantibus, & Repellentibus, perperam admotis, Saliva coaguletur; Glandularum tonus debilitatur; inibique obstructiones multum adauctæ, & obstinatæ redduntur: nequit exinde non fieri, quin plane suffocetur æger. Sed in hoc morbo præcipua erit danda opera, ut Pituita liquetur, Glandulæ conforten tur, & exonerentur. Hæc autem hujusmodi calidis externis & Gargarismis internis, optime conficiantur: diligenter interim curando, ut major inflammatio, & Affluxus ad partem, per liberalem Sanguinis missionem, Enemata, & Epispastica, præscindantur, & præcaveantur.

*Catapl. de Cassia.*

♃ Extract. Cassiæ ℥ j. Ung. Sambuc. ℥ ij. Sperm. Ceti ℥ ß. Pulv. Agar. ℥ j.ß.m. f. Catap.

Adversus Anginam celebre, & secretum remedium quibusdam habetur.

*Cataplasma de Cymino.*

♃ Cepar. sub cinerib. assatarum ℥ j. ʒ ß. Croci ( for-

cipibus minutim scissi) gr. xv. Ol. Soccini gutt. xij. Pul. Sem. Cymini, Ung. Dialth. ana ʒ iii. m.

In Aurium Dolorem plurimum potest. Admoveatur calidissime, & renovetur quartis horis, si dolor eo usque perseveravit.

Aliqui vehementer prohibent Opium in Aures intrudi, ne sc. Organi tonum laxet, Obauditionemque inducat; quod mihi (non satis experto tamen) vix verosimile.

*Catpl. Diasinapeos.*

♃ Mellis, Aceti, Spir. Vini com. an. ℥j. Pul. Sem. Sinap. q. s. m. f. Catapl. Valet in Apoplexia, Paralysi, Febribus Pestilentialibus.

*Cataplasm. de Halecibus ℥ x. ß.*

♃ Rad. Bryon. albæ ℥ ij. Sapon. nigr. ℥ iij. Carnis Halec. (vel Encrasicularum) ex muria ℥ iv. Salis ℥ j. ß. m.

Plantis pedum alligetur, quando materia febrilis caput male petit, Spiritusque opprimendo, Stuporem, Soporemve inducit.

*Catapl. Hydropicum.*

♃ Sterc. Bov. ℔ ij. Bacc. Lauri pul. ℔ ß. Rad. Bryon. alb. recent. ℔ j. Sem. Comuni pul. Flor. Sulph. ana ℥ iv. cum Aq. Calc. (vel Lixiv. fort) Catapl. addendo Axungiæ Porc. ℥ iv.

*Cataplasma de Iride.*

♃ Farinæ Rad. Irid. Florent. ℥ j. Mellis ℥ viij. vel q. s. m. Super alutam extensum, & parti applicatum, proficit in Angina, & Affectibus Pectoris pituitosis, Dolore Laterali externo; &c.

*Cataplasma Laterale.*

♃ Farinæ Sem. Lini ℥ viij. Fœnugr. Cumini ana ℥ iv. Mellis ℥ ij. Lini q. s. miſce in mortario.

Dolorem lenit; mirabiliter Penetrat, & Discutit. Locum habet in Pleuritide, præsertim Spuria.

Mirum est, quod refert Wallæus, sc. Butyrum cum Cumino, Pectori exterius applicatum, tam fortiter operari, ut æger saporem ejus in ore sentiat,

*Cataplasma de Ovis.*

♃ Vitell. Ov. ad duritiem coctos N. iv. Ol. Succini ℈ ij. Ol. Lini q. s. m.

Addere possis Teriac. Androm. ℥ ß.

Ad Dolores, & Tumores Hæmorrhoidales.

*Catapl.*

*Catapl. Papaverinum.*

℞ Flor. Ros. rub. sicc. minutim sciss. ℈ iv. Sem. Papav. albi contus. Ol. Ros. ana ℥ ß. Farinæ Hord. ℥ j. Aceti q. s. contundendo, misce.

Refrigerans, Restringens, & Anodynum est: Fronti applicetur tepide ad Capitis Dolorem pulsatilem.

*Catapl. de Pomis.*

℞ Pulp. Pom. (non auster.) assat. ℥ j. Panis albi (in Lacte cocti, & expressi) ℥ ß. Album. Ovi N. j. Troch. Alb. Ras. pulv. ʒ ii. m.

Ad Oculi Dolorem Inflammatorium.

*Catapl. de Raphano ℥ viij.*

℞ Rad. Raph. sylv. Scillæ ana ℥ ii. Herb. Rutæ, Sem. Sinap. Salis ana ℥ j. Sapon. nig. ℥ ii. Acet. q s m.

Nonnumquam addere soleo pulv. Cantharidum ℈ ii.

Pro plantis pedum in Febribus. Vid. Catapl. de Halec. & Lot. Ped.

*Catapl. de Rapis ℥ xii.*

℞ Rad. Raparum (in furno coct.) ℥ viii. Herb. Rutæ contus. M. iv. Sem. Sinap. contus. ℥ ii. Ol. Junip. ʒ ii. Ung. Nerv. q. s. m. f. Catapl. pul. Euphorb. aspergendum.

Ad Membra Paralytica. Vid. Lin. Paralyt.

Ex Rapis coctis optimum fit Cataplasma ad Testiculorum Tumorem.

*Catapl. Sambucinum.*

℞ Fol. (vel Cortic. intern.) Sambuci M. iv. decoq. in lacte; magmati expresso, adde Saponis mollis ʒ j. In linteum duplex extensum, pulverem Cerussæ conspersum, & calide applicatum, mirifice compescit Erysipelas.

*Catapl. de Sedo.*

℞ Cons. Ros. rub. ℥ ii. Succi Sedi maj. Syr. de Mecon. ana ℥ ß. Pul. Troch. Alb. Raph. q. s. m. f. Catapl.

Usui est contra Oculorum Dolorem, Ruborem, Tumorem, & Humoris Affluxum, Fervoremque.

*Catapl. Stomachich. ℥ j.*

℞ Ther. Ven. ℥ vi. Cinnam. Caryoph. pul. ana ʒ j. Ol. Chem. Ment. gutt. vi. Absinth. gutt. ii. Aceti q. s. m.

Contra Nauseam, & Vomitum.

*Catapl. de Succis.*

℞ Succ.

℞ Succ. expres. Cepar. Petrosel. Apii, Fœnic. ana ℥ ii. Micæ panis albi q. s. contunde in Mortario.

Ad Urinam ciendam applicetur Pubis regioni, vel juxta Uretheres, si forte calculus minor illapsus inibi substiterit. Vid. Fot. Diuret.

*Catapl. Suppedale.*

℞ Ther. Ven. ℥ ij. Sem. Sinap. Gran. Parad. ana ℥ j. ſ. Salis ℥ j. Sapon. nig. ℥ ij. Ol. Spicæ ℈. ij. Aceti q. s. m.

Ut Suppedaneorum diversa Genera, Operandi naturam, Usurpandique rationem (ad mentem meam) explicem, dico, quod agunt,

1. In quantum vim satis notabilem, immediato tactu, imprimunt in Plantarum cutim, exquisitissimo sensu pollentem, quæ exinde in Fibrillas, Membranas, Nervos, Cerebrum, & Spiritus, hincque in Cor, Arterias, & Sanguinem facillime derivatur. Hujus generis sunt 1. Actu calentia, & Pacantia, (qualis ad Lotiones Pedales, quam vide) atque ex usu sunt, quoties Sanguis ebulliens inæqualiter circulatur, & impetu facto, Superiora perperam impetit; ut in Capitis Ardore, Dolore, Vigiliis solet. 2. Acria Stimulantia, qualia sunt Catapl. de Halec. & de Raph. atque indicantur, cum Spiritus ipsi opprimuntur (sed non penitus perimuntur) & stupent, ut in Affectibus Soporosis evenit.

2. Agunt, (non primario in Pedes ipsos,) sed in quantum Corpuscula quædam ex iis decedentia, atque in Sanguinem ipsum admissa, illum, pro varia eorum natura vel molliter palpant, vel vivide exagitant. Hujus generis sunt. 1. Spiritus Expandentia, & Excitantia, ut Theriaca, Olea Aromatica, Allium, Sinapi, Euphorbium, &c. Hæcque expetuntur, quando Spiritus exhausti, extreme languentes & fere succumbentes, Continuitatis seriem, Expansionis æquabilitatem, & Irradiationis vigorem, non amplius tueri sufficiant; exindeque trepidant, resiliunt, & deliquia patiuntur, prout in Febricitantium Tendinum Subsultibus, Syncope, &c. 2. Spiritus Demulcentia, qualia sunt Columbarum, Pullorumve vivorum dissectorum, & Pulmonum Agninorum adhuc calentium applicationes. Hisque tunc utimur, cum Spiritus summe irritantur, & exploduntur, ut in Vigiliis, Delirio, Convulsionibus.

*Catapl.*

*Catapl. de Telis* ʒ. x.

♃ Terebint. Ven. ℥ ij. Succi Plantag. ℥ j ß. Fic.N.iij. Flaved. Cort.Aur.recen.ʒ ij. Boli ℥ j. ß.Fulig.ʒß.Sterc.Colum. ℥j ß. Tel.Aranear. magn.N.vj.Sapon.nig.℥ iv.Aceti q.s.m.

Ad Febres Intermittentes; Carpis strictim alligetur, ante Paroxismi accessum.

*Catapl. de Terra Cimolia* ℥ x ß.

♃ Micæ panis albi ℥ iv. Sem. Papav. albi contus. ℥ ij. Coq. in Lacte. Col. Express. add. Pul. Terræ Cimoliæ, Ol. Ros. ana ℥ ij. Ol. Mac. expres. ʒ j. Camph. ℈ j. m.

Capiti raso admoveatur, ad Vigilias, & Phrenitidem, quoties causa sit externa, scil. Ardor, & fere Inflammatio Pericranii. Ad Cerebrum vero ipsum, Cranii, & Meningum mœniis tam secure munitum, hujusmodi Externa posse pertingere, vix adhuc ausus sum credere.

*Catapl. Theriacale.*

♃ Ther. Venet. ℥ ij. Myrrh. ( vitello ovi solutæ ) Pul. Rad. Serp. Virgin. Elix. Prop. Tartari. ana ℥ ß. Ol Terebint. ℥ij. Camph. ℈ j Mellis q. s. m. f. Catapl.

Sanguinis, & Spirituum distributionem, & per partes circulationem, restituit; Calorem nativum revocat; Putredini resistit: Morsibus venenatis, & Gangrænæ medetur.

*Catapl. Vomitum sedans.*

♃ Cydon. ( sine Seminibus ) ℥ ij.Coq.in Aceto ad mollitiem; in mortario contu. adde Pul. Ballaust. ℥ ß. Super linteum exten. asperg. Pul. Caryoph. ʒ j. & calidum applicetur.

Inter contundendum addi potest Aq. Hungar. ℥ ß. & super linteum extenso Ol. Ment. gr. viij Ol. Absinth. gr. iv.

*Candela Cordialis* ℔ j.

♃ Amygd. dulc. contus. N. xij. Vitel. ov. N. ij. Cons. Ros. rub. & Cons. Fl. Caryoph. ana ℥ j. Aq. Cœlest. ℥ ß. Vini Canar. Aq. Ros. Damasc. redolentis ana ℔ ß. m. & expres. adde Confec. Alkerm. ʒ ij. Ol. Cinamm. gutt. ij. m;

*Candela Restaurans.*

♃ Medullæ spinal. Bov. ( mundatæ a pelliculis ) ℔ ß. Aq. Ros. & Vini dulcis ( Tent. dicti ) ana ℔ j. Dactyl. incis. N. x. Passul. sol exarillat. N. xxiv. Cinnam. ʒ ij. Elixetur in Balneo vj. horas.

♃ Hu-

℞ Hujus col. ℥vj. Vittei. Ov. j. Nuc. Mosc. ℈ j. Sacchar. q. s. m. pr. Haustu.

2. *Cand. Restaurans.*

℞ Vini dulcis (Tent.) ℔ iv. Ras. Sant. alb. Cupul. Gland. ana ℥ ß. Rad. Ernyng. cond. Dac. tyl. Fic. ana ℥ iv. Nuc. Moſc. incis. ʒ. ß Herb. Lamii M. ij. Coq. ad ℔ ij Col. adhuc tepidæ adde Vitel. Ov. N. iv. Sacch. cand. albi ʒ j. m.

Addi possunt Ras. CC. Ebor. Priap. Hippopotami, Hominum, &c. Propinetur tepide mane.

*Cerevisia Amara Aromatica.*

℞ Absinth. sicc. M. iv. Rad. Calami aromat. ℥ j. ß. Zedoar. ℥ j. Angel. Hisp. Enulæ, Zingib. Galangæ, Cort. Winter. Cinnam. Sem. Carui, Coriand. ana ℥ ß. Pip. longi. Cubeb. Cardam. Caryoph. Mac. Nuc. Mosc. ana ʒ ij. Præp. pro sacculo suspend. in Cong. iv. Cerevis.

Ventriculum frigidum calefacit, flaccidum corroborat; Coctionem juvat; Flatus discutit; Nauseam tollit, & Vomitum sedat. Porro Sanguinem exaltat; Succos crassos attenuat; crudos digerit; Obstructiones aperit; & Diaphoresin promovet.

*Cerev. Antimonialis.*

℞ Antimon. crudi (pulv. in nodulo ligati) ℔ j Herb. Fumar. Agrimon. ana M. iv. pro Cerevis. Cong. iv. Ad potum ordinarium, adversus Sanguinis fœculentias, & Affectus Cutaneos.

Dr. Boyle infundit Cinnabarim Antimonii in vino Rhenano, ad eosdem usus; & in ejus laudes spatiatur.

*Cerev. Aperiens*

℞ Rad. 5. Aper. Cichor. Filic. mat. Glycyrrh. ana ℥ ij. Herb. Linguæ Cerv. Hepaticæ, Hed. terr. Summit. Tamarisci ana M. ij. Bacc. Junip. Sem. Fœnic. dulc. ana ℥ ij. Passul. sol. exarsi ℔ ß. f. Sacculus pro Cong. iv.

Obstructiones reserat, Sanguinem retorridum, acrem, salsum corrigit; & recrementa ejus per Urinam amandat. Usui est post Febres, in quibus Sanguinis Crasis vitiatur; necnon in Scorbuto calidiori, Rachitide, &c. Dos. ℔ j. bis in die.

*Cerevisia Arthritica.*

℞ Ras. Guajaci, Sassafrass. ana ℥ j. Herb. Chamædr. Chamæpit. ana M. ij. Coq. in Cerevis. novellæ (Lupulorum vice) Cong. vj. ad iv. Col. in doliolum

repo-

sit. suspend. Sacc. seq.

℞ Rad. Caryophyl. ℔ ß. Hermodact. ℥ iv. Herb. Agrimon. Salv. Beton. ana M. iv. Epith. Fl. Stœch. Arab. ana M. ij. Passul. Enucl. ℔ ß. Præp. s. a.

In Arthritide, Doloribus vagis, Affectibus Catarrosis, Hydrope, Morbisque a nimio, & acri Sero, Tonoque partium præfracto oriundis, cum successu laudabili propinatur ad ℔ j. bis in die:

*Cerevis. Astringens.*

℞ Rad. Symph. mai. Sigil. Salom. ana ℔ ß. Decoq. in Cerev. nov. generosæ Cong. vj. ad iv. Col. adde Succi Plantag. Millefol. ana ℔ j. & suspend. in sacculo Herb. Bursæ Past. Centinod. Saniculæ, Pilosel. ana M. iv. Passul. enucl. ℥. xij. Simul. fermentescant.

Sanguinis compaginem nimis laxam, & solubilem obfirmat; Vasa disrupta conglutinat. Egregie valet adversus Hæmorrhoidum dolorem; quascunque Sanguinis profusiones; Uteri Reumatismum; Sudores nimios, & Ulcera ichorosa.

*Cerevis. de Baccis.*

℞ Bacca. Cynosb. siccat. & crasse contus. ℔. ß. Baoc. Junip. ℥ iv. Bacc. Agrif. Hed. arbor. Sem. Dauci sylu. Fœnic. dulc. ana ℥ j. Herb. Alth. Parietar. Aparines, Virgæ aur. ana M. iv. Passul. rol. ℔ ß. Præp. pro sacc. suspendend. in Cong. iv.

Flatus dissipat; e Renibus, & Vesica Mucores, & Arenulas elimat.

*Cerev. ad Cancrum.*

℞ Rad. Angel. Hisp. Bardanæ, Filipend. ana ℥ iv. Enulæ ℥ ij. Gent. Serp. Virg. ana ℥ j. Herb. Jacobææ, Geran. Robert. Salv. ana M. iv. Scordi, Rutæ ana M. ij. Millep. viv. Pint. j. Antimon. crudi frustulatim fracti ℔ j. f. Saccul. pro Cong. iv.

*N. B.* Minime debet Cerevisia hæc eousque inveterascere, donec acescat; idque non tantum ob Millepedes, quarum Sal volatile ab Acido aboletur; sed potissimum ob Antimonium, quod ab Acido reseratum, plane Emeticum evadere proclive est.

Inserviat potui ordinario per mensem.

2. *Cervis. ad Cancrum.*

℞ Lig. Guajaci ℥ iv. Sassafrass. Rad. Sarsap. Oxyl.

lap.

lap. Filipend. Cynogl. Cott. Jugland. ana ℥ ij. Herb. Roberti, Lamii, ana M.iv. Millep. pint. ß. Præp. pro Cong. iv. Cerev.

Scrophulosis etiam præscribi potest, iis præsertim, qui frigidioris sunt temperaturæ.

Observavi millies (inquit Sylvius) Alterantia blanda majori Ægrorum commodo usurpari, paulo ante, aut post assumpta Alimenta, quin una cum ipsis, quam tempore. Sic enim medicamentis vis se blande admiscet, ac insinuat non tantum Salivæ in Ventriculo, sed confluentibus Humoribus in Dextro Cordis Ventriculo, & cunctis Arteriis, Venisque; quo ipso citius, facilius, feliciusque absolvetur quæsita ipsius, aut ipsorum, Emendatio, & Correctio.

*Cerevis. Cephalica.*

♃ Ras. Guajaci, Sassafrass. ana ℥ ij. Coq. in Cerev. nov. tenuis Cong. vj. ad iv. & suspend. sacc. seq. sc.

♃ Rad. Pœon. mar. ℥ viij. Angel. ℥ iv. Calami arom. Galangæ ana ℥ ij. Herb. Ceton. Salv. Chamæpit. Marrub. albi ana M. iv. Rutæ Fl. Stœch. ana M. ij. Cort. Aurant. recent. ℥ ij. Bacc. Junip. Cardamom ana ℥ iij. Præp. s. a.

Pepsin adjuvat: Serum sanguinis edulcorat; Cerebrum corroborat, Spiritus depurat, & copula heterogenea extricat. Usui est in Morbis Soporosis, Convulsivis, & Paralysi.

*Cerev. Chalybeata.*

♃ Limat. Chalyb ℔ iij. Rad. Dulcamaræ ℔ j. Probe contundendo commisceantur in mortario, & f. Nodul. pro Cong. iv. Cerev. ------ Addi possunt Sassafrass. Bacc. Junip. ana ℥ ij. Herb. Absinth. M. ij.

Bibatur ℔ ß. bis quotidie cum leviori exercitio; ad Sanguinis pauperiem emendandam, & obstructiones expediendas.

Quamcunque vis Cerevisiam, hoc facili potes apparatu Chalybeatam reddere.

♃ Limat. Chalyb. ℔ j. Tart. albi. ℥ iv. Contusis in mortario (non æneo) sensim affunde Succi Limonum q. s. ad malassandum: Stent. 12. horas; deinde nodulo inclusa, cum cœteris (pro re nata præscriptis) ingredientibus sespend. in sacculo in Cong. iv.

*Cerev. Chloretica.*

℞ Guajaci, Sassafrass. ana ℥ ij. Rad. Rubiæ Tinct. Apii, Rusci, Zedoar. ana ʒ iv. Herb. Artemis. Puleg. Cardiacæ ana M. iv. Thimi. Dictamn. Cret. ana M. j. Matricar. M. ij. Sem. Dauci solv. ℥ iij. Gran Parad. ʒ i. Limat. Ferri ( in nodulo ligat ) ℔ j. f. Sacc. pro Cong. iv.

Languentem sanguinis fermentationem de novo suscitat; Succos crudos concoquit, pituitosos incidit; Obstructiones aperit; Corpori bonum habitum, vividumque colorem conciliat. Chlorosi affectæ usurpetur pro potu ordinario.

*Cerev. de Dauco.*

℞ Sem. Dauci sylv. ℥ vj. Passlu. ℥ xij. f. Sacc. pro Cong. iv.

Renes, & Ureteres emungit; Arenulas pellit, & Calculi generationem præcavet. Tanta vis Diuretica huic Semini inest, ut quemdam novi, qui multos annos hac Cerevisia pro potu ordinario usus, exinde quasi Diabeticus est factus. Cum vero ab ea id propter abstinuit, e morbo immunis redditus est, & adhuc dum ( licet Octuagenario major sanus permanet, vigetque.

*Cerev. Diuretica.*

℞ Sem. Sinap. integri ℥ iv. Ponatur in lagena vitrea cum Alæ ℔ ij. Post tres dies depromatur ad usum; & quoties haustus ex promitur, toties legna de novo Ala iterum repleatur: idque eousque repetatur, donec semen fuerit effœtum, & exhaustum.

Promptissime, & ultra fidem, Urinam movet. Convenit Hydropicis, Arenulosis, Scorbuticis, Paralyticis.

*Cerev. Epileptica.*

℞ Rad. Pœon. mar. recent. ℥ iv. Sterc. Pavon. ℔ ß. Passul. fol. ℥ xij. f. Saccul. pro Cong. ij.

Specifica habetur adversus Epilepsiam, & Vertiginem.

Stercoris Pavonis partes sunt duæ distinctæ, una nempe fusca, & villosa, quæ constans ex quisquiliis aridis ex comestorum reliquis fit, planeque inutilis est, altera autem alba, & æquabilis, quæ Sanguinis Recrementum est, & Sale volatili imprægnatur. Hæc sola Medicamentosa habetur.

*Cerev. Hydropica.*

℞ Cinerum Genistæ cribrat. ℔. ß. Rad. Raph. sylv. ℥ iv. Irid. Florent. Calami arom. Enulæ ana ʒ ij. Lig. Guajaci,

jaci, Saſſafraſs. Bacc. Junip. Sem. Dauci Sylv. ana ℥ j. Sem. Sinap. ℥ ij. Præp. pro Cong. iv.

Concoctionem juvando; Lympham gelatinoſam aliquando; Obſtructiones amovendo; Urinamque ciendo: Anaſarca laborantibus mirifice ſubvenit. In Aſcite vero, & ubi vaſa lymphatica ſunt diſrupta, plus damni, quam levaminis allaturam autumo.

*Cerevis. Hyſterica.*

℞ Rad. Lig. Buxi ℔ ß. Lol. Viſci Arbor. concis. M. iv. Cog. in Cerev. nov. Cong. vj ad iv. Col. suſp. Sacc. ſeq. ſe.

℞ Rad. Pœon. mar. recent. ℔ ß. Bryon. albæ iv. Herb. Artemis. Meliſſæ ana M. vj. Puleg. Rutæ ana M. ij. Sem. Dauci ſylv. Angel. (vel Paſſin ſylv.) ana ℥ ij. Ras. Stanni (in nod. lig.) ℔ ß. præp. s. a.

Mulieri Vaporibus obnoxiæ propinetur ter in die: vel inſerviat uſui ordinario.

*Cerev. Icterica.*

℞ Ras. Ebor. ℥ j. Marub. albi M. iv. Coq. in Cerev. nov. Cong. vj. ad iv. Col. ſus. ſacc. ſeq.

℞ Rad. Oxylap. ℔ ß. Curcumæ, Rub. Tinct. ana ℥ ij. Urticæ ℥ iv. Herb. Chelid. maj. Aparin. Frangrariæ cum toto, Cort. Berb. ana M. iv. Sterc. Ovilis (in nodulo) ℥ iv. Millep. viv. pint. j. Limat. Chalyb. ℔ j. Præp. ut artis.

Sanguinis pauperiem emendat; Succorum cruditatem corrigit; Hepatis obſtructiones expedit. Cachecticis, & Ictericis medetur.

*Cerev. Juniperina.*

℞ Bacc. Junip. Contus. ℥ iv. Paſſul. ſol. concis. ℔ ß. Includantur ſacculo e tela rara, qui pendeat in Alæ mediocris Congiis iv. ainatur fieri fermentatio ad perfect. uſque depurationem. Liquor deinde limpidus inclaudatur Lagenis vitreis, quæ probe obturatæ in Hypogæo reſerventur.

Et palato, & ventriculo gratiſſime arridet; Flatus diſcutit; Saburram Renum ejicit; Arenulas pellit; Lienoſis, & Calculoſis plurimum confert.

*Cerev. e Lignis.*

℞ Ras. Guajaci, Saſſafraſs. ana ℥ ij. Stant. cier. & rub. Ras. Ebor. CC. Rad. Sarſap. Chinæ ana ℥ j. Glycyrrh. Sem. Aniſi, Bacc. Junip. ana ℥ ij. Paſſul. ℔ ß

Antim.

Antim. (in frustula comminuti, & in nodulo ligati) ℔ j. Præp. pro Cong. iv.

Calefacit; exsiccat; crudos humores concoquit; crassos attenuat; viscidos incidit; lentos abstergit; aquosos discutit; Diaphorensis concitat. Rite convenit quibuscunque Affectibus Frigidis, Pituitosis, Catarrhalibus; porro & Tumoribus Serosis, Oedematosis, & Ulceribus humidis.

*Cerevis. Pectoralis.*

♃ Rad. Chinæ ℥ iv. Sarsapar. Symph. maj. Glycyrrh. ana ℥ ij. Irid. Florent. Enulæ ana ʒ j. Ras. Ebor. CC. Sant. citr. & rub. ana ℥ ß. Herb. Ling. Cerv. Rutæ murar. Hed. terr. Scabiosæ ana M. iv. Sem. Anisi ℥ ij. Passul. sol. ℔ ß. Præp. pro Cong. iv. Addi potest Gallus semicoctus, & in frustula concisus.

Sanguinis, & humorum acrimoniam attemperat; Lentorem incidit; Expectorationem facilitat; Pulmones robor. Valde proficua est vel in Phthisi ipsa, si nondum fuerit confirmata.

*Cerevis. Purgans.*

♃ Rad. Oxylap. ℥ xij. Polypod. ℥ iv. Raph. sylv. ℥ ij. Herb. Hed. terr. Nasturt. aq. Beccabungæ, Cochl. hort. ana M. ij. Lig. Sassafrass. Bacc. Junip. Sem. Coriand. Glycyrrh. ana ℥ j. Sennæ ℥ iv. Passul. ℔ ß. Præp. pro Cong. iv.

Utiliter propinatur Scorbuticis, Cachecticis, humorum & fæcum abundantia laborantibus. Verno tempore mane ad ℔ j. hauriatur plus, minus, per unam, alteramve hebdomadam.

Cerevisiæ Purgantes, vel parum alvum subducunt, si acescere incipiant, inquit *Le Mort.*

*Cerev. Purgans Antimonialis.*

♃ Rad. Oxylap. ℔ ß. Polypod. Enulæ ana ℥ iv. Liv. Santal. citr. rub. Bacc. Junip. ana ℥ ij. Sem. Carui, ℥ j. Herb. Scabiosæ M. viij. Hepat. Antimon. ana M. iv. Sennæ ℥. iv. Rhab ℥ ß. Agar. ℥ j. Antimon. crudi (in frust. contus. & in nod. lig.) ℔ j. Dispens. pro sacculo ad Cong. iv. Cerev. quibus adjice Succi Fumar. ℔.

Ad Psoram, & Affectiones Cutaneas.

*Cerev. Purgans Hydropica.*

♃ Rad. Irid. nostrat. ʒ iv. Raph. sylv. ℥ ij Enulæ, Scil. ana ℥ j. Sem. Sinap. Bac. Junip. Lig. Sass. ana ℥. ij.

Cort. VVinter ℥ ß. Cort. inter. Sambuc. Ebulian. ℥ ij. Sennæ ℥ iv. Rad. Helleb. nig. Jalap. Agar. ana ℥ ß. Diſpens. pro Cong. iv.

Ingredientia ( præter purgantia ) continet tenium partium, quæ Obſtructiones reſerant, Urinamque pellunt. Hydropi adæquate convenit, ad ℥ viii. ad ℔ i ſingulis diebus mane ſumpta.

*Cerev. Purg. Puerilis.*

℞ Rhab. tenuiter inciſi ʒ ii. Glycyr. Sem. Aniſi ana ℈ ii. Pas. ſol. enucl. N. 30. vel 40. Pon. in Lagena vitrea com Cerev. ℔ ii.

Suaviter, & ſine agritudine, operationem ſuam peragere ſolet; Ventriculum, & Inteſtina lubrica corroborat: Vermibus infenſa eſt. Dos. ℥ ii. plus, minus.

*Cerev. ad Rachitidem.*

℞ Rad. Oſmundæ reg. ( vel ejus defectu, Filic. mar. ) Glycyrrh. Lib. Saſſaph. ana ℥ j. Cort. Fraxini. Cort. Hederæ arbor. ana ℥ ß. Summit. Tamariſci, Herb. Ling. Cerv. ana M. iv. Millep. viv. N. 250. Paſſul. ſol. ℥ iv. Diſpens. pro Cong. j.

Specifica merito audit ad hunc Affectim; ſit pro potu communi quotidiano.

Rachitides veræ rarius occurrunt, niſi annis, quibus Intermittentes Autumnales prædominium habent; quod obſervatu dignum, inquit Sydenham.

*Cereviſia Scorbutica Attemperans.*

℞ Summit. Pini ( vel Abietis ) M. iv. Coq. in Cereviſ. nov. generoſiſſimæ Cong. v. ad iii. ß. In doliol reposit. affunde Succi Beccab. Naſturt. aq. Tarax. Aparines ana ℔ j. Fermenteſcant ſimul cum ſacculo ſeq. immiſſo.

℞ Rad. Oxylap. ℥ iv. Sarſæ, Chinæ, Bacc. Junip. ana ℥ ii. Ras. Sant. citr. & rub. CC. Eboris, Glycyrrh. Sem. Fœnic. dulc. ℥ j. Herb. Ling. Cerv. Hepat. Agrimont. Hed. terr. ana M. ii. Antimon. crudi ℔ j. Præp. s. a.

Sanguinem aduſtum, ac fervidum temperat; ſupra modum fermenteſcentem ſedat; Hypochondria valde æſtuantia refrigerat; in iisque ſanguinis, & vaporum ebullitiones, immodicamque ζύμωσιν cohibet. Singulari modo reſpicit Scorbutum Calidum, & Affectionem Hypocondriacam. Sit pro potu ordinario.

*Cereviſia Scorbutica Calida.*

℞ Rad. Oxylap, ℔. ß. Raph. ſylv. ℥ ii. Lig. Guaja-

ci ℥ iv. Bacc. Junip. Cort. Aurant. recent. ana ℥ j. Cort. VVinter Sem. Sinap. Pip. longi, Caryoph. ana ℥ ii. Paſs. ℥ iv Herb. Coccl. hort. Beccab. Naſturt. Aq. Apatin. ana M. iv. Rite præp. pro Cong. iv.

Si purgantem volueris, adde Rhabab. ℥ j. & Sennæ ℥ iv.

Cruditatem Scorbuticam concoquit; concretiones ſalinas diſſolvit; fæculentias pituitoſas eluit; ſanguinis miſtionem reſtituit; ejuſque circuitum per vaſa corporis minima liberiorem reddit. Temperamento frigidiori præditis maxime commoda eſt.

*Cerevisia Scorbutica Extemporanea.*

℞ Cerev. mediocris ℔ ii. Spirit. Cochl. ℥ ii. Bacc. Junip. ℥. j. Semp.fœnic. dulc. Glycyrrh. ana ℥ ß. Paſſul. ℥. ii. Reſerv. in lagena vitrea. Addi poſſunt Raph. ſyv. ℈ ii. Cort. VVint. ℈ iv.

Iiſdem pollet virtutibus ac prior: eſt quidem illa parabilior; ſed vix adeo efficax.

*Cerev. ad Scrophulas.*

℞ Ras. Guajaci, Saſſafraſs. Jugland. arbor. Rad. Lapathi acuti, Filipend. Cynoglos. ana ℥ ii. Herb. Geran. Robert. Lamii ana M. iv. Paſſul. fol. ℔ j. Millep. viv. pint. j. Præp. pro Cong. iv.

Singulariter, & ſpecifice reſpicit Scrophulas, Cancrum, & Affectus Cutaneos.

*Cerev. Splanchnica.*

℞ Guajaci, Saſſafras. ana ℥ ii. Coq. in Aq. font. Cong. j. ad ℔ iv. col. infundatur in doliolum cum Cerev. nov. potentis Cong. iiiſs. & immittatur Sacc. ſeqq.

℞ Rad. Lapathi acuti ℥ viii. Raph. ſylv. ℥ iv. Cort. Fraxini ℥ ii. Bacc. Junip. ℥ j. Sem. Dauci ſylv. Coriand. ana ℥ß. Herb. Agrim. Hepaticæ, Ling. Cerv. Summit. Tamariſci ana M. iv. Præp. pro Cong. iv.

Fœculentias atrabilarias, in viſceribus ſtagnantes, circulationi reddit: Splenis duritiem, & infarctus diſſipat. Eximie conducit Hypocondriacis, ſi pro potu ordinario diu aſſumatur.

*Cerev. Splenetica.*

℞ Cort. Tamariſc. ℥ iv. Cort. Cappar. Fraxini, Lig. Guajaci, Saſſafras. ana ℥ j. Herb. Agrim. M. iv Abſinth. Cuſcutæ ana M. ii. Incide, & coque in Alæ Cong. vj. ad iv. in quibus ſuſpende (in nodulo) Limat. Chalyb. ℔ ß. Antimon. crudi ℥ iv.

Hujus per fermentationem depuratæ dosis sit ℥ iv, vel ℔ ß bis in die.

*Cibus Albus.*

℞ Lact. ℔ iv. Thorac. Capponis cocti, Amygd. dulc. excor. ℥ ij. Contundantur, fortiter exprimantur, tunc bulliant, addendo farinæ Orizæ ℥ iij. & cum concrescere incipiunt, lento igne addantur Sacch. alb. ℥ viij. Aq. Ros. rub. cochl. x. m.

Ad victum reficiens in Tabe, & Gonorrhæa.

*Cucuphæ* ʒ x.

℞ Rad. Pæon mar. sicc. ʒ ij. Angel. Hisp. ʒ j. Irid. Florent. Flor. Lavend. ana ʒ ß. Fl. Stœch. Arab. ʒ j. Caroph. Nuc. Mosc. Mac. ana ℈ j. Styr. Calam. Labdam, Succini, Bals. Tolut. ana ʒ. j. Ol Rorismar. gutt. v. fiat pulvis crassiusculus, qui bombace exceptus, & panno sericeo intersutus, formetur, ut artis est, pro Cucupha, quæ singulis noctibus, fumo Succini, Olibani, Balsami Tolut. aut similium (super carbones conjectorum) calefacta, super caput gestetur.

Insignis est utilitatis in Affectiaus Capitis humidis, pitutitosisque; in Doloribus frigidis, diuturnis, catarrhalious; Spiritus recreare, & robur Capiti, Cerebroque conciliare creditur.

*Decoct. Acetosæ.*

℞ Rad. Acetosæ, Passul. sol. exacin. & concis. ana ℥ ij. Rad. Glycyrrh. Hord. Perl. ana ℥ ß. coq. in Aq. font. ℔ iij. ad ℔ ij. col. adde Syr. Limon. ℥ j. m.

Sit in Potum Febricitantibus.

*Decoct. Agarici.*

℞ Agar. (concis. & nodulo lig.) ʒ ij. coq. in Aq. font. q. s. ad ℥ iij. sub finem, addendo Caryoph. contus. ʒß. col admisce Sacom. præ. gr. v. Syr. Ros. Sol. ℥. j. Ol. Anisi gutt. j. f. Potio.

Ubicumque Phlegma tenax, viscera obliuens, fuerit expurgandum, apprime convenit; & speciatim Chlorosi laborantibus (ante Chalybeatorum usum) insigniter conduci, sæpe observavi.

*Decoct. Allii.*

℞ Ras. Lig. Sanct. ℥ iij. Rad. Zedoar. ℥ j. ß. coq. in Aq. font. ℔ xij. ad medias; sub finem addendo Rad. Allii concis. ℥ iij. Sem. Anisi; Dauci sylv. Cumini ana ℥ j. col. adde Sp. Cochl. ℥. ß. m.

Con-

Contra Hydropem propin. ℥vj. mane, & quarta pomerid.

*Decoct. Althææ.*

℞ Rad. Alth. ℥ ij. Herb. Alth. M. j. Coq. in Aq. Hord. ℔ iij. ad iſs. col. adde Aq. Raph. comp. Spir. Vini Gall. ana ℥ iv. Bacc. Junip., Lauri ana ʒ ſ. Sem Aniſi Fœnic. dul. Carui, Dauci ſylv. ana ℥ ij. f. Inſus. cal. & clauſa 2. hora., in col. diſſol. Gum. Arab. ℥ j. Syr. de Mecon. ℥ iv. m.

Urinam, & Arenulas pellit, eodemque tempore Acorem obtundit, & dolorem ſedat.

*Decoct. Amaro-Aromatici* ℔ ij.

℞ Rad. Calami arom. Zedoar. ana ℥ ſ. Gent. Galangæ ana ʒ ij. Herb. Centaur. min. Abſinth. Flor. Chamæm. Stœchad. ana ʒ j. f. Decoct. in Aq. font. ℔ iij. ad ij. ſub finem addendo Sem. Carui contus. ʒ ſ. col.

Vires poſſidet Decocti Amari Alternantis: ſed inſuper potentius flatus diſcutit, & Ventriculum calefacit.

Dos. ℥ iv. bis in die.

*Decoct. Antiloimici* ℔. ij.

℞ Rad. Zedoar. ℥ ſ. Rad. Cotraj. Angel. Hiſp. Raſ. CC. Eaoris ana ʒ ij. Theriacæ Ven. Mithrid. Diaſcord. ana ʒ j. Croci ℈ j. coccinell. ℈ ii. Præp. adde Aq. Hord. depur. ℔ ij. ſ. & in olla vitreata, operculo ſuo clauſa, ſemihoram coque. Hujus Decocti per manicam Hippoc. ſine expreſſione transcolati ℥ xxxiv. adde Aq. Epidem Theriacal. ana ʒ ij. Syr. Caryoph. ℥ iv. Succi Kerm. col. ℥. ſ. Fol. Auri N. iv. m.

Quando Febris Malignæ Venenum Spiritus adoritur, ſtupefacit, & fere exanimat; hujuſmodi generoſa Alexipharmaca tempeſtive exhibita, novum Vigorem inſpirando, Copulamque Deleteriam excutiendo, ſubinde ex Orci faucibus ægrum arripiunt.

Dum vero, ex altera parte, Malignitas ſit agilis, & feræ indolis (ut in Variolis, Morbillis, & Febribus quibuscumque malignæ proſapiæ Inflammatoriis) tunc Alexipharmaca, quæ Sanguinem in fervores, & Spiritus in furores adigere poſſunt, pro Venenis omnino ſunt habenda.

Dos. Cochl. iij. vel iv.

*Decoct. Aparientis.* ℔ iij.

℞ Rad. Petroſel. Fœnic. ana ℥ j. Cort. Cappar. Tamariſci ana ℥ ſ. Herb. Ceterach, Ling. Cerv. Agrimon.

Hepaticæ ana M. j. Coq. in Aq. & Vini albi. ana ℔ ii. ß. ad ℥ xxviii. Col. dissol. Syr. & 5. Rad Oxym. simpl. ana ℥ ii. m.

Iisdem pollet virtutibus, ac Cerevisia Scorb. Attemper. quam vide; sed potentius Diuresin ciet.

*Decoct. Astringentis* ℔ j.

♃ Cort. Granat. contus. ℥ j. Coq. in Aq. (vel Decoct. alb. depur.) ℔ iii. ad medias, sub finem adjiciendo Caryophyll. contus. Nuc. Mosc. ana ʒ j. Col. dissolve Syr. e Rosis sicc. ℥ iii. Aq. Cinnam fort. ℥ iv. Aq. Ment. ℥ j. Theriacæ Ven. ʒ ii. m.

Ventriculum, & cetera Viscera firmat. Multiplicis est usus in enormi, Symptomatica Diarrhœa, Dysenteria, &c. Dos. ℥ iv. bis in die; vel cum, vel sine Laudano pro præsenti rerum ratione.

*Decoct. Balsamici* ℔ ii.

♃ Passul. sol. exacinat. & concis. ℥ ii. Rad. Sarsæ, Chinæ, Glycyrrh. ana ℥ ß. Eboris, CC. ana ʒ ii. Summit. Hyper. M. j. Coq. in Aq. Hord. ℔ iii. ad ℥ xxx. sub medium coctionis addendo Bals. Tolu. ʒ iii. Col. dissol. Syr. e Rubo Idæo ℥ ii. Peruv. gutt. viii. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ii. m.

In Phthisi utiliter propinatur. Ichoris enim acredinem corrigit; Bronchiorum infarctus expedit; Tubercula cruda dissipat; & vasorum rupturas resarcit. Exhibeatur ad ℥ iv. bis, terve in die.

*Decoct. Bardanæ comp.* ℔ ii.

♃ Rad. Bard. ℥ iv. Herb. Cgamæpit. M. iv. Coq. in Aq. font. ℔ iii. Col. ℥ xxviii. adjice Aq. Lubric. Magistr. ℥ iv. Spir. Cochl. Elix. Propr. Tartaris. ana ʒ ii. m.

Ad Arthritidem.

*Decoct. Berberum* ℔ ii.

♃ Cort. Berb. Rad. Curc. ana ℥ ß. Herb. Chelid. maj. M. iv. Fimi Anser. (in nodulo) ℥ ij. Aq. font. ℔ ii.. Coq. sub finem add. Vini albi ℔ ß. Croc. ℈ j. Col. ℔ ii.

Ad Icterum Dos. ℥ iv. cum Syr. e 5. Rad. & Oxym. Scill. ana ʒ iii. bis in die.

In Ictero observabat Practicus quidam, Morbum fere lethalem, quando colore, non tantum faciei cutim, quæ rarior est, sed etiam capiti, quæ crassior est, flavo fusco tinxerit.

*Decoct. Cachecticum pro 4. dosibus.*

♃ Rad.

♃ Rad. Polypod. ℥ j. Cort. Fraxini, Tamarind. ana. ℥ ß Passul. ℥ j. Crem. Tart. ʒ ii. coq. in Aq. font ℥ xx. col. ℥ xii. adde Vini albi. ℥ iv. Succi Limon. ℥ ß. Sennæ ℥ j. Rhab. ( in nodulo ) ℥ ß. fiat Infusio calida, & clausa 12 horas col. adde Mannæ. Syr. michor. cum Rhab. ana ℥ ii. Ol. Anisi gutt. ii. Sp. Cochl. Elix. Prop. ana ℈ iv. m. Cachectici, quo lenius tractantur, eo citius curantur.

*Decoct. ad Cancrum* ℔ iv.

♃ Rad. Scroph. maj. Tapsi Barb. ana ℥ ii. Filipend. Herb. Ceterach, Roberti, Agrimon. Tormenri. Scabiosæ, Linar. ana M. j. Flor. Samb. Anthos ana p. j. Sem. Urticæ ʒ ii. f. Decoct. in Aq. ℔ vj. ad ℔. ii. ß. col. add. Syr. de Pomis Alterant. & de Succo Citri ana ℥ iv. m. Propin. haust. ter in die.

*Decoct. Cannabini* ℔. iv.

♃ Sem. Cannab. contus. ℥ iii. Herb. Agrimon. Bursæ Past. Plantag. Centinod. ana M. i ß. coq. in Aq. ℔ vj ad iv. col. edulc. Sacchari ℥ iv. vel Syr. e Ros. siccis ℥ viii. Dos. ℥ iv. bis in die, ad Mictum in lecto involuntarium.

*Decoct. Catarrhalis* ℔ ii.

♃ Ras. Sant. citr. & rub. ana ʒ ij. Guajaci, Sassafrass. ana ℥ ß. Glycyrrh. ℥ ii. ß. Passul. fol. ℥ j. coq. in Aq. Hord. depur. ℔ iii. ß. sub finem coctionis adde Succi Cynogloss. ℥ iv. coq. ad ℔ ii. & col. Dos. ℥. iv. ter in die.

*Decoct. Catechu Simpl.* ℔ j.

♃ Pul. Terr. Japon. ʒ ij. coq. in Aq. font. ℔ j. ad ℥ xij. Per subsidentiam depur. adde Aq. Cinnam. fort. Syr. Cydon. vel e Rosis siccis, ana ℥ ii. m.

Dos. ab ℥ ii. ad ℥ iv. in Ventriculi, aut Intestinorum laxitate, atque in dispositione Sanguinis Catarrhali.

*Decoct. Catechu Comp.* ℔. ii.

♃ Ras. Guajaci, Sassafrass. ana ʒ iii. Sant. citr. & rub. ana ʒ ii. Terræ Japonicæ pul. ℥ ß. Glycyrrh. ℥ j. Salv. sicc. M. j. coq. in Aq. Hord. ℔ iii. ad ℥ xxx. col. dissol. Diacodii ℥ ii. Ol. Anisi gutt. j. m.

Vasorum, & Glandularum oscula dehiscentia, fortiter constringit: Membranas exquisite sensibiles, mucore leni oblinit; Spiritusque irritabiles demulcet, & pacat: Hinc in Catarrho tenui, præ aliis fere quibus-

libet præsidiis, opem contulisse, frequenter animadverti. Dos. ℥ iv. ter in die.

*Decoct. Cephalici* ℔ ij.

♃ Guajaci, Sassafrass. ana ʒ ij. Rad. Pæon. mar. ℥ j. Herb. Salv. sicc. Majoranæ, Beton. Fl. Stœchad. Arab. ana M. ß. coq. in Aq. font. ℔. iij. ad ℥ xxviiſ. col. adjice. Aq. Pœon. comp. Syr. Pœon. comp. ana ℥ ij. Tinct. Castor. ʒ ij. Ol. Rorismar. Nuc. Mosc. ana gutt. ij. Sacch. alb. ℥ j.

Apte præscribitur contra Affectus Capitis, & Nervorum, frigidos, catarrhosos; ac Apoplexiam, Epilepsiam; Torporem; Paralysin, &c. ad ℥ iv. bis in die.

*Decoct. Cerevisiatum.*

♃ Ras. Lig. Sancti, Glycyrrh. ana ℥ j. Passul. Malacens. ℥ ij. Terr. Japon. ℥ ij. coq. in Cerevis. fort. novel. nondum fermentationem passæ ℔ iij. ad ℥ xxx. col. subsidendo clarefactæ, addo Tinct. Benzo. ʒ ij. Syr. Bals. ℥ ij. m.

Iisdem fere viribus pollet, ac Extractum Pectorale, sed magis calefacit, incidit, & expectorat.

*Decoct. Chamæpyteos Com.* ℔ ij.

♃ Chamæpit. M. ij. Flor. Stœch. Arab. ℥ ij. Rad. Pæon. Mar. ℥ j. coq. in Aq. font. ℔. iij. ad ℔ ij. col. adde Spir. Coch. & Spir. Lavend. comp. ana ʒ j. m.

Sumantur ℥ iv. cum Spir. Sal. Armon. gutt. xx. ter in die ad Arthritidem.

*Decoct. Clysterisantis* ℔ j.

♃ Herb. Malvæ M. ij. Senecion. ana M. j. Fl. Chamæm. Sem. Lini ana ʒ ij. Sem. Fœnic. dulc. ℥ ß. f. Decoct. in Aq. ℔. j. ß. ad ℔. j. col.

Parum differt a Decoct. Communi; sed quia Beta, Parietaria, & Mercurialis non adeo ubivis crescunt, nec recentes præsto sunt, hoc, facilius, & citius parabile, describere, operæ pretium fore duxi.

*Decoct. Coccinei* ℔ ij.

♃ Nitri ℥ j. Sacch. Albi ℥ iv. Coccinel. gr. xv. ſſ. pulv. qui conjiciatur in Aq. fontanæ bullientis ℔ i j. coq. ad despum. & per subsidentiam depuretur.

( Splendidissime rubens, pulcherrime blanditur oculis; nec palato valde est inimicum; inter omnes enim, quos varie tentando ) invenire adhuc mihi licuerit, hunc

facile

facile jucundiſſimum eſſe modum exhibendi Salem Prunellæ didici. Sanguinis fervorem compeſcit; Sitim ſedat; Urinam ciet; Febribus Inflammatoriis, & ſpeciatim Pleuritidi convenit; Arenulas expellit. Exhiberi poſſunt ℥ iv. bis terve in die.

Nitrum, & Nitrata in Malignis Febribus, cum Diarrhœa vel Vomitu conjunctis, non conveniunt: quippe hunc augent, & quoque alias ægros tales ad excretiones alvi proclives reddunt. Ettmull. 1. vol. 1100. 2.

*Decoct. Coprogogum.*

℞ Paſſul. Malacens. conciſ. ℥ ii. Coq. in Aq. fon. ℔ j. ß. ad ℔ j. In col. infunde ſuper cineres calidos ( vel in Furno ) per noctem Fol. Sennæ, Sem. Carui, Aniſi, Comini, ana ʒ vi Sal. Tar. ℈ j. In Col. diſſolve Syr. Roſ. ſol. ℥ j. m.

In Colica, & ad Scybalos expellendos egregie valuiſſe, non ſemel obſervavi.

*Decoct. Corallinæ* ℔ j.

℞ Mercurii vivi ℥ ii Herb. Dictamn. Cret. ʒ j. Corallinæ pul. ℥ ß. Coq. in Aq. Portul. ℔ j. ß. ad ℥ xiv. Coletur, ſeparetur a Mercurio, & edulcoretur Syr. Limon. ℥ ii.

Detur Pueris ad ℥ ii. bis in die per 4 dies ante Novilunium, & Plenilunium, atque dein purgentur.

*Decoct. Cynogloſſi* ℔ ii.

℞ Herb. Cynogloſſ. M. ii. Glycyrrh. ℥ ß. Paſſul. ſol. ℥ ii. Coq. in Aq. font. ℔ ii. ß. ad ℥ xxx. ſub finem addendo Sem. Aniſi ℥ ß. Col. adde Diacod. ℥ ii. m.

Ad Tuſſim, Tracheæ aſperitatem, omneſque Thoracis, & Spiritualium partium Affectus, a fluxionibus acribus ortum ducentes, accommodatum eſt remedium. Dos. ℥. iv. bis, terve in die.

*Decoct. Depurantis* ℔ ii.

℞ Rad. Gram. Ruſci, Fenic. Petroſel. ana ℥ j. Herb. Aparin. Tarax. ana M. j. Uvar. Corinth. conciſ ℥ ii. coq. in Aq. font ℔ iii. ad ℥ xxviii. col. diſſol. Sal. Prunel. ʒ ii. Syr. e 5. Rad. ℥ iv. m.

Urinam potenter ciet; Renes, & Veſicam Sabulo & Muco liberat; Sanguinem egregie depurat, ideoque proficuum eſt Scorbuticis temperamento calidiori præditis, atque admodum conducit poſt iſtiuſmodi Febres; quæ retorridam Sanguini craſin intulerunt.

Propin. ℥ iv. vel vi. bis, velter in die.

*Decoct. Diureticis* ℔ ii.

℞ Rad.

℞ Rad. Fœnic. Asparagi ana ℥ ii. Fruct. Alkek. Num. xvi. Herb. Virgæ aur. M. ii. coq. in Aq. & Vini albi ana ℥ xx. ad ℥ xij. Col. adde Aq. Raph. Comp. ℥ ii. Succi depur. Petrosel. Syr. Alth. ana ʒ iv. Millep. viv. contus. & express. Num. 300. Sal. Prunel ʒ ii. m.

Serum, & recrementa salina, a sanguine copiose secernit: Renes, Ureteres; & Vesicam efficaciter abluit. Dos. ab ʒ iv. ad ℔ ß.

*Decoct. Diuretico-Catharticum.*

℞ Rad. Urticæ ℥ j. Bacc. Junip. ℥. j. Coq. in Aq. font. ℔ j. ℥. ß ad ℔ j. sub finem addendo Sem. Petrosel. Dauci. sylv. ana ʒ ii. Col. adde Sennæ ℥ ß. Rhabarb. Agar. (in nodulo) ana ʒ ii. Sal. Armon. crudi ℈ ii. Aq. Raph. comp. ℥ ii. f. Infus. calida, clausaque sex horas Col. ℥ xiv. admisce Spir. Cochl. ℈ iv. Ol: Anisi. gutt. iv. Syr. Ros. solut. ℥ ii. m. Pro iv. dosibus.

*Decoct. Edulcorantis* ℔ vi.

℞ Rad. Sarsap. Chinæ ana ℥. iii. Ras. Lig. Sant. citr. & rub. CC. Eboris ana ʒ vi. Infunde s. a. & coq. in Aq. font. ℔ xii. ad ℔ vi. Col. edulc. Sacch. ℥ vi m.

Dicitur Seri lymphatici acorem corrigere, quantitatem ejus nimiam minuere; Diaphoresin leniter promovere; usui esse insigni in Phthisi incipiente; Doloribus vagis; Affectibus catarrhosis, Ulceribus; Morbisque Cutaneis.

*Decoct. Emmenagogi* ℔ ii.

℞ Rad. Apii, ℥ ii Calami Arom. Bacc. Lauri ana ʒ ii. Zedoar. Cubeb. ana ʒ j. ß. Mac. ℈ iii. Rad. Galangæ, Gran. Parad. ana ℈ ß. Dictamn. Cret. Puleg. ana M. j. Coq. in Aq. font. ℔ ii. & Vinc. albi ℔ j. ad ℥ xxviii. Col. adde Tinct. Croci (Aq. Theriac. extractæ) ℥ j. Syr. de Stœchade ℥ iii. m.

Sanguinis massam novo orgasmo commovet; illomque vividius ad Arterias Uterins impellit; Vasorum extremitates aperit. Prægressa Catharsi debita, & instante tempore menstruo, sumat patiens ℥ iv. ad ℔ ß. bis in die, probe se exercendo, & frigus cavendo.

*Decoct. Equisetis* ℔ vi.

℞ Equiseti M. vi. Cydon. incis. Num. iii. Sem. Sumach. Bacc. Mirth. ana ℥ j. ß. Ros. rub. sicc. M. j. ℥. Sem. Balaust. ℥ iii. Coq. in Aq. font. ℔ ix. ad ℔ ii. ß. sub finem addendo Gumm. Tragac. ʒ vi. Col. adde Mel. Ros.

Syr.

Syr. e Ros. sicc. anna ℥ iii. Syr. Mirth. ℥ j. ß. m.
Propinetur haustus ter in die ad Ulcera Vesicæ.

*Decoct. Expectorantis* ℔ ii.

℞ Rad. Irid. Florent. ℥ ii. Agar (in nodulo lig.) ℈ iv. Herb. Nicotianæ sicc. ℈ ii. Hyssopi, Thymi ana M. j. Coq. in Aq. ℥ xxxvj. ad ℥ xxviii. Col. dissol. Oxym. simp. ℥ iv. m.

Hujus Decocti ingredientia tenuibus, acribusque gaudent partibus: ideoque (sanguinis commeatu) in Ductus Tracheales penetrant; ibique materiæ lentæ impingentes, eam adeo dividunt, attenuant, atque exagitant, ut fibris exinde irritatis, & inter tussiendum successive contractis, Tracheæ, & Vesicularum ejus, contenta, sursum ejiciant. Remedium est plane præpotens; & propinari oportet calidum instar Coffee, bis ad minimum in die.

*Decoct. Febrifugi Amari* ℔ ii.

℞ Flor. Chamæm ℥ ii. Coccinell. gr. xvj. Coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ℔ ii. Col. dissol. Sal. Absint. ℥ ii. m. Subinde adde Aq. Theriacal. still. ℥ ii Ol. Junip. gutt. xvi. Sp. Sal Arm. gutt. Octoginta. Et vespertinæ dosi, Laud. liqu. gut. xx.

Specificum merito audit,& soli Cortici Peruviano cedens remedium. Imperare soleo ad ℥ iv. tertiis horis, absente Paroxysmo.

*Decoct. Febrifugi Magistralis* ℔ ii.

℞ Cort. Peruv. pul. ℥ ii. Coq. in Aq. ℔ ii. ad ℥ xiv. Col. & magmati residuo affunde de novo Aq. ℔ ii. Coq. iterum ad ℥ xiv. sub medium coction-s adde Bals. Tolut. ʒ iii. Coccinell. ℈ j. Col. & utrisque colaturis comistis adde Syr. Caryoph. ℥ iv. Ol. Nuc. Mosch. gutt. ii. m.

Ad Corticis vires debite extrahendas, mire longa, consummataque requiritur Coctio. Cum olim experimenti causa ejusdem pulverem sæpius decoxissem, non eo usque vires ejus exgaurire valui, quia vel octavum Decoctum manifeste adhuc amaricaret. Quo melius ergo ex hoc, & ejusmodi obstinatis, Virtus eliciatur, consultissimum erit in pulverem non crassum, sed subtilissimum redacta, pertinaciter urgere, & repetitis vicibus percoquere.

Quoties adeo sunt delicatuli, morosive patientes, ut vel nequeant, vel nolint Corticem in substantia crassiori admittere; hoc Decoctum in subsidium mihi venire solet. Dos. ℥ iv.

tertiis

tertiis horis, ( a paroxysmo vacuis ) donec fugatur Febris.

*Decoct. Febrifugi Salsi* ℔ ii.

℞ Sal. Absinth. ℈ viii. Sacc. albi ℥ iv. Aq. font. ℔ ii. Coq. ad despumationem in vasi fictili vitreato.

Felicem hujus efficaciam sæpissime expertus sum: atque tunc potissimum consului, cum Febris Corticis non amplius obediret, jamque in continuarum classem se recipere minaretur.

Dosis usualis fuit ℥ ii. alternis horis.

*Decoct. Fracastorii* ℥ xii.

℞ Diascord. Boli Armen. pulv. ana ʒ vi. Aq. Lact. Alex. ℥ x. Coq. ad ℥ viii. Col. claræ adde Aq. Ment. ℥ ß. Aq. Cinnam. fort. ℥ ii. Syr. de Mecon. ℥. j. ß m. pro 3. dos.

Huic virtus inest plane divina contra Diarrhœam; namque ægritodines, angores, tormine Ventriculi, Intestinorumque furias ( si quid aliud ) sopit, & sistit. Egregiæ spediatim utilitatis est in Febribus Diarrhœa sympatica stipatis.

*Decoctum Fracastorii tenue.*

℞ Crustam panis albi inferiorem; Diascord. ℥ ß. Coccinel. ℈ j. Coquantur ( ad duas, tresve ebullitiones ) in Aq. font. ℔. j. sub finem addendo Sacch. alb. ℥ ß. col per pannum VVallicum. Adjice Aq. Cinnam. ℥ ii. m.

Sit in potum ordinarium, in Febribus mali moris, cum Diarhæa.

*Decoct. Glycyrrhizæ.*

℞ Succ. Glycyrrh. Hisp. ℥ ß. Mellis ℥ j. Aq. Calc. ℔ j. Coq. ad dissolutionem. Col. adde Tinct. Benzo ℈ iv. m.

Commode præscribitur contra Catarrhum.

*Decoct. Hysterici* ℔ j.

℞ Ras. Lig. Buxi, Rad. Bryon. albæ ana ℥ ß. Rad. Pœon. mar. Valerianæ sylv. ana ℥ j. Flor. Stœchad. Arab. ℥ ii. Myrrhæ contus ʒ j. Coq. in Aq. font. ℔ j. ß sub finem addendo Succi Rutæ ℥ j. Col. ℥ xiv. adde Aq. Bryon. Comp. ℥ ii. Tinct. Castor. ʒ ii. Ol. Succini gutt. xxxii. Sacch. albi ℥ j.

Dos. cochl. v.

*Decoct. Icterici* ℔ ii.

℞ Rad. Curcumæ, Rub. Tinct. ana ℥ j. Herb. Chelid. maj. cum toto M. ii. Lumbr. mund. N. xx. Coq. in Aq. & Vin. Rhen. ana ℔ ii. ß. ad ℥ xviii. Col ( adde Tinct. Croci Aq. Ther. paratæ ) ℥ j. Syr. e 5. Rad. ℥ iii. m.

San-

Sanguinis massam, velut fermento novo, (sed miti) Inspissat. Glandulas Hepaticas lustrat: Meatus Bilarios specifice deobstruit. Prægressa debita catharsi, ebibantur ℥ iv. bis in die, donec Affectus disparuerit,

*Decoct. Incrassantis* ℔ ii.

℞ Gummatis Arab. crasse pulv. ℥ iii. coq. in Aq. Hord. ℔ ii. ad ℥ xviii. adde Syr. Alth. ℥ iv. m.

Acerrimam, nimisque tenuem, Lympham temperat, & incrassat. Euporiston, & optimum Medicamentum merito est censendum in Ardore Urinæ. Usui esse potest in Tussi acri; item in Diabete ℥ iv. præscribere soleo bis, vel ter in die.

*Decoct. Corticis Juglandis* ℔ ii.

℞ Cort. inter Rad. Jugland. contus. tepide macerat. horas viii. in Aceto Sambucino, & exsiccat. ℥ j. ß. Cort. Cappar. ℥ ß. Summit. Tamarisc. Herb. Agrimon. ana M. ii. coq. in Aq. & Vini albi ana ℔ j. ß. ad ℔ ii. col.

Omnino Splanchnicum est, & iisdem pollet virtutibus, ac Decoctum Splanchnicum, (quod infra vide) nisi, quod forte Splenis Affectibus peculiariter magis medetur. Hujusmodi enim medicamenta unam aliquam partem, eræ cæteris, virtute quadam specifica respicere deprehenduntur; quia eorum particulæ Recrementis intra Viscus illud secernendis magis affines & proinde associatæ, una cum ipsis illuc feruntur.

Et præter hanc affinitatem Liquidorum, videtur porro dari Congruentia quædam Solidorum, qua Medicamentum in particularem quamdam partem præcise vim suam imprimit, penitus intactis aliis. Ita Helleborus albus, Labiæ; (observante de Grevv.) Colocynthis, Linguæ medium; Solanum lethale, Palatum; & Jalapium, Gulam maxime, & præ aliis gustus organis, afficere solent.

*Decoct. Juglandum Purgans.*

℞ Cort. Jugland. (ut supra præp.) ℥ ß. Agar. (in nodulo) ʒ j. Caryoph. gr. xv. Sal. Tart. ʒ. ß coq. in Aq. font. ℥ iv. adde Elix. Prop. Tartarisati gutt. LX. Scammon. præp. gr. ii. Ol. Anisi, Junip. ana gutt. j. m. f. Potio. Hypondriacis, ubi purgandum est, convenit. *Decoct. Juniperini* ℔ ii.

℞ Bacc. Iunip. (probe contus. & in sacculo inclus.) ℥ iv. coq. in Vini Canar. ℔ iii. ad ℔ ii. col. Stomachi-

cum

cum est, Carminativum, Anticolicum, Spleneticum, Diureticum, sumatur ℥ ii. ad ℥ iv. bis terve in die.

Rulandus vult, ut patiens Hydropicus quotidie sumat ℥ vi. aut plures calide, & in lecto multum, diuque sudet.

Coquit etiam ille Granorum Juniperi M. iv. in Seri Lactis ℔ viii. ad tertias, pro potu ordinario in Ascite.

*Decoct. Junip. Compos.*

℞ Bacc. Junip. ℥ iv. coq. (tela rara inclus.) in Aq. font. ℔ ii. ß. deinde adde Sem. Anisi, Carui, Fœnic. dulc. Coriand. ana ʒ iii. Sal. Absint. ʒ j. Clauso vase reponatur, & cum refrixerint, col. adde Sacch. alb. ℥ ii. Spir. Cochl. ℈ viii. Spir. Sal. Armon. gutt. LXXX. m. Juniperi Baccæ Aromat. Germanorum appellantur, atque Sale volatili, aromatico, oleoso, balsamico, & quasi Terebinthinaceo, ditantur.

Decoctum hoc Ventriculum roborat; Concoctionem adjuvat; Flatus discutit; Colicam præcavet; Affectionem Hypochondriacam allevat; Cerebrum, Nervos, Pulmones, Renes, & Uterum confortat; Putredinem corrigit; dispositionem Renum Calculosam emendat; Menses promovet; Urinam ciet.

*Decoctum Liberans.*

℞ Rad. Sarsap. ℥ vj. Uvar. Corinth. concis. ℥. viii. Infusa s. a. coq. in Aq. ℔ xii. ad ℔ vi. in col. extingue Calc. vivæ ℔ ß. Post subsidentiam reserv. in Lagenis vitreis.

In Affectibus Catharrosis, Empyemate, Phthisi, Strumis, Diabete, Ulceribus humidis. Dentur ℥ iii. ter in die.

*Decoct. e Lignis ℔ vj.*

℞ Guajaci ℥ iv. Sassafrass. ℥ ii. Sant. citr. & rub. ana ℥ j. Ebor. CC. ana ℥ ß. Infunde, & coque. s. a. in Aq. font. ℔ xii. ad ℔. vi. col. edulc. Sacch. q. s.

Exsiccat, Attenuat, Sudorem movet. Accommodatum est Catarrhosis, Arthriticis, Paralyticis, Hydropicis, Leucophlegmaticis, Ulceratis, & temperamento frigidiori præditis. Dos ℥ iv. bis quotidie.

Verum in temperamento bilioso, & Sanguini acriori, quantitas Guajaci, & Sassafrass. minuatur; & Sar. sa, & China substituantur, oportet.

*Decoct. Lusitanici ℔ ii.*

℞ Aq. font. ℥ xxvi. Succi Limon. Sacch. albi ana

℥ ii.

℥ ii. coccinei. ℈ j. coq. in olla vitreata ad despumationem; tandem adde Aq. Rosar. Dam. ℥ iv. & per subsidentiam depuretur.

Aliquando præscripsi Succ. Limon. Sacch. alb. ana ℥ iv. Potus est visui elegantissimus, gustui gratissimus, febricitantibus desideratissimus: calorem, & fervorem Ventriculi, & Sanguinis cohibet: Sitim tollit; Urinam movet, Propinetur ad libitum.

*Decoct. Malacense.*

℞ Passul. Malacen. concis. ℥ ii. Alt. ℥ j. Glycyrrh. ℥ ß. Herb. Malvæ M. ii. Sem. Lini ʒ ii. coq. ex Aq. Hord. depur. ℔ iii. ad ii. In col. dissolve Gummat. Arab. ℥ j. m.

Obtundit, lævigat, incrassat.

*Decoct. Malvæ Magistralis* ℔ ii.

℞ Herb. Malvæ integræ M. viii. coq. in Aq. ℔ viii. ad ℔ vi. Liquori colato (see non expresso) inde de novo Malv. integr. M. iv. coq. iterum ad ℔ iv. col. per subsidentiam depuratæ adde Rad. Alth. ℥ ii. Glycyrrh. Passul. sol. ana ℥ j. Lap. Prunel. ʒ ii. coq. ad ℥ xxx. & col dissolv. Gummat. Arab. ℥ ß. Syr. Alth. ℥ ii. m.

Constat ex lenibus, mollibus, mucosis partibus: ideoque humorum acredinem obtundit: Serum nimis tenue incrassat; Sanguinis fervorem refrigerat; Habitum corporis justo aridiorem humectat; Alvum lenit; Urinæ ardorem obtundit; Diuresin movet; & Calculosis egregie prodest.

*Decoct. Mastichinum.*

℞ Mastic. ℥ j. Crustam inferiorem panis albi, Macis ʒ j. f. Decoct. in Decoctu Cornu Cervi calcin. (præcipitando clarefacti) ℔ iii. ad ii. col. adde Conserv. Rosar. rub. ℥ iv. f. Infus. calida iv. hor. col. adde Aq. Cinnam. ℥ ii. m.

Ad Nauseam, Vomitionem, Diarrhœam. Dos. ℥ iv.

*Decoct. Millefolii* ℔ ii.

℞ Herb. Millefol. m. ii. Lamii. flore albo, Cynogl ana M. j. Ras. Sant. rub. ℥ ß. coq. in Aq. ℔ ii. ß. ad ℔ ii. sub finem addendo Terræ Japon. ʒ ii. Mac. contus. ʒ i. Sacch. alb. ℥ iii. m.

Bropin. ℥ iii. una cum Alb. Ovi j. conquassato vesp. & mane, ad Fluorem album.

*Decoct. ad Morsum Canis rabidi* ℔ iv.

℞ Lig.

℞ Lig. Buxi, Sem. Pœon. mar. ana ℥ j. Herb. Sal. Scorodon. Beton. Sanic. Angel. Mors. Diab. Solani sign. ana M. j. coq. in Aq. ℔ v. ad iii.

Propin. ℥ iv. cum Ther. Ven. ʒ ß. ter in die.

Ad hunc usum, & morsus quoscumque venenatos, expertum est Decoct. ad Mors. Pharm. Batean.

*Decoct. Nephritici* ℔ ii.

℞ Rad. Alth. ℥ j. ß. Glycyrrh. ℥ ß. Herb. Virgæ Aur. M. ii. Alth. Parietar. ana M. j. Fic. Num. iv. Bacc. Junip. Sem. Petrosel. Maced. Bardanæ, Milii Sol. (sub med. coctionis addit.) ana ʒ j. coq. in Liq. Posset. (Vino albo alterati) ℔ iii. ad ℥ xxvii. col. edulc. Syr. Alth. ℥ iv. m.

*Decoct. Neuroicum.*

℞ Ras. Lig. Guajaci ℥ j. Rad. Pœon. mar. ℥ ß. Rad. Calam. Arom. Angel. Hisp. a ʒ ii. f. Decoct. in Aq. font. ℔ iii. ad ℥ xxxviii. Col. adde Ol. Roris. mar. gutt. xxxii. Bals. Peruv. gutt. xvi. Vitel. Ov. Num. j. Sacch. alb. Aq. Pœon. comp. ana ℥ ii. Spir. Lavand. comp. Spir. Sal. Armon. ana gutt. LXXX. m.

Ad Caput, & Nervos roborandos.

*Decoct. Pacifici* ℔ ii.

℞ Capit. Papav. albi (sine semine) ℥ j. Concis. coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ℥ xxxviii. sub finem addendo Flor. Paralys. sicc. ʒ ii. Col. dissol. Diascord. ʒ ii. Syr. de Mecon. ℥ iii. Syr. Limon. ℥ j. m.

Temperatum est; & somnum accersit. Dos. ℥ iii. vel ℥ iv.

*Decoct. Pacificum Histericum.*

℞ Capit. Papav. alb. siccat. concis. & cum Seminib. contus. ℥ i. Aq. font. ℔ j. ß. Coq. ad ℔ ß. in col. dissol. Assæ fœt. ʒ ii. Sacch. alb. ℥ j.

Aliquando ordinavi Assæ fœt. ℈ iv. & Gum. Ammon. ℈ ii.

Dos. cochl. ii vel iii.

*Decoct. Passulati* ℔ ii.

℞ Passul. sen. enucleat. & minutim concis. ℥ iv. Coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ℔ ii. & col.

Pro Medici intentione, addi potest Tart. alb. a ʒ ii. ad ℥ ß.

Potus est sat gratus. Morbis Pectoris & Lienis bene inser-

inservit. Sitim sedat. Si commisceatur anatica quantitate cum Aqua Calcis, remedium erit insigniter efficax contra Affectus Catarrhales.

Si in hac Col. Infund. Sennæ ℥ii. remedium erit familiare Nephriticorum. Nephritici enim debent habere (inquit Saxonia) aliquando medicamentum familiare, quod Excrementa per Intestina ducatur, (nam qui alvum habent lubricam, Arenulis, & Calculo non laborant) dummodo tamen medicamenta non componantur cum Diureticis; & propterea illi male agunt, qui præservationis tempore, & ad Revulsionis scopum, utuntur Cassia: illa enim dejectoria est, & diuretica; & propterea in hunc finem divertendi, non est accipienda.

*Decoct. Pectoralis* ℔ ii.

℞ Hord. perl. Passul. sol. ana ℥. i. Fic. Dactyl. ana Num. viii. Glycyrrh. ℥ ß. Sem. Anisi (sub finem additi) ʒ ii. Fiat Decoct. Aq. font. ℔ iii. ab ℔ ii. col.

Lenta, molli, blandaque dulcedine dotatur; exinde partim sanguinem (in fluorem dispositum) incrassando, acremque corrigendo; partim phlegma Pulmonibus impactum maturando; partimque Ramulos Bronchiales Tracheæque latera, demulcendo, humectando, & lubricando, egregie Tussi opitulatur. Porro in Pleuritide, Rheumatismo, Variolis, & Nephritide cum fructu laudabili usurpatur. Dos. ab ℥ iii. ad ℥ vi. bis, terve in die.

Si vim purgantem adjicere vellet. ℞ Hujus Decocti ℔ j. ß. Sennæ ℥ j. Agar. Crem. Tart. ana ʒ ii. coq. ad ℥ xiv. col. dissolve Mannæ ℥ ii. pro iv. dosibus.

*Decoct. Pectorale Balsamicum.*

℞ Rad. Sarsap. Chinæ ana ℥ ß. Capit. Papav. alb. siccat. (sine seminib.) concis. Passul. Malacens. ana ℥ j. Glycyrrh. ℥ ß. Ter. Japon. ʒ ii. f. Decoct. in Cerevis. fortis novellæ (non fermentatæ) ℔ iv. ad ℥ xxx. paulo ante finem addendo Bals. Tolut. ʒ iii. & in fine Sem. Carui, & Fœnic. dulc. ana ʒ ii. Liquori frigefacto, & per talem canabinam sine expressione trajecto, admisce Ol. Anisi gutt. ii. Bals. Peruv. ℈ii. Troch. Bec. nig. ℥ i. Tinct. Croci (Aq. Theriacal. paratæ( ℥j. Tinct. Benzo. ʒ ii. m.

*Decoct. Phthisici* ℔ j.

℞ Flor. Bellidis maj. M. j. Limac. mundat. Num. iii.

Rad. Eryngii cond. ℥ ß. Hord. per l. ʒ iii. coq. in Aq. font. ℔ j. ß. ad ℔ j. col.

Particulas sanguinis salinas, efferasque compescit, & demulcet, ne per corporis canales impetuosius delatæ, Pulmonem, partiumque solidarum substantiam prædentur, & abripiant. Insuper Nutrimentum præbet molle, & innocuum, qualesanguini (jam quoad crasin fracto) nullas facessit molestias. Locum habet in Phthisi, Febre Hectica, & Sudoribus Nocturnis. Sumat æger ad ℥ iv. ad ℥ viii. calide, addendo Lactis tantumdem, mane, & vesperi, loco Jentaculi, & Cœnæ.

*Decoct. Pleuriticum.*

♃ Decoct. Pect. ℔ ii. Succi Fimi Equ. ℥ ii. Ol. Anisi gutt. viii. Sacch. albi ℥ j. m.

Dos. ℥ iv. quartis horis, cum Spir. Sal. Armon. gutt. xv.

*Decoct. Pœoniæ Comp.*

♃ Lig. Sassafrass. Sant. citr. a ʒ ii. Rad. Pœon. mar. ℥ ii. Rub. Tinctor. Cort. Tamaris. Cappar. ana ℥ ß. Herb. Ceterach. Ling. Cerv. Cuscut. Hepat. a M. ß. Præp. decoq. in Aq. font. ℔ iv. col. ferventis ℔ ii. affundantur super Bacc. Junip. ℥ j. Bacc. Lauri ℥ ß. Sem. Fœnic. dulc. Carui, Coriandri, Dauci Sylv. ana ʒ j. Obturato vase, reponantur dum refrixerint; deinde col. sine expressione adde Aq. Lumbr. Magistr. Hent. comp. ana ℥ ii. Sacchari ℥ iii. m.

Dos. ℥ iv. ad Affectiones Hypochondriacas, & Spleneticas.

*Decoct. Psorici* ℔ ii.

♃ Herb. Fumar. Jacobææ ana M. j. Gycyrrh. ℥ j. Argenti vivi ℥ iv. coq. in Aq. Font. ℔ ii. ß. ad ℔ ii. Coletur, & (seposito Argento vivo) edulcoretur Sacchar. ad libitum.

Ad omnes Affectus Cutaneos, dentur ℥ iv. mane, & sero.

*Decoct. Purgans commune.*

♃ Sennæ ʒ iii. Crem. Tart. ʒ j. coq. in Aq. ʒ viii. ad ℥ iii. col. dissol. Mannæ ℥ ß. Syr. e Cich. cum Rhab. ʒ vi. Ol. Anisi gutt. j. m. pro potione matutina. Addi possunt, pro re nata, Scammonii, p. gr. ii. vel. iv.

*Decoct. Quercinum.*

♃ Cort. recent. e ramis junioribus Quercus ℥ iv. coq. in Decoct. CC. calcin. (per præcipitationem depurati) ℔ iv. ad ℔ ii. col. fervens affundatur super

pul,

pul.Cinnam.ʒ ii.Nuc.Mosc.ʒ j.Mac.Caryoph. ana ʒ ß. Liquor cum refrixerit, coletur, & cum Syr. Cydon. ℥ iv. edulcoretur.

Ventris profluvia sistit.

*Decoct. Raparum* ℔ ii.

℞ Rad. Rap. in taleolas incis. ℔ ß. Herb. Cynogl. Tussilag. ana M. j. Passul. sol. ℥ j. Glycyrrh. ℥ ß. coq. in Aq. Hord. ℔ iv. ad medias, sub finem addendo Sem. Coriand. contus. ℥ ß. col. dissol. Sacch. candi albi ℥ ii. m.

Pectorale est: temperat; maturat; incrassat.

*Decoct. Rosarum* ℔ ii.

℞ Conserv. Ros.rub.℥ ii. Passular. de Malaca concis.℥ j. Glycyrrh. Sem. Melon. ana ℥ ß. Aq. Hord. ℔ iii, coq. ad ℔ ii.& col.

Recte præscribuntur, quando tenue, salsum, & acre Serum, e glandulis exsudans, Asperam Arteriam, & Pulmones irritans, Tussim quidem vehementem excitat; sed tamen omnem excreandi, expuendique conatum eludens, facile Pulmones exulcerat, & Phthisin inducit.

*Decoct. Sacri* ℔ j.

℞ Rad. Serpent. Virgin. contus. ʒ vi. coq. in Aq. font. ℔ j. ad ℔ ß. col. & magmati residuo affunde de novo Aquæ ℔ j. rursum coque (sub medium coctionis addendo Coccinellæ ℈) ß. ad ℔ ß. col. iterum; utrasque colaturas misce, iisque dissolve calide, & clause Theriacæ Ven. ℥ ß. Mellis ℥ j. col.

Exoptatissimum hic sisto Alexipharmacum, nullique secundum. Cruorem enim, & succos in vasis, & visceribus fluentes, velut novo fermento inspissat; eosdem leniter movendo, & inæquali mixtione servando, a coagulatione, & putredine vindicat: Veneni particulas agglomerari cœptas, blanda agitatione ab invicem dissipat, & a maturatione impedit: deindeque sanguinem, & spiritus occupando, eos adeo erigit, & firmat, ut vel a characteris venenosi impressionibus omnino tueatur; vel si Miasma actu jam Cruorem affecerit, ab amplexibus illud potenter abripiat, & per Diaphoresin foras amandet.

In Febribus ergo continuis mali moris, & Pestilentialibus, ubi το θεῖον datur Hippocratis, hoc Sacrum audire debet Decoctum, & divinum plane Auxilium,

Atque ( inter alia hujusmodi Febrium ( præcipue Diarrhœam symptomaticam ( Astringentibus nihilum proficientibus ) miro modo sistere aliquoties animadverti; quamvis (ut verum fatear) unum subinde, aut alterum observari, cui ( ut Cortex Peruvianus nonnumquam solet) ventrem solverit.

Nobilissimum insuper est Stomachicum, Hystericum & Anthelminticum. In Febribus continuis, & mali moris exhibeo ad cochl. ii. vel iii. tertiis horis.

*Decoct. Sacrum Sedativum.*

℞ Rad. Serpent. Virg. contus. ʒ ii. Capit. Papav. alb. siccat. concis. & cum seminib. contus. ℥ ß. coq. in Aq. font. ℥ xxiv. ad xii. sub finem addendo Theriac. Venet. ℈ ii. col. pro iv. dosibus.

Contra Agrypniam in Febribus mali moris, sed caute; cum Spiritus oppresso Papaverinis ferendis ſæpe impar est.

*Decoct. Sancti* ℔ ii.

℞ Ligni Sancti ℥ j. coq. in Aq. font. ℔ iv. ad ℔ ii. sub medium coctionis addendo Passul. sol. ℥ j. Succi Glycyrrh. Hisp. ʒ ii. col. aliquando addo Terræ Japon. ʒ ii.

Vel omissis Passulis, & Glycyrrhiza, sub finem coctionis adde Conserv. Ros. rub. ℥ ii. & in col. dissolve Syr. e succo Cynoglossi ℥ ii. m.

Simplex est; facile, & vili paratur; æque vero ( si non magis) efficax existit, ac illa, quæ pomposo quidem apparatu, numerosaque rerum farragine cumulari ( quidni & impediri) passim assolent. Iisque pollet viribus, ac Decoct. Lig. quod vide.

*Decoct. Sanct. Purgans.*

℞ Ras. Lig. Guajaci ℥ j. Passul. Sol. ℥ iv. coq. in Aq. font. ℔ iv. ab ℔ ii. col. calida superaffundatur Sennæ ℥ j. Rhab. Agar. (nodulo ligati) Sem. Carui ana ʒ ß. Sem. Phœnic. dulci Anisi ana ʒ ii. f. infus. clausa in Hypocausto vi. horas. col. ℥ xxvi. dissolve Mannæ, Syr. Ros. sol. ana ℥ ii. col. iterum, & adde Aq. Mirab. Cinnam. ana ℥ j. m.

Dos. ℥ iv.

*Decoct. Sarsæ* ℔ ii.

℞ Sarsæ præp. ℥ iii. Passul. sol. ℥ j. ß. Infunde s.a. & coq. in Aq. font. ℔ iv. ad ℔ ii. col. dissol. Succi Glyc. Hisp. ʒ ii. m.

Ideo hoc dedi, quia totum Medicorum grex uno ore

præ-

prædicit, quin & quotidie præscribit, ad acres humores edulcorandos, doloresque vagos profligandos. Temperatum quid est (si omnino dicendum) remedium.

Quoad me vero, (libere liceat eloqui) sæpius notavi, Sarsam, & Chinam Stomachi vigorem obtudisse; numquam autem in Praxi mea observare adhuc potui, multum emolumenti cupiam ex eorum usu accessisse. Forsan ipse infidelis, & impatiens non sat perseveranter usurpavi. Præscribi solet ad ℔ ß. bis vel ter in die.

*Decoct. Scelotyrbici* ℔ ij.

℞ Summit. Pipi (vel Abiet.) concis. M. iv. Cort. Winter. contus. ℥ ß. coq. in Aq. font. ℔ ii. ad ℥ xx. affundendo (sub finem coctionis) Succi Tarrax. ℥ iv. col. frigidæ adde Spir. Cochl. ℥ ß. Aq. Raph. Comp. Syr. Bacc. Samb. ana ℥ iv. m.

Hyemali tempore, quando Herbæ sunt plerumque exsuccæ, & effœtæ, hoc potest concinnari remedium; iisque opportune substitui.

Sanguinem, & succos attenuat, depurat, vegetius actuat: Salis, & Sulphuris concretiones dissolvit; Obstructiones reserat; & fœculentias foras, per Diaphorensin, aut Diuresin, amandat. Appropriatur Scorbuticis. Dos. ℥ iv. bis quotidie.

*Decoct. Scorzoneræ* ℔ ij.

℞ Hord. perl. ℥ ß. Rad. Scorzon. ℥ ii. Acetos. ℥ j. Herb. Lujulæ M. j. Cort. ii. Pomor. coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ℥ xxviii. col. edulcoretur Syr. Limon. & e Rubo Idæo ℥ ii. m.

Jucundus est potus; sitim explens; incendium febrile reprimens; Malignitatem compescens; & per Urinam expellens. Usurpatur commode in Febribus continuis pro potu ordinario.

*Decoctum ad Scrophulas* ℔ ii.

℞ Herb. Marrub. alb. Geran. Rob. Apii. Agrimonana M. j. Sem. Anethi ℥ ß. coq. in Aq. font. ℔ ii. ß. a ℔ ii. Ab igne auferantur; & cum refrixerint, col.

Interiores corporis recessus ingreditur; Glandulas peculiariter lustrat; crasi, & fermento depravatas emendat: succos, & fœces inibi stabulantes attenuat; tandemque exterminat. Sumatur ℥ iv. bis in die per mensem; singulisque dosibus exprimantur Millepedes Num. 40.

*Decoct. Sistentis* ℔ ii.

℞ Pul. Boli Armen. ℥ j. Cretæ albæ ℥ iii. coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ℥ xxvi. col. per subsid. depur. adde Diascor. ʒ ß. Aq. Cinnam. Syr. Cydon. & e Ros. sicc. ana ℥ ii. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ii. m. col.

Ad Diarrhœam reprimendam dentur ℥ iv. quoties Indicatio requisiverit.

*Decoct. Splanchnici* ℔ ii.

℞ Rad. Cucurmæ contus. ℥ j. Rhab. Spicæ Nardi ana ʒ j. Sem. Fraxini ℥ ß Herb. Agrimon. Ceterach, ana M. j. Summit. Tamarisci M. ii. coq. in Aq. ℔ iii. ad ℥ xxiv. col. adde Aq. Lumbric. Magist. Syr. de 5. Rad. ana ℥ iv. Sp. Cochlear. ʒ ii. Elix. Prop. Tartaris. ʒ j. m.

Sanguinem, ejusque partes constitutivas, in Effervescentiam quamdam incitat, adeoque comminuit, dividit, & huc illuc rapidius adigit, ut, coagulationibus & concretionibus quibusque inhibitis, fœculentiæ, & impuritates omnes facile absceдant, inque propriis Emunctoriis depositæ, foras convehantur. Ita Effluvia vaporosa in Habitum Corporis, Recrementa Serosa in Renes; Biliosa in Hepar, aliaque in alia Emissaria quibusque adaptata, sine impedimento, aut adhæsione, secludantur. Dos. ℥ iv. bis in die.

*Decoct. Splenetici* ℔ ii.

℞ Cort. Cappar. Fraxini ana ℥ ii. Summit. Tamarisci, Herb. Agrimon. ana M. ii. Sal. Tart. ʒ ii. coq. in Aq. font. ℔ ii. ß. sub finem addendo Vini albi ℔ ß. Spicæ Nardi ʒ ii. col. ℥ xxvi. adde Aq. Lumbric. Magist. ℥ iv. Aq. Raph. comp. ℥ ii. Spir. Cochl. ʒ ii. Elix. Propr. Tartaris. ℈ iv. m.

*Decoct. Stiptici* ℔ ii.

℞ Rad. Urticæ, Consolidæ maj. ℥ j. ß. Herb. Millefol. Plantag. ana M. j. Cort. Granat. Gummat. Arab. ana ʒ ii. Sem. Papav albi Hyoscyami ana ʒ iii. coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ℥ xxviii. col. adde Syr. e Rosis siccat. ℥ iv. Sacc. Saturni ℈ j. Croci Martis astring. ℈ iv. m.

Sanguinem acrem contemperat; tenuem incrassat; bullientem refrigerat; Vasorum tonum roborat, Fibras corrugat; & oscula obsignat. Locum habet in quibuscumque Hæmorrhagiis. Exhibeantur ℥ iv bis in die.

*Decoct.*

*Decoct. Tamarindorum* ℔ ii.

℞ Tamarind. ℥ ii. Paſſul. sol. ℥ iv. coq. in Aq. pure ℔ iii. ad ℔ ii. col.

Incendium sanguinis refrænat; Sitim inexplebilem relevat; Humectat; Laxat. Rite sumitur in Febribus obstinata alvo, siti, & Habitus ariditate moleſtantibus, pro potu ordinario.

*Decoct. Tartariſati* ℔ ii.

℞ Raſ. Ebor. ℥ ß. Rad. & Fol. Fragar. M. iv. Tartari albi ℥ ß. Sal. Tart. ʒ ii. coq. in Aq. font. ℔ ii. col. ℔ j. ß. adde Aq. Ment. Lumbric. Mag. ana ℥ ii. Aq. Mirab. ℥ iv. Sacch. albi ℥ ii. m.

Sumantur ℥ vi. ter in die ad Icterum.

*Decoct. Tartariſ. purgans.*

℞ Paſſul. sol. & Corinth. concis. ana ℥ ii. Tart. alb. pul. ℥ j. coq. in vaſe fictili vitreato ex Aq. font. ℔ iii. ad. ii. col. adde Sennæ ℥ ii. f. infus. calida vi. horas in col. expreſſa subsidendo; clara facta, diſſolve Mannæ, Syr. Ros. sol. ana ℥. iii. col. iterum.

Dos. ℥. iv. Vide *Decoct. Paſſulat.*

*Decoct. Tolutani* ℔ ii.

℞ Raſ. Guajaci ℥ j. Tacamah. Bals. Tolut. ana ℥ ß. coq. in Aq. Hord. ℔ iii. ad ℔ ii. Quando friget, col. & adde Sacch. albi ℥ ii. Bals. Peruv. gutt. xvi. Ol. Cinnam. Nuc. Moſch. ana gutt. ii. m.

Quoad vires, incidit cum Decocto Balſamico; sed aliquando calidus eſt.

*Decoct. Tramatici* ℔ ii.

℞ Rad. Bardanæ ℥ iii. Rub. Tinct. ʒ vi. Rhab. ℈ ii. Herb. Dictam. Cret. Hyper. Sanic. Bugulæ ana M. j. coq. in Aq. ℔ ii. & Vini albi (sub finem additi) ℔ j. ad. ℥ xxviii. col. diſſol. Theriacæ Ven. ʒ ii. Mellis ℥ iii. Oxym. simpl. ℥ j. m.

Concretiones cruoris, ubi extravaſatas reperit, diſſolvit, & circulationi denuo reddit. Recrementa per Urinam, & Sudorem educit; nec tamen interim fervorem accendit. Partes læſas roborat, conglutinat, sanat. Dos. ℔ ß. bis in die.

*Decoct. Trifolii* ℔ ii.

℞ Herb. Sicc. Trifol. fibrini, Chamæpit. ana ℥ ß. Solani lignoſi M. j. Bacc. Lauri, Flor. Stœchad. Arab.

ana ℥ ii. coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ℔ ii. ſub finem addendo Succi Rutæ ℥ j. col.

Trifolium fibrinum herba eſt amara, utilis quidem, & minime contemnenda; ſed vero a Simone Pauli (in Quadr. Botan.) me judice, ſupra meritum, & modum prædicatur.

Hujus Decocti eſt, ut Scorbuticis, Arthriticis, &(propter genus nervoſum labefactatum (dolentibus, opem promittat.

*Decoct. Varioloſi* ℔ ii.

℞ Rad. Scorzon. ℥ j. Glycyrrh. ℥ ß. Fic. Num. viii. Paſul. ſol exacinat. ℥ j. Raſ. CC. ʒ ii. Coccinel. (integ. ſub ſinem add.) ℈ iv. coq. in Aq. Hord. ℔ iii. ad ℥ xxx. col. adde Syr. Caryoph. Limon. ana ℥ j. m.

Scorzoneram quidem præſcribimus, quia irreſiſtibilis Medicorum Mos ita vult. Cum vero nec Odore, nec Sapore, ſe nobis commendet; & Vires valde obſcuras, ſi omnino ullas, edat; ideo Reſpublica Medica (ut opinor) non grave damnum ſuſtineret, ſi ab Officinis in poſterum penitus ablegaretur.

*Decoct. Urticæ Acidum.*

℞ Rad. Urticæ recent. ℥ iv. Sem. Urticæ Tart. alb. pul. ana ℥ ß. coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ℔ j. ß. col. adde Vini Rhen. ℥ iv. Syr. Viol. Limon. ana ℥ ii. m.

Ad Urinam ciendam dentur ℥ iv. pro doſi.

*Decoct. Urticæ Alcaliſatum.*

℞ Rad. Uſticæ recent. ℥ iv. Sem. Urticæ ℥ ß. Herb. Urticæ M. ii. coq. in Aq. font. ℔ iii. ß ad ℥ xxvi. In col. diſſolve Sal. Prunel. Sal. Tart. ana ℈ ii. adde Aq. Raph. comp. Syr. e 5. Rad. Syr. Alth. ana ℥ ij. Spir. Sal. Armon. gutt. lxxx.

*Elæoſaccharum Cardiacum.*

℞ Ol. Cinnam. gutt. vi. Moſc. Ambr. grif. Croci ana gr. iii. Sacch. alb. ʒ j. & gr. xv. m.f. pulv. in vi. doſes divid. in vehiculo idoneo ſumendas.

Ad Oleorum deſtillatorum probationem, gutta una, vel altera indatur aquæ calidæ in cochleari ſuper ignem poſito; ſi enim oleum prompte avolet, & nihil pinguedinis poſt ſe in aquæ ſuperficie relinquat, bonum eſt ſignum, illud non eſſe pinguedine, aut oleo aliquo expreſſo, adulteratum.

*Ele-*

*Electuarii contra Abortum* ℥ iv.

℞ Conser. Ros. rub. Cydon. Nuc. Mosc. cond. Succi Chermes, Syr. Cydon. Syr. Coral. ana ℥ ß. Spec. de Hiacint. ʒ iij. Aromat. Ros. Croci Mart. astring. ana ʒ ij. Sacch. Saturni ʒ j. Ol. Nuc. Mosc. gutt. iv. m.

Stomachum roborat; Flatos discutit; Spiritus reficit; Uteri Ligamenta, & tonum firmat; Fœtum egregie consolatur. Danda erit ℥ ß. bis in die.

*Electuarii Acidi* ℥ iv.

℞ Cons. Lujulæ ℥ j. ß. Ros. rub. Fruct. Cynob. ana ℥ j. Syr. Viol. ℥ ß. Ol. Vitrioli q. s. ad gratam aciditatem m.

Vide Julapium Refrigerans, quod hujus vires æmulatur.

1. *Elect. Analeptici* ℥ vj.

℞ Pul. Conf. Chocolatæ, Amygd. dul. excort. Sacch. alb. Butyri dulc. insulsi ana ℥ ß. pulp. Conser. Ros. Rub. ℥ j. ß. Succi Chermes ℥ ß Opobalsami ℈ ii. Syr. Balsm. ℥ ij. vel q. s. m.

2 *Elect. Analeptici* ℥ iv.

℞ Pul. confect. Chocolatæ ℥ ij. Succi Cherm. ℥ ß. Ambr. gris. ( Saccari tantillo tritæ ) gr. viij. Ol. Cinnam. gutt. j. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ij. Syr. Balsam. ℥ ii vel q. s. m.

Sumatur ℥ ß. mane, & quarta pomerid. superbibatur Lac Asininum.

Nutrit, & roborat; & corpus extenuatum resarcit; vires exolutas instaurat; Tabidis & Consumptis succurrit.

*Elect. ad Aphthas.*

℞ Boli Arm. Sacch. penid. ana ℥ j. Butyri insulsi ℥ ij. m.

Capiatur hujus subinde frustulum Nucis Avellanæ magnitudine, liquatumque sensim deglutiatur.

*Elect. apophlegmatici* ℥ j. ß.

℞ Pul. Herb. Beton ʒ vj Rad. Pyreth. ʒ ij Ol. Caryop. gutt. iv. Mellis q. s. m.

Partes oris irritando, & vellicando, humores aquosos, pituitososque elicit. Locum habet in Collumellæ & Amygdalarum tumore, & inflammatione; Angina, Odontalgia Capitis gravedine, Cephalalgia inveterata; Affectibus Soporosis, Epilepsia, Paralysi, ( præsertim Linguæ ) & quibuscunque Capitis, & Nervorum Morbis frigidis, vicidisque. Ad hos usus masticetur, & volutetur in ore: mane, jejuno sto-

machо,

macho, idque per ſemihoram, capite prono, expuendo ſæpius, os deinde aqua abluendo: poterit etiam repeti duabus horis ante cœnam.

*Elect. Aſtrigentis* ℥ iv.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥. ij. Diaſcord. ℥ ß. Pul. Boli ʒ. ij. Sang. Drac. ʒ. j. ß. Fl. Balauſt. ʒ ß. Ol. Nuc. Moſc. & Cinnam. ana gutt. ij. Syr. e Roſis ſicc. ℥. j. m.

Ventriculum, & Inteſtina confortat; Viſcerum tonum reſtituit; inſanum motum Periſtalticum cohibet; Acorem concentrat; Tormina conſopit: Omnibus numeris abſolutum eſt remedium (ubi Aſtrictio indicatur) ad Diarrhœam reprimendam: Obſervandum vero, Appetitu, & Concoctione ſalvis, vix unquam nocere Diarrhœam. Dos. ℥ ß.

*Elect. Balſamici* ℥. iv.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ ij. Butyri recentis inſulſi ℥ j. Vitel. Ovi ℥ ß. Balſ. Tolut. ℈ iv. Opobalſ. ℈ ij. m.

Phlegma viſcidum, & craſſum, Bronchia obſidens, diſſolvit; meatuſque omnes glabros, & facile meabiles reddit: Pulmonum veſiculas, ultra tonum tumidas, & tenſas, (atque exende læſas) litu Balſamico reſtituit, & Sanat; Ideoque Tuſſi ſicca, & Phtiſi laborantes, ſumma cum utilitate eo utuntur. Dos. ʒ ij. ſæpius in die, præſertim urgente Tuſſi.

*Elect. Boyleani* ℥. iv.

℞ Sem. Papav. albi, Hyoſcyami albi pul. ana ℥. ß. Syr. Papav. errat. Conſ. Roſ. rub. ana ℥. j. ß. m.

Sanguinem refrigerat; Serum tenue incraſſat; acre contemplerat; Vaſculorum ora occludit; Febrillarum irritationes, & ſpaſmos conſopit. Nob. Boyle mire laudat ad Hæmoptoen. Dos. qu. Jugland. bis in die, poſt Phlebotomiam, & lenem Catharſin rite celebratas.

*Elect. Camphorati* ℥ iv.

℞ Conſ. Rutæ ℥ iij. Ther. Ven. ℥ j. Camph. gr. viij. Succini gutt. xvj m.

Spiritus animales nimis efferos, & exilire paratos, reprimit, ac in ordinem cogit; quin & copulam heterogeneam iis excutit, & non raro profligat; ideoque Hyſtericis apprime opitulatur. Dos. qu. Caſtaneæ, ter in die, cum Julapio Hyſterico.

*Elect.*

*Elect. Cardiaci Calidi* ℥ iv.

♃ Cons. Flor. Tunicæ, Cons Flaved. Limon. ana ℥. j. Cort. Citri cond. Zinzib. cond. Elect. e Sassafrass. Succi Chermes ana ℥ ß. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ij. O Cinnam Caryoph. ana gutt. j. m.

In Ventriculum, primario, & proprie, operatur; illum enim (vi Aromatica, calidaque ( confortat; atque exinde Spiritibus ovationem quamdam inducens Cor languidum reficit: viresque exsolutas resarcit. Ideoque ) quod obiter notem ) omnia vera Stomachica in Cardiacorum familiam, non injuria, recenseri merentur. Sumatur ℥. ß. ter in die.

*Elect. Card. Temperati* ℥ iv.

♃ Cons. Flor. Tunicæ ℥ iij. Cons. Berber. Succi Chermes ana ℥ ß. Margarit. præp. ℈ iv. m.

Apte præscribitur Febricitantibus, ed Languore, & Ægritudine querentibus; dum enim Fermentationem ( tum in Sanguine, tum in Stomacho, ex parte deficientem) blandissime restaurat, Spiritus animales vividius commovet, nec tamen interim calorem accendit. Dentur ʒ ij. sextis horis, cum Julapio idoneo.

*Elect. Carminativi* ℥ iv.

♃ Pul. Virgæ aureæ, Verbenæ, Satureje, Majoranæ, Thymi, sem. Anisi ana ʒ j. coloph. ℥ vj. Mithrid. ℥ ß. Mellis despum. ℥ ij. vel q. s. m.

Humores tum crudos, tum acres, corrigit; Ventriculum calefacit; Diuresin promovet; contra Lateris, & Stomachi Dolorem flatuosum, egregium est experimentum. Dos. a ʒ ij. ad ℥ ß. bis in die.

*Elect. Cephalici* ℥ iv.

♃ Pul. Rad. Pœon. mar. ʒ ß. Cran. hum. Cinnab. Antimon. ana ʒ. ij Nuc. Mos. cond. ℥. j. *Syr.* Pœon. comp. ℥ ij. vel q. s. Ol. Rorismar. Salv. ana gutt. iv. m.

Cerebrum refocillat, & firmat; Spiritus depurat, & figit: Convulsionibus, Epilepsiæ, Vertigini, & Cephalalgiæ idiopathicæ bene convenit. Dos. a ʒ j. ad ℥ ß. mane, & hora somni, præsertim circa Lunationum tempora.

*Elect. Cinnabarinum.*

♃ Cinnab. fact. optime lævigat. ℥ ß. Sacc. alb. creti ℥ j. ß. Syr. e Bacc. Samb. q. s. m. f. Elect.

Frid. Hoffmanus dicit, communi Cinnabari factitiæ non

semper

semper fidendum esse, cum sæpe, ut fiat rutilantior, adjecto Arsenico præparetur. Quibus ipse addo, eam, quæ in Officinis vulgo venalis prostat, admisto Minio sæpe esse adulteratam.

Aliqui Cinnabarim Medicamentum esse vanum, & inefficax opinantur, quoniam a sumpta Ventriculi digestione minime paret; & per anum una cum excrementis integra, & immutata ejicitur. Alii vero non pauci Practici e contra eam magnifaciunt: & quidem cum Mercurialis sit, in illa non potest residere inertiæ ulla suspicio: sed quandiu in Ventriculo, & Intestinis commoratur; & Digestionem, & Chylum alterare; & Membranas (exindeque Cerebrum, Nervosque) notabiliter afficere, probabile est.

Ideoque Sanguinem dissolvere, & depurare; intima corporis penetrare; Glandulas & Nervos deoppilare, & a viscositate liberare credunt. Unde in Scabie, & ejusmodi Cutis turpitudinibus; Doloribus Articulorum, Tuberculis Pulmonum crudis, Scrophulis, Ulceribus, (licet Venereis) Morbisque Convulsivis, &c. utile Medicamentum esse perhibent.

Cum vero Mercurius Nervis, & Cerebro, & inde compositis membranosis partibus inimicissimus esse soleat: Cauti sint oportet in ejus usu, quibuscunque a natura contigerunt Nervi infirmioris texturæ, & Spiritus facile dissipabiles: item qui Tremoribus, aut Paralysi obnoxii sunt; sicut & qui Evacuationes nimias, morbosque graves passi sunt.

*Elect. de Cinamomo.*

♃ Pul. Cinnam. (non effœti) ʒ vj. Ol. Nuc. Mosc. exprex. ℈ ij Croci ʒ ß. Coccinel. Fl. Balaust. ana ℈ j. Flor. Benzo. ℈ ß. Spir. Lavend. comp. Succi Chermes col. ana ℥ ß. Syr. e Rubo Idæo p. s. f. Elect. Ad Puerperas, si quando Diarrhœa acciderit, & Lochia emanserint.

*Elect. de Colophonia* ℥ iv.

♃ Cons. Flor. Lamii albi ℥ j. ß. Diascord. Zinzib. cond. pul. Colophon. ana ℥ ß. Ol Cinnam. gutt. iv. Syr. e Ros. sicc. q. s. m.

Constringit; corroborat; edulcorat; mundificat; siccat; sanat; præter alios ejus usus, Fluori albo perquams pecifice dicatur. Si vero affectus fuerit jam inveteratus, vix

cu-

curabilem illum esse autumo. Præmiſſis præmittendis, ʒ iij. aſſumatur. bis quotidie per longum tempus.

Fluorem album, ab Ulcere Uteri, & Gonorrhœa, ſcite diſtinguere operæ pretium eſt. In Fluore albo dantur plerumque Laſſitudo ſpontanea, & Lumbago gravativa. Humor effluens, ut plurimum albidus, ſubinde flaveſcens, ſeroſus, plus, minus pituitoſus, & mucoſus; in mali initio inodorus, & mitis; pedetentim vero accreſcit, & excoriat.

In Ulcere, Dolor ſentitur, & Mordicatio, in Utero, vel ejus Cervice; idque a principio, Materia extillans eſt ſanioſa, cruenta, vel purulenta, alba, levis, æquabilis, & ſæpe fœtida.

In Gonorrhœa, acerrimus torquet Urinæ ardor, & Stranguria, quæ inter mejendum exacerbantur. Colluvies depluens eſt plerumque parcior, quam in Fluore albo, craſſior tamen multo; alga primum; poſtea flava, vireſcens, acris, exedens, ſed raro fœtida. Pudendum mucoſa quadam materia conſpurcatur; & interdum etiam exulceratum deprehenditur. Gonorrhœa, (quod habet Charleton, de Catameniis p. 151.) certo poreſt ab Uterino Fluore internoſci, quod prorumpentibus Catameniis non deſinat, ſed cum his, & mox ab iis ſanatis, perſiſtat. Uterinus vero Fluor ceſſat in Menſium eruptione, & aliquando poſt idem tempus.

*Elect. Corinthiaci* ℥ iv.

♃ Rhab. (micatorio ſubtiliter comminuti) ℥ ß. Uvar. Corinth. mundat. ℥. iij. Syr. e Cichor. cum Rhab. ℥ ß. Ol. Aniſi gutt. ij Diligenter contundendo, exacte commiſceantur, & f. Elect. pro octo doſibus matutinis, quibus ſuperbibatur hauſtus Cereviſiæ Scorbuticæ; cum Elix. Prop. gutt. xx.

*Elect. Cretacei* ℥ iv.

♃ Aretæ albæ præp. Conf. Abſint. Rom. ana ℥. i. Ol. Abſint. Chem. gutt. Ol. Ment. gutt. ij. Syr. Cydon. q. s. m.

Inter præſtantiſſima Stomachica locum tenere mereretur. Calefacit; Confortat; Acidum corrigit. Valet contra Cardialgiam, Ventriculi Dolorem, Rugitum, Nauſeam, Vomitum, Inappetentiam, Diarrhœam. Dentur ʒ iij. bis in die, vacuo Ventriculo.

*Elect. de Curcuma* ℥ iv.

℞ Conserv. Herb. Chelidon. maj. ℥ j. pul. Rad. Curcumæ ℥ ß. Troch. Viper. ʒ iij. Rhab. Croci ana ʒ ß. Syr. de Fumar. q. s. m.

Ζώπωσιν sanguinis vacillantem de novo instaurat; Salis volatilis depressi restitutionem promovet; Bilis in Hepate aggestæ, & stagnantis, motum stimulat; Ictero feliciter medetur: Dos. qu. Juglandis bis in die.

*Elect. Diasulphuris* ℥ ij.

℞ Cons. Rosar. rub. ℥ ij. Bals. Sulphuris Terebinthinati ʒ j. m.

Putredini resistit; mundificat; consolidat; exsiccat; roborat; acidum temperat: usurpatur ad Catarrhum pectoralem, Tussim, & Phthisin incipientem. Dos. ʒ ij. ter in die.

*Elect. Expectorantis* ℥ iv.

℞ Cons. Anthos ℥ j. Zinzib. cond. Pul. Millep. ana ℥ ß. Flor. Sulph. ʒ ij. Fl. Benzo. pul. Croci, Nicotianæ ana ℈ j. Rad. Irid. Florent. ʒ. j. Mellis ℥ j. ß vel q. s. m.

Pituitam frigidam concoquit; Phlegma viscosum incidit: Ductus bronchiales aperit; Pulmones irritat; Tussim provocat; & potentissime expectorat. Dos. ʒ ij. vel ʒ iij. ter in die.

*Elect. ad Herniam.*

℞ Conserv. Flor. Hyper. ℥ j. pulp. Rad. Symph. maj. (cum Saccharo in furno cocti) ℥ ß. Lap. Hæmatit. ʒ ij. Sang. Drac. ʒ j. Sacch. Saturni, Bals. Peruv. ana ʒ ß. Ol. Anisi, Fœnic. dulc. ana gutt. ij. Syr. e Coral. ℥ j. vel q. s. m. s. Elect. cujus dosis sit ʒ iij.

*Elect. Hydropicum.*

℞ Conserv. Absint. Rom. ℥ ij. Guttæ Jemon. pulv. ʒ ij. Spec. Aromat. Ros. Ol. Nuc. Mosc. expres. ana ʒ j. Syr. Ros. sol. ℥ ß. m.

Drachmæ duæ continent Guttæ Jemon. ℈ ß.

Caveat Pharmacopæus, ne utatur Conserva Absinth. vulgari, loco Romani, quia vulgare reddet medicamentum maxime ingratum.

*Elect. Hystericum.*

℞ Conserv. Atripl. Olidæ ℥ iv. Ol. Succini gutt. 48. m. Dos. qu. Castam.

*Elect. Ictericum.*

℞ Zinzib. cond. (in pulpam redacti) ʒ vj. Theriacæ

Ven. ʒ.

Ven.ʒ ij.pul.Rad.Curcu.ʒvj. Croci ℈ ij Caryop.Sem.Anisi, ana ℈ j. Sal. volat. Sal. Armon. ʒ ß. Sal. Tart. ℈ ß. Ol. Nuc.Mosc. gut. iv. Ol.Menth.Absint. ana gutt. j. Syr. e 5. Rad. q. s. m. f. Elect.

*Elect. Laxantis* ℥ iij.

♃ Pul. Sennæ Crem. Tart. ana ℈ iv. pulp. Prunor. Damasc. ℥ ij. Syr. Ros. sol. q. s. m.

Gustui gratum hoc remedium, leniter, sine fastidio, aut torminibus, alvum lubricat, & subducit: Inservire potest pro 4. dosibus vespertinis, sine regimine assumendis.

*Elect. Lucatelli* ℥. iv

♃ Cons. Ros. rub. ℥ ij. cons. Fruct. Cynosb. ℥ j. Bals. Lucat. ℥ ß. Spec. Diatrag. frig. ʒ j. Syr. Balsam. ʒ iij. m.

Incrassat, restringit, sanat; prodest contra Raucedinem; Tussim; Hemoptoen; quascunque sanguinis effusiones internas, atque vel Phthisim ipsam, si nondum fuerit confirmata. Exhibeatur qu. Fabæ minoris, ter in die.

*Elect. Magnum.*

♃ Conserv. Flor. Tunicæ, Flaved. Aurant. & Limon. a ℥ j. Cort. Citri cond. Nuc. Mosch. cond. Zinzib. cond. Elect. e Sassafr. Succi Chermes col. Spir. Lavend. comp. ana ℥ ß. Ol. Cinnam. Caryoph. ana gutt. iij. Ol. Anisi, Ment. Absint. ana gutt. j. Syr. e Rubo. Idæo. q. s. f. Elect. quod per Setaceum ( instar pulpæ ) trajiciatur.

Inter summa Cardiaca sedem jure postulat.

*Elect. de Malva* ℥ iv.

♃ Conser. Flor. Malvæ ( vel potius Altheæ, ) Butyri recentis insulsi ana ℥ ij. Nuc. Mosc. pul. ℈ iv. m.

Lentore gaudet, & Oleositate; ideoque ad Tussim siccam; Tracheæ asperitatem; omnesque Thoracis, & Spiritualium partium affectus, a fluxionibus acribus ortum habentes, commodum est remedium. Insuper eo fine dari potest, ut Urinæ acor demulceatur, & ( Ureteribus quasi inunctis ) facilis fiat sabuli, & lapillorum descensus. Dos. ℥ ß. bis in die longe a pastu.

*Elect. de Manna.*

♃ Sperm. Ceti ʒ ij. Vitel. Ovi j. Ductis in mortario, & æquabiliter commistis, adde Mannæ electæ, Extrac. Cassiæ Sacch. Penid. ana ℥ ß. Ol Amygd. dulc. q. s. m. f. Elect. Ad Aphthas, & Tussim. siccam.

*Elect.*

*Elect. Martis* ℥ ix.

♃ Cons. Absinth. Rom. Cochl. hort. ana ℥ iij. Zinzib. cond. ℥ j. ß. Rubig. Chalyb. ( in subtilem pollinem redactæ ) ʒ vj. Ol. Caryoph. Ol. Sassafr. ana gutt. vj. Syr. e 5. Rad. ℥ j. m. Sanguinem depauperatum exaltat, Habitumque obstructum reserat. Convenit in Chlorosi, Mensium suppressione, Scorbuto, Ictero, Hydrope, & quacunque demum Cachexia. Dos. ʒ iij. mane, & 4. pomerid. quotidie per Mensem integrum, vel sesquimensem.

De Chalybeatis mos obtinuit, ut dentur mane, & quarta pomeridiana; atque ad eorum operationem promovendam, injungatur Exercitium. Omnia vero non omnibus æque conveniunt. Aliquos enim observavi, quibus hoc modo exhibita, tumultus in Ventriculo, Ructus, & Ægritudines concitarent: Horumque remedium erat, ut Patiens vesperi sumeret, statimque lecto, & quieti se traderet, ita nil conturbationis, nil molestiæ exinde perciperet, sed optime ferret. Hoc ante me notavit etiam Claudinus, ( De Ingress. 401. ) dum scribit, quod Multi decumbentes in lecto, usu Chalybis sanati fuerint; ut propterea non sit necesse semper, assumpta substantia Chalybis, ( quemadmodum communis est sententia ) corpus exercere.

Si Chalybs magnas perturbationes inducat, Laudanum Aq. aliqua Hysterica mistum, singulis noctibus, ad tempus aliquod, propinandum, inquit Sydenham.

*Elect. Mastichin.* ℥ iv.

♃ Cons. Ros. rub. ℥ ij. pulp. Passul. sol. ℥ j. pulv. Mastiches ʒ j. ß. Nuc. Mosc. ʒ ß. Syr. de Mecon. q. s. m. Gulæ, & Laryngis partes superiores lentore quodam Emplastico obducet, atque ita sensum earum ( exquisite irritabilem ) aliquo modo obtundet: Et seri ( nimis tenuis, acrisque ) extillationem prohibet. Confert ad Tussim humidam, vesperi præsertim moleste importunam. Capiatur q. Nuc. Mosch. quotiescunque Tussis redierit; in ore dissolvatur; sensimque deglutiatur.

*Elect. de Mentha.*

♃ Conserv. Menthæ ℥ iv. Ol Cinnam. gutt. iv. Ol. Caryoph. gutt. ij. Ol. Anisi & Absint. ana gutt. j. m.

Vo-

Vomitiones ſiſtit ; cibi faſtidia diſcutit ; Appetentiam invitat ; concoctionem adjuvat ; ructus nidoroſos corrigit ; diſſolutumque Ventriculum aſtringit, & corroborat. Sed Conceptioni reſiſtere creditur. De quo tamen ipſe dubito.

*Elect. Minerale.*

℞ Gum. Guajaci. pulv. ℥ ß. Subigatur cum Vitello Ovi, & adde pul. Sulph. vivi ℥ j. Syr. e 5. Rad. q. s. m.

Cum ſucceſſu præſcriptum novi contra noxas a Mercurii abuſu inductas.

*Elect. de Myrrha ℥ iij*

℞ Pul. Myrrh. ℥ ß. Olib. ℨ j. Croci ℨ ß. Vitel. Ovi j. In Mortario commiſtis adde pul. Sacch. candidi albi ℥ ß. Pulp. Paſſul. ſol. per ſetaceum trajectæ ℥ j. Syr. Balſ. ℥ ß. vel q. ſ. m.

Iiſdem dotatur virtutibus, ac Lohoch Myrrhiſatum, quod vide.

*Elect. Nephritici ℥ v.*

℞ Pul. Sem. Sophiæ Chirurgorum, Mellis deſpumat. Butyri rec. ſine ſale ana ℥ j. Syr. Dialth. q. ſ. Nuc. Moſ. pul. ℨ j. m.

Optime & præcavet, & mitigat dolores Colicos, paroxyſmo Nephritico ſupervenire ſolitos. Ad præcautionem, aſſumatur ℥ ß. mane, & ſero, per triduum, ante Novilunium, & Plenilunium; ſuperbibaturque hauſtulus Vini albi. Ad mitigationem, capiat æger eandem doſin, cum primum ſigna aliqua Paroxyſmi prænuncia ſenſerit; & repetat quartis horis, per ſex vices, ſuperbibendo ℥ iv. Decocti Malvæ Magiſtralis.

*Elect. Pectoralis ℥ v.*

℞ Troch. Bechic. nig. pul. Mellis deſpum. Conſ. Roſ. Rub. Butyri ſine ſale ana ℥ j. Syr. Jujub. q. ſ. Ol. Nuc. Moſc. gutt. iv. m.

Elegans eſt remedium ad Tuſſim moleſtam, a Defluxione tenui, & acri oriundam. Detur e cuſpide cultelli, quoties tuſſiendi nixus urſerit; & ſenſim deglutiatur.

Non poſſum autem me continere (inquit F. Sylvius) quin moneam hic Medicos juniores, ut in Pituitæ glutinoſæ correctione caveant ſedulo, ne multo utantur Saccharo, & valde Saccharatis medicamentis; cum inde non tam emendetur, ſolvaturque, quam augeatur Pituita, quin reddatur in dies glutinoſior. Unde mo-

re malo, imo pessimo; multi Medici Nocentium negligentes, in quavis pene Tussi aliquandiu protracta, & Phthisim minante, quinam productam faventes, utuntur, dicam, an abuntuntur? Conserva Rosarum rubrarum, copiose in dies devorata: unde, non tantum non abstergitur, exsiccatur, consolidaturque Ulcus in Pulmonibus ortum; sed insuper Gravitatis sensus, ac intolerabile Frigus excitatur in Ventriculi regione, una cum Appetitu prostrato; redditurque tandem, hac arte, Malum immedicabile.

*Elect. Peruviani* ℥ iv.

℞ Cort. Peruv. pul. ℥ j. Terræ Japon. ʒ j. Bals. Peruv. ʒ ß. Ol. Nucistæ gutt. ij. Syr. e Rubo Idæo ℥. iij. m.

Aliquando (cum non metueretur Diarrhœa) Terram Japonicam omisimus: & Butyri non saliti ℥ ß. addidimus: ita enim longe facilius deglutiebatur.

Specifice valet contra quascunque vel Intermittentes, vel Remittentes Febres; atque inservire potest pro 8. dosibus, tertia quaque hora exhibendis. Sin vero Diarrhœam concitaverit, vespertinis, & matutinis dosibus addi debent Laudani liq. gutt. xv. vel xx.

*Elect. Peruv. Astringentis* ℥ iv.

℞ Cort. Peruv. pulv. ℥ j. Bals. de Tolu, Terr. Japon. pul. ana ʒ j. Syr. Boylean. q. s. m. f. Elect. pro x. dosib. sumendis vel ter in die, superbibendo cochleare unum, vel alterum, Aq. Plantag. vel Limacum.

Antidotum audire meretur summe efficax contra Sputum cruentum; febriles enim fervores extinguit; Vasa Pulmonaria aperta (quasi Hermetice) sigillat, & rupta consolidat; idque tuto, & sine Ulcere succedente; quod Curationes alias frequenter insecutum esse, numerosæ passim testantur Observationes.

*Elect. Peruv. Epilepticum.*

℞ Cort. Peruv. pul. ʒ vj. Rad. Serp. Virgin. pul. ʒ ij. Cum s. q. Syr. Fl. Pœon. comp. f. Elect. molle.

Antiepilepticum præstantissimum, & certissimum pharmacum existit; uti experientia me docuit.

Si (post debitas evacuationes) Adultis ʒ j. & aliis minor dosis; mane, & vesperi per 3. vel 4. menses exhibeatur, & postea per triduum, vel quatriduum, ante

ante Novilunium, & Plenilunium, repetatur, Morbos Epilepticos, & Hystericos penitus eradicat. Atque etiam Saltationes Convulsivas istas, dictas Choreas Sancti Viti, in quibus mille gesticulationibus, & saltationibus ridiculis, ægrotantes divexantur, more Tarantatorum, a Tarantulis in Apulia dictorum; quemadmodum Medicus Romanus Baglivius, observavit. Etiamsi vere laudatus Auctor accuset Corticem, tanquam causam Obstructionum Mesaeraicarum, incurabilium, & Febrium Hecticarum; nunquam tamen mihi observare licuit talem effectum, si Corpus, & Remedium debite prius præparentur.

Sed equidem in Febribus Continuis, Malignis, Petechialibus, Ictero, & Morbis Puerperarum, Lochiis fluentibus, exitiale audit.

Hæc Communicator.

*Elect. de Pœonia* ℥ iv.

♃ Cons. Flor. Pœon. ℥ j. Pul. Rad. Pœon. ʒ vj. Sem. Pœon. excort. ʒ ij. Bals. Peruv. ℈ iv. Syr. Pœon. ℥ iij. m.

Valet contra Epilepsiam, & id genus Morbos.

*Elect. Poterii* ℥ iv.

♃ Antihect. Poterii ℥ ß. Pulv. Haly recentis ℥ j. ß. Syr. Jujub. q. s. m.

Sanguinis, & Succorum Acores, & Asperitates quasvis exoticas, & corruptivas destruit; atque indolem Balsamicam, Mollem, & Oleosam, inducit. In Febre Hectica, nulli cedit medicamento. Sumere potest æger ad ʒ ij. vel ʒ iij. bis in die, superbibendo haustum lactis Asinini.

*Elect. Purgantis* ℥ ij.

♃ Pul. Rad. Jalap. ʒ ij. Rhab. ʒ j. Scammon. (cum Sulph. præp.) ℈ j. Crem. Tart. ℈ ij. Ol. Anisi, caryoph. ana gutt. ij. Elect. Lenit. ℥ j. Syr. Ros. sol. ℥ ß. vel q. s. m.

Dos. a ʒ ij. ad ℥ ß. vel ʒ vj. mane, cum regimine.

*Elect. Quadrati* ℥ ij.

♃ Pul. Fol. Rorism. ℥ ß. Syr. de Stœcade ℥. j. ß. Bals. Peruv. gutt. xij. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ij. m.

Frigidis Capitis, & Pectoris, Affectibus destinatur.

*Elect. Regii* ℥ iv.

♃ Cons. Flor. Caryoph. ℥ ij. Cons. Fl. Cynosb. Mivæ, Rubi, Idæi, Rob. Ribium, Succi Chermes, ana ℥ ß. Ambræ gris. (primo Sacc. candi. gr. xvj.) & postea Ol.

Vitrioli gutt. iv. Camph. optime tritæ gr. iv. m. f. E. lect. cui adde Ol. Vitrioli q. s. per cribum trajiciatur.

*Elect. de Rhabarbaro* ℥ ij.

♃ Cons. Ros. rub. ʒ vj. Diascord. ℥ ß. pul. Rhab. ʒ ij. Ol. Nuc. Mosc. Cinnam. ana gutt. ij. Laud. liqu. gutt. LXXX. Syr. Cydon. ℥ ß. misce diligenter.

Intestinorum cruciatus sedat; materiam morbificam leniter expurgat; & Diarrhœam sistit. Dos. ℥ iij. vel ß. vesperi.

*Elect. Rosatum.*

♃ Cons. Ros. rub. ℥ ij. Sacch. Ros. ( pulv. & per incerniculum cret. ) Butyri dulcis sine sale ( Aqua Ros. loti ) ana ℥ ß. Ol. Nuc. Mosc. expres. Sperm. Ceti ana ʒ j. Vitel. Ov. Num. j. Ol. Anisi gutt. j. Tinct. Benzo. gutt. Octoginta m. f. Elect.

Ad Raucedinem, Tussim catarrhalem, atque id genus Morbos Spirituales.

*Elect. Sanantis* ℥ iv.

♃ Sperm. Ceti ʒ j. Ceræ citr. ʒ iij. Ol. Amyg. dulc. ℥ j. Liquentur simul. Amota ab igne, agitentur, usque dum fere refrixerint, & consistentiam acquisiverint: deinde misce in mortario cum Cons. Ros. rub. ℥ j. ß. Mellis ℥ j. f. Elect. s. a.

Admodum proficuum est contra Tussim acrem; Oris, & primarum viarum Erosiones, Aphtas, Dysenteriam, &c. Dos. ʒ ij. vel ʒ iij. quater in die.

*Elect. de Sarsa.*

♃ Pul. Rad. Sarsapar. ℥ j. Gum. Guajaci ℥ ß. Ol. Junip. gutt. xvj. Vitel. Ov. Num. j. Syr. de Balsam. ℥ iii. vel q. s. m. f. Elect.

Ad Dolores Artrhiticos vagos,

*Elect. de Satyrio* ℥ iv.

♃ Rad. Satyrii condi. ℥ ij. Eryngii cond. ʒ j. Nuc. Mosc. cond. ℥ ß. Succi Chermes, Spir. Hominis, ana ℥ ij. Pip. longi pulv. gr. xvj. m.

Aphrodisiacum est; necnon Consumptos, & Emaciatos, singulariter reficit. Dos. ʒ ij. vel ʒ iij. mane & vesp. cum haustulo Vini Malvatici.

*Elect. Scorbutici Calidi* ℥ viij.

♃ Herb. Cochl. hort. ℥ iij. Uvar. Pass. Corint. Sacch. alb. creti. ana ℥ j. ß. pul. Rad. Zedoar. ℥ ß. Cort. Winter. ʒ ij. Sem. Fœnic. dulc. ʒ j. Sem. Anisi ʒ ß. Sem. Sinap. ℈ j. Pip.

℈ j. Pip. long. ℈ ß Ol. Saſſafraſs. gutt. iv. Syr. e Bacc. Samb. ℥ j. vel q. s. m. f. Elect.

Sale volatili Pungitivo abundat; ideoque Sal fixum, & acetoſum volatiliſat; Sanguinem, & Succos Dyſcraſia Scorbutica inquinatos emendat; Coagulationes diſſolvit; Obſtructiones diſſipat; & fœculentias per ſudorem, aut urinam expellit. Valet contra Scorbutum rancidum: Icterum; Hydropem; Paralyſin. Sumatur ℥ ß. bis in die per menſem.

*Elect. Scorbutici Temperati* ℥ viij.

℞ Conſervæ Lujulæ ℥ iv. Cons. Fruct. Cynoſb. ℥ j. pul. Coral. rub. ℥ ß. pul. Eboris, CC. ana ʒ ij. Syr. e quinque Rad. ℥ ij. m.

Scorbuticis conſtitutione calidiori præditis opportunum eſt. Ventriculi fermentum reſtituit; ejuſque, & aliorum Viſcerum, Chyloſi inſervientium functiones juvat; Sanguinem, & Succos aduſtos temperat, & depurat; Obſtructiones expellit; Diureſin concitat. Dos. ℥ ß. bis in die.

*Elect. de Synapi* ℥ iv.

℞ Sem. Sinap. pul. ℥ ß. Conf. Rutæ ℥ ij. Syr. de Stœchade ℥ j. ß. Ol. Roriſmar. Lavend. ana gutt. iv. m.

Nervos obſtructos luſtrat; & ſpiritus impeditos in motum ſtimulat. Uſui eſſe poteſt in Scorbuto frigido, Hydrope: ſed præcipue deſtinatur contra Morbos Soporoſos, & Paralyſin. Dos. ʒ ij. ter in die.

*Elect. Spirituoſum.*

℞ Sal. volat. Sal. Armon. ana ℈ j. Ol. Roriſmar. gutt ij. Sacch. alb. creti. ℥ j. Panis biſcocti Neapolitani (*Naples Bisket*) ſiccat. pul. & per incerniculum tranſmiſſi ℥ j. ß. Sem. Sinap. ʒ ij. Aq. Pœon. comp. Spir. Lavend. comp. ana ʒ v. m. f. Elect.

Tenuium eſt partium, Ventriculo, Cerebro, & Nervis auxiliatur; Spiritus reficit. Tremore, aut Paralyſi laborantibus ſuccurrit.

*Elect. Splanchnici* ℥ vj.

℞ Cons. Abſint. Seriph, Cochl. hort. ana ℥ ij. Rad. Enulæ cond. ℥ ß. Pul. Ari Com. ʒ iij. Piper. longi, gr. xxiv. Sal. Abſint. ʒ ß. Syr. de Fomar. ℥ j. m.

Vires habet Decocti Splanchnici, niſi, quod calidius eſt. Dos. ʒ ij. vel ʒ iij. bis in die.

*Elect. Stomachici* ℥ vj.

℞ Cons. Ros. rub. Absint. Rom. ana ʒ j. ß. Cons. Menthæ, Flaved. Aurant. Zinzib. cond. Ther. Venet. ana ℥ ß. Ol. Cinnam. gutt. iv. Ol. Caryoph. gutt. ii. Syr. Cydon. q. s. m.

Quando animus est, ut Electuaria, aut Pulveres, diutius in Ventriculo morentur, præstat sine vehiculo sumere; nec quid liquoris, quo diluantur, per horam superbibere. Atque id propter e re esset, ut mollis sint Consistentiæ & Saporis grati, quo facilius deglutiantur, & retineantur.

Ventriculi frigiditatem, cruditatem, & laxitatem corrigit; Flatus discutit; Appetitum instaurat; Coctionem juvat; Vomituritionem tollit. Sumatur qu. Juglandis, hora una ante Pastum, vel statim a Pastu.

Nonnunquam addere soleo Piperis longi pulverem.

*Elect. Styptici* ℥ iv.

℞ Cons. Ros. rub. ℥ iij. Croc. Mart. astring. ʒ iij. Sacc. Saturni ʒ j. Syr. Cydon. (vel e Ros. sicc.) ℥ ß. m.

Mensium fluxum immoderatum, internasque Hæmorrhagias sistit.

*Elect. Tamarindinatum.*

℞ Pulp. Tamarind. Extr. Cassiæ ana ʒ vj. Mannæ (Aq. Rosar. super prunas candentes dissol. col. & ad mellaginem redactæ) ℥ j. ß. Sennæ pulv. ʒ ij. ß. Crem. Tart. ʒ ß. Syr. Viol. q. s. m. f. Elect.

Ad alvum Debilibus, Pueris, Senibus, commode laxandam.

*Elect. Tartarisatum.*

℞ Crem. Tart. subtil. pulv. Sacch. albi, Panis biscocti Neapolitani (vulgo *Naples Bisket*) ana ℥ ß. Cribratis omnibus, adde Ol. Vitrioli gutt. viij. Syr. Viol. q. s. m. f. Elect. justæ consistentiæ.

Angelus Sala multus est in laudibus Tartari: Linguam aridam recreat; Sitim restinguit; Fervorem, ac Ebullitionem Bilis reprimit; Appetitum revocat; Dolorem Ventriculi sedat; Viscidos, tenaces, ac mucilaginosos humores attenuat, resolvit; interiorum Viscerum Obstructiones reserat; Flatus discutit; crudos, Tartareosque humores incidit; & alio quovis Medicamento felicius, ac commodius, blandissime educit. De seipso narrat, quod, cum Passione Colica multoties mi-

ser-

ſerime diſcruciaretur, nulliſque Medicamentis aliis ab eadem liberari poſſet, ſumpſit pulv. Tartari ʒ vj. ex quo purgatus fuit, & cruciatibus ſolutus: tandemque, poſt multas repetitiones ejuſdem, integre curatus.

*Elect. Terebinthinatum.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ iv. Ol. Terebints gutt. Octoginta. m.

Utiliſſimum eſt ad Tuſſim a Pituita craſſa, Pulmonibus impacta, ortam; ad purulentas exulcerationes, ubi non datur Febris Hæctica; nec non ad Renes detergendos, & Urinam ciendam. Dos. ʒ ij. vel ʒ iij. bis quotidie.

Riverius aſſerit, Conſervam Roſarum corrigere odorem Terebinthinæ.

*Elect. de Viſco.*

℞ Pulv. Viſci arborei ℥ j. Cinnab. nativ. Spir. Lavend. Comp. ana ℥ ß. Ol. Roris. m. gutt. viij. Syr. Flor. Paralyſ. ℥ j. ß. Exacte ſimul commiſtis, adde Spir. Sal. Armon. q. s. ad acredinem juſtam conciliandam.

Ad Affectiones Cephalicas, præſertim Convulſivas, & Vertiginoſas.

1. *Elect. e Zedoaria* ℥ iv.

℞ Balſ. Peruv. ʒ ij. Vitel. Ov. Num. j. Subactis in mortario, adde Spir. Lavend. com. ʒ ij. Syr. Pæon. comp. ℥ ij. Rad. Zedoar. pulv. ℥ j. m. f. Elect.

Ad Colicam.

2. *Elect. de Zedoaria* ℥ iv.

℞ Conſ. Majoranæ ʒ vj. Balſ. Peruv. ʒ ij. pul. Rad. Zedoar. ℥ j. Diacodii ℥ ij. m.

Auxilio eſt in Colica; & exhiberi poteſt (poſt Purgationem) in ipſo Paroxyſmo; ſed præcipuus ejus uſus eſt ad Præcautionem Colicæ Hyſtericæ habitualis, ubi Ventriculus, & Inteſtina ſunt frigida, laxa, & imbecillia. Dos. ʒ ij. bis in die, longe a Paſtu.

*Elect. e Zinzibere* ℥ iv.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ iij. Zinz. cond. ℥ j. Ol. Cinnam. gutt. iv. Ol. Caryoph. gutt. ij. m.

Ad Ventriculum, & Cor confortandum; Coctionem juvandam; Nauſeam tollendam; Vomitum ſedandum; Flatus diſſipandos: Nativum calorem ſuſtentandum. Dos. qu. Nuciſſæ, bis in die, hora j. ante Prandium, & Cœnam.

*Elixir Catharticum.*

♃ Sennæ ℨ vj. Rhab. ℨ ij. Glycyrrh. ℨ j. Sem. Aniſi, Carui ana ℨ j. Coccinellæ ℈ j. Croci ℈ ß. Sp. Vini Gall. ℥ xij. Aq. Mirab. Cinnam. ana ℥ ij. Poſt debitam infuſionem col. & adde Syr. Roſ. Sol. ℥ ij m.

Dos. cochl. ij. veſp. & iij. mane ſequenti.

*Elixir Cinnamomi Stomachicum.*

♃ Elix. Propriet. Tartariſati ℨ iij. Spir. Lavend. comp. ℨ j. Ol. Cinnam. gutt. a xij. ad xvj. m.

Dos. a gutt. xv. ad xx.

*Elixir. Caryophyllaceum.*

♃ Elix. Propr. Tartaris. Spir. Lavend. comp. ana ℥ ß Caryoph. contus. ℨ j. & gr. xji. Gran. Parad. gr. xlviij. m. Stent in frigido tres dies.

Dos. gutt. xv. vel xx. ex hauſtulo Vini.

*Elixir Stomachicum.*

♃ Elix. Propriet. Tartariſati ℨ iij. Ol. Caryoph. Nuc. Moſc. ana gutt. vj. Ol. Ment. gutt. iij. Abſint. gutt. j. m.

Dos. gutt. xv. vel xx. ex hauſtu Vini Xeroenſis, mane.

*Elixir Volatile.*

♃ Spir. Sal. Armon. ℨ j. ß. Spir. Lavend. comp. ℨ ij. Tinct. Benz. ℨ. ß. m.

Spiritus reficit. Doſis: gutt. xx. ex vehiculo appropriato

*Emeticorum formulæ.*

♃ Aq. tepidæ ℔ j. Ol. Oliv. (vel Amygd. dulc. ℨ iv. m. pro Hauſtu.

♃ Herb. Theæ ℥ ß. coq. in Aq. (vel Alæ) ℔ j. ad ℔ ℨ. pro Hauſtu.

♃ Oxym. Scill. ℨ vj. Sal. Vitrioli gr. iv. m. Pro puero ſex annorum.

♃ Oxym. Scill. ℥ iij. Prodinetur ex hauſtu liquoris Poſſetici.

♃ Oxym. Scill. ℨ j. Sal. Vitrioli gr. xv. Infus. Croc. Metall. ℨ iij. m.

♃. Oxym. Scill. ℨ. ij. Sal. Vitrioli ℨ j. ℨ. Aq. Cinnam. ℨ ij. Capiantur cochl. ij. bis, terve in hora.

♃ Oxym. Scill. Ol. Amygd. dulc. ana ℨ iv. Sumantur cochl. iv. per. vices, donec operetur.

♃ Herb. Senec. M. j. ℨ. Paſſul. Corinth. M. ℨ. Sem.

Aniſi

Anisi ( sub. add.) ʒ ii. coq. in Alæ ℥ xii. ad ℔ ß pro Haustu.

♃ Cort. inter. Sambuci M. ii. coq. in Aq. & Lact. ana ℔ ß. ad dimid. consumptionem, col. pro dosi.

♃ Fol. virid. Asari a v. ad ix. Contus. affunde Alæ ( vel Vini albi ) ℥ iii. Macerentur frigide per horam, exprimendo, coletur pro Haustu.

♃ Tart. Emet. a gr. j. ad v. vel vi.

♃ Vini Emetici a gutt. xx. ( qualem dosin infantulo præscriptam novi ) ad ʒ vi. ℥ j. vel ʒ x.

♃ Pul. Rad. Ypecacuanhæ a ℈ ß. pro Infante, ad ʒ ß. ℈ ii. pro Adulto.

Optandum esset, ut Tyrones ( quorum in gratiam hanc scripsi Pharmacopæjam ) summe caverent, vel omnino abstinerent a sequentibus:

Nicotiana, )
Esula, )
Helleb. albo, )
Vitro Antim, )
Regulo Antim, )
Croco Metall, ) In substantia.
Tub. Minet, )
Sulph. Antim, )
Florib. Antim, )
Auro Vitæ, )
Mercurio Vitæ )
Hercule Bovii. )

*Emplastrum de Albo.*

♃ Empl. ad Hern. Diacalcit. ana ʒ iii. Ung. Alb. Camph. ℈ iv. Sacch. Saturni ℈ ii. m. f. Empl.

Dorso applicetur ad dolorem sedandum, & calorem minuendum.

*Emplastrum Aloeticum.*

♃ Aloes pulv. ʒ ii. Ol Absinth. chem. gutt. viii. Cum Fell. Bov. q. s. f. Massa Emplast. quæ super alutam ductam, Umbilico applicetur.

*Emplastr. Anginosum.*

♃ Empl. Diach. simp. ʒ iii. Ol. absint. still. gutt. xviii. m. Applicetur Gulæ, adeo, ut ad utramque aurem pertingat.

*Empl.*

*Empl. Anodyni* ℥ v.

♃ Empl. de Minio. ℥ iv. Ol. Lil. ℥ ß. Terebinth. Venet. ʒ ii. Opii, Camph. Sacch. Saturni ana ℈ ii. f. Empl. s. a.

Refrigerat, & mirabiliter dolores, cruciatusque ( etiam Nephriticos ipsos ) placat.

Quamvis Opium, interne sumptum, adeo possit Spirituum actionem sufflamminare, ut Doloris sensum suspendat: dubito tamen, utrum externe applicatum sit vere Anodynum, nec ne.

Namque Sale abundat volatili igneo, & Sulphure graviter fœtido: Inflammabile est, amarum, acre, & eousque calidum, ut vel in prima Discutientium Classe merito ponatur; & ferme Causticum existimetur. Atque hæc propter male comparatum mihi videtur ad constituendum Anodynum: Cujus est ( prout mea fert ætiologia ) mitigare fervorem, quem dolor in parte concitasset, suggerere benignum Rorem, ad diluendam, & dulcificandam acrimoniam Salium purgantium, atque ad leniendas, & eo modo relaxandas) tensas, obtortas, & divulsas fibrillas, ut partes solidæ ad statum naturalem redeuntes, Fluidis transitum ( ut oportet, liberum concedant, & promoveant.

*Empl. Apoplectici* ℥ j. ß.

♃ Gum. Galb. Opopan. Pul. Rad. Pyreth. Sem. Sinap. Piperis longi, Castorei ana ʒ j. ß. Terebinth. Ven. ʒ iii, vel q. s. Ol. Succini ℈ j. f. Empl.

In Morbis Soporosis, & Paralysi, Capiti raso adhibeatur.

*Empl. Armoniacum.*

♃ Sal. volat. Sal Armon. ( in Aq. liquidi facti ) ʒ ii. Tereb. Venet. ʒ vi. misce in mortario successive.

Idem est fere, ac Empl. volat. quod vide.

*Empl. Arthritici* ℥ x.

♃ Gum. Elemi, Colophon. Pic. Burgund. ana ℥ iii. Ceræ citr. ℥ ß. Pulv. Minii, Mastic. Olib. Boli ana ʒ ii. Petrol. Ol. Spicæ, Ol. Anisi ana ʒ j. ß. f. Empl.

Humores acres rodentes obtundit; viscidos obstruentes attenuat, & per Diaphoresin foras evocat. Porro fibrillarum spasmum, & Tensionem dolorificam, blande relaxat; atque interim Nervos, Articulosque], mirum, quantum consolatur, & roborat.

Empl.

*Empl. Balsamici* ℥ iv.

℞ Emol. Diapalm. ℥ ii. Terebint. Cyp. Ceræ cit. ana ℥ ß. Liquatis adde Ol. Nuc. Mosch. chem. gutt. xvi. Balſ. Tolut. pulv. ℥ j. m. f. Empl. s. a.

Ad Lumborum debilitatem, dolorem, & Fluorem album, Dorſo adhibeatur: quod ſi pruritum valde moleſtum excitaverit, aliquando ſeponatur per dies aliquot, & poſtea rurſum applicetur.

*Empl. Carminativum.*

℞ Terebinth. Ven. ʒ j. Sal. volat. Sal. Armon. ℈ ii. Camph. ℈ j. Ol. Cymini gutt. xvi. m. & adjice ſeq. ſc.

℞ Empl. de Cymino (vel de Bac. Laurit.) ℥ ß. Reſinæ com. ʒ j. Ceræ citr. ʒ ß Simul liqueſiant ad ignem; & cum ferme refrixerint, ceteris s. a. commiſceantur.

Humores viſcidos, in membro aliquo impactos, illudque aggravantes, corrigit, & removet; Partes Nervoſas, tono fractas, & impotentes, roborat, & reſtituit. Doloribus Articulorum medetur.

*Empl. Cephalici* ℥ xi.

℞ Empl. de Betonica ℥ ß. Gum. Caram. Tacamah, ana ʒ iii. Pul. Balſ. Tolut. ℈ ii. Balſ. Peruv. (vel Copaiv.) ℈ j. f. Empl.

Caput calefacit, & roborat. Convenire creditur in Cephalalgia; Vertigine; Incubo; Epilepſia; Paralyſi, & Surditate: atque ad præcavendos Affectus Convulſivos, & Soporoſos, præſcribi ſolet.

*Empl. Dorſale*

℞ Empl. ad Hem. Diapalm. ana q. s. f. Empl. Ad Lumborum dolorem, debilitatem, & Fluorem album. Contra Abortum hoc modo præſcriptum novi.

℞ Empl. ad Hem. (vel Cæſaris) Diapalmæ ana ℥ j. Tereb. Cypriæ ℥. ß. m. f. Empl. ii. nempe pro Dorſo, & Umbilico.

In Gonorrhœa, & Fluore albo, Medicamenta Lumbis applicantur; non quod Renes illic ſitum habeant, ſed quia Arteriæ, quæ ſanguinem Pudendis adducunt, hoc in loco; ſc. ex Aorta, exeunt. Etiam & propter ejuſdem partis Muſculos, & Ligamenta laxata.

Quando detrahere velles Emplaſtrum, quod maxime adhæret, prius applica lapidem calefactum; vel fove cum ſtuppis ex aqua calida expreſſis: ita enim liqueſcet, & facile cedet Emplaſtrum.

Empl.

*Empl. Epiſpaſtici* ℥ xiii.

℞ Pic. Burgund. ℥ viii. Terebint. Venet. Cantharid. ſubtil. pulv. ana ℥ ii. ß. m. f. Empl.

Inter tot paſſim proſtantia ad hunc uſum Emplaſtra, hoc facile primum obtinet; infallibiliter enim ( x. vel xii. horarum ſpatio ( veſiculas excitat; atque, ſi artificioſe detrahantur, cuticulam adhærentem integre ſecum abripit.

In Pituitoſis, Senioribus, ac frigidioris temperamenti hominibus, Emplaſtra Epiſpaſtica circa primum Febris inſultum ( Affectuum Capitis præſervationis cauſa ) applicari poſſunt. Atque in quibuſvis, Torpore, Vertigine, aut Cephalalgia immani, laborantibus ( propter eorumdem Affectuum curationem ) adhiberi ſolent.

In Conſtitutionibus vero impenſe calidis; ubi cum Seri defection. Sanguis aduritur nimium; atque in Febribus Æſtu ſicco intolerabilli, Vigiliis, & Phrænesi affligentibus, Epiſpaſtica minus ex uſu videntur.

*Empl. Excitans* ℥ vi.

℞ Pic. Burgund. ℥ ii. Tereb. Ven. Aſſæ fœt. ana ℥ j. Pul Euphorb. Gran. Parad. Camp. ana ℥ ß. Sal. volat. Sal. Arm ℈ j. Ol. Succini ℈ ß. m. f. Empl. plantis pedum adhibenda

Succurrunt in Capitis dolore, & Affectibus Soporoſis Febres comitantibus.

*Empl. Farinaceum.*

℞ Thur. Pulv. ℥ j. Vitel. Ov. Num. viii. Farinæ Hord. q. ſ. m. f. Empl.

Ad Dorſi debilitatem, & dolorem, octavis horis removetur.

*Empl. Febrifugum.*

Super alutam ( ſtylo acuto punctam ) aſpergatur Thus pulv. deinde cum ſpatula calenti liquefiat: ſuper hoc extendatur Terebinthina. Super Umbilicum geſtetur, donec inveteraſcat, atque ex ſe decidat.

*Empl. Gravidarum* ℥ iv.

℞ Empl. ad Hern. ℥ j. Cerati Santal. Ung. Comitiſſæ ana ʒ iii Ol. Myrtin. ʒ iii. ß. Ceræ ℥ ß. Liquefactis adde Pul. Sang. Drac. Maſtiches, Boli, Rad. Biſtortæ, Gallarum ana ʒ ß. Succini, Coral. rub. Nuc. Moſch. ana ℈ ii. tandem adjice Terebint. Cypr. q. ſ. f. Maſſa.

Lum-

Lumborum regioni applicetur, & continuo geſtetur, ad Abortum præcavendum.

Bolus, Corallium, Gypſum, & ejuſmodi, in Emplaſtris non conducunt, quatenus ſunt Aſtringentia proprie dicta; namque externe tantum tangunt, & vires intus immittere nequeunt: ſed quia conſiſtentiam, compactionemque (quaſi Intritum magis adhæſivum, & tenaciorem) conſtituunt. Emplaſtra enim Aſtringentia (me judice) tantummodo fortiter adhærendo; Cutim comprimendo; Fibrarum faſciculos (inſtar Faſciæ) intra limites conſtringendo; atque ita quaſi Tonum artificialem parti conciliando; hæcque abſque Calefactione, aut Diſcuſſione, peragendo, vim ſuam exſerere videntur.

*Empl. Hydropicum.*

Empl. de Sapone ℥ ii. Ol. Aniſi, Petrol. ana ℥ ß. m.

Lympham intra corporis habitum aggeſtam, & coagulatam, attenuat, commovet, & per Diaphoreſin amandat. Applicetur ſuper totum Abdominis ambitum.

*Empl. Ictericum.*

℞ Croci pulv. ʒ ii. Mellis q. s. f. Maſſa mollis, quæ ſupra alutam extenſam Hepatis, & Umbilici, regioni applicetur. Infantibus ictero defœdatis ſubſidio eſt.

*Empl. Iſchiadici* ℥ iv.

℞ Pic. Burgund. ℥ ii. Galb. ℥ j. Sulph. vivi ʒ ii. Succini ʒ j. Hermodact. Rad. Ireos Florent. Sem. Cymini, Flor. Chamem. ana ʒ ß. Petrol. q. s. m. f. Empl.

Succos craſſos attenuat, ſalinos acres edulcorat, partes nervoſas roborat, & (abſque Repulſione) Dolores Arthriticos ſedat.

*Empl. ad Languores* ℥ j.

℞ Galb. col. ℥ iii. Aſſæ fœt. Ceræ citr. ana ʒ ii. Camph. (Ol. Succini gutt. viii. ſubactæ) ʒ ß. Sac. CC. Caſtor. ana gr. xv. m. f. Empl.

Ad Affectiones Hyſtericas.

*Empl. Laterale.*

℞ Empl. e Cymino ℥ j. Camph. ℈ j. Ol. Aniſi gutt. xv.

Penetrat, attenuat, diſcutit, flatus diſſipat, dolores ſedat.

*Empl. ad Lumbaginem* ℥ v. ß

℞ Empl. de Minio Vigonis ℥ ii. Diapalm. (Ol. Roſat.

sat. loco Axungiæ parat. ) ℥ j. ß. Gum. Carannæ ( Aceto Ros. solutæ, & col. ) ℥ ß. Boli, Terræ sigill. Mastiches, ana ℈ iv. Terebint. C[illegible]pr. ℥ j. m. s. a.

Humorum affluxum inhibet, & repellit; nec non partes Nervosas confortat, & corroborat.

*Empl. de Majorana.*

♃ Pic. Burgund. ℥ ß. Pul. Major. ℥ ß. Euphor. ℈ j. m. Ad Catarrhum; Odontalgiam; Uvulæ inflammationem. Ophthalalmiam; & Cephalalgiam; applicetur Nuchæ, vel pone Aures.

*Empl. Mastichini* ʒ x.

♃ Mastiches, Gum. Junip. Nuc. Mosc. Caryoph. ana ℈ j. Labdani ʒ vj. Ducantur pistillo calido in Mortario, & addita Ol. Mastich. q. s. f. Empl.

Capitis vertici imponatur, ad Pericranii refrigerati, & relaxati, calorem, tonumque restituendum; & colluviei Catarrhalis ab illo scaturientis laticem sistendum. Convenit in Dolore Capitis frigido, Odontalgia, Tumore Tonsillarum; Inflammatione Uvulæ; Asperitate Gulæ; &c. Vide *Linim. Cephalic.*

*Empl. e Merc. vivo.*

♃ Empl. e Cicuta cum Ammon. ʒ iij. Diach. cum Gum. ʒ ij. Galb. col. Terebint. Ven. Mercur. viv. ana ʒ. j. Bals. Sulph. ʒ ß. m. f. Empl.

Ad Tumores duros, & Dolores profundius insidentes.

*Empl. Nephriticum.*

♃ Opii pulv. ʒ ii. Sapon. mollis ℥ j. Ol. Junip. ʒ ß. m. & Renibus applicetur.

*Empl. Nuchale.*

♃ Pic. Burgund. ʒ ij. ß Galb. col. Tereb. Ven. ana ʒ ß. Sem. Sinap. Pin. nig. Sal. volat. Sal. Armon. ( cum Ol. Orig. gutt. ij. triti ) ana ℈ ß. m. f. Empl.

Ad eosdem usus, ac Empl. de Majorana.

*Empl. Pectoralis* ℥ j.

♃ Tacamach. col. ℥ ß. Ceræ citr. ℥ ij. Liquefactis adde Pul. Benzo. Styrac. calam. ana ʒ j. Croci ℈ ß. Ol. Anisi gutt. viij. Ol. Nuc. & Caryoph. ana gutt. iv. m. f. Empl. s. a.

Calefacit, attenuat, discutit, roborat. Musculos Thoracicos, colluvie viscida, frigidaque impeditos, lustrat, & consolatur. Usui est ad Tussim, cum Pectoris gravitate, & teneritudine conjunctam.

*Empl.*

*Empl. pleuriticum.*

℞ Empl. Paracelſi, de Sapone ana ℥ j. Ung. Popul. ℥ j. ß Camph. ʒ iij. m. Liquefiant lento igne, perpetuo agitando cum Spatula: quando frigeſcere incipiunt, addatur Camphora; & fiat Empl. molle.

Valde anodynum eſt: Dolores Pleuriticos, & Podagricos placat: Tumores Inflammatorios diſſipat: Anginam, abſque Repercuſſione, ſolvit.

*Empl. puniceum.*

℞ Galb. col. ʒ j. ß. pul. Maſtich. ʒ iij. Terebint. Cyp. ana ʒ ß Picis navalis ℈ ij. Ducantur cum piſtillo calido, in mortario calido, mox addendo Ol. Mac. expr. gr. xv. & penique paulatim pulv. Balauſt. gr. xiv. Intime commiſceantur omnia; & conficiatur Emplaſtrum s. a.

Hoc elegans Emplaſtrum Caput, Stomachum, Abdomen, Uterum optime roborat, & conſolatur.

*Empl. de pyretro ℥ vi.*

℞ Galb. col. Sagapeni, Ammon. ( vino alb. ſoluti, & col. ) ana ℥. j. pulv. Rad. Pyreth. Sem. Sinap. ana ℥ ß. Ceræ ℥ j. ß. Tereb. Ven. q. s. m.

Partes nervoſas calefacit, deobſtruit, roborat, & Spiritus animales in motum ſtimulat: Convenit membris Paralyticis.

*Empl. Roborantis ℥ j.*

℞ Empl. Stomach. Magiſtr. ʒ iij. Oxycroc. ( rite præp. ) ʒ ij. Gum. Caran. Tacamac. ana ʒ j. pul. Bal. Tol. ℈ j. Bals. Peruv. ℈. j. Ol. Cinnam. Caryoph. Nuc. Moſc. ana gutt. ij. Ol. Ment. Abſint. ana gutt. j. m. f. Empl. s. a.

Ad Ventriculum confortandum vix reperitur præſtantius.

*Empl. Spinale.*

℞ Empl. Diapalm. ʒ ß. Oxyc. ʒ ij. Ol. Succini gutt. xij. m.

Ad Dorſi dolorem, & debilitatem, Spinaliſque medullæ obſtructionem, eximie convenit. Puerulis Rachitide laborantibus, ( oblonga figura ) a Nucha, uſque ad Os ſacrum adhibeatur.

1. *Empl. Splenetici ℥ j.*

℞ Empl. de Cymino, Melil. Comp. Gum. Tacam. ana ʒ ij. Empl. e Cicuta cum Ammon. Bals. Peruv. ana ʒ. j. m.

Fæculentias atrabilarias, Hypocondrio ſtagnantes, circulationi reddit; quin & fibrarum corrugationes, tenſiones,

&

affectiones ſpaſmodicas ſedat, & compeſcit.

2. *Empl. Splenetici* ℥ vi.

℞ Empl. e Cymino ℥ iii. Oxycroc. Tacamach. col. ana ℥ j. ß. Ol. Saſſaph. gutt. iii. m.

1. *Empl. Stomachici Comp.* ℥ j.

℞ Empl. Stom. Magiſtr. ℥ ß. Tacamach. col. ℥ ii. Liquefactis adde Pul. Bals. Tolut. ℥ j. Sang. Drac. Bals. Peruv. ana ℥ ß. Ol. Nuc. Moſc. & Caryoph. ana gutt. ii. Ol. Aniſi gutt. j. m. f. Empl. s. a.

Calorem, concoctionem juvat; Nauſeam, & Vomitum reprimit; Ventriculum cruditate, & flatibus liberat; ejusque laxitati, imbecillitati, & diſtentioni opitulatur.

2. *Empl. Stomach. Comp.* ℥ j.

℞ Tacamach. col. ℥ vii. Pul. Ment. Balauſt. ana ℥ ß. Ol. Caryoph. Nuc. Moſc. Aniſi, Succini ana gutt. ii. f. Empl.

Siniſtrum Ventriculi orificium, circa undecimam Thocaris Vertebram Diaphragmati adnectitur; & partes poſteracis reſpicit. Hinc ad Dorſum, majori cum ſucceſſu, in Stomachi debilitate, applicantur Emplaſtra, inquit Highmor. Quod notat etiam River. de Appetitu Can. & T. Bartholin. Anat. p. 330.

*Empl. Suppedalis* ℥ vi.

℞ Empl. Cephal. ℥ iii. Pic. Naval. ℥ ii. Pul. Euphorb. ℈ ii. Camp. & Ol. Succini ana ℈ j. m.

Neceſſarii uſus eſt in Febribus continuis, Cephalalgia, Torpore, Vigiliis, Delirio, &c. ſtipatis; quando ſcilicet Sanguis inæqualiter circulatur, & magis impetuoſe verſus Caput, quam inferiores corporis partes, fertur. Vid. Lot. Pedal.

*Empl. pro Temporibus.*

℞ Carannæ ℥ j. Extendatur ſuper alutam, cui adde in medio Opii gr. ii. Ol. Succini gutt. iv.

Anodynum eſt. Temporibus applicatum, valet contra Vigilias, & Capitis Dolorem. Pone, vel ſub Aures, Dentium cruciatum tollit.

Surculi duo Arteriæ Carotidis externæ, ſub Aurem, Maxillam inferiorem ingrediuntur; & ſecundum ejus longitudinem, in omnium Dentium radices diſſeminantur, quibus ſanguis ad Dentium nutritionem defer-

fertur. Hisce in vasis Humores acres (una cum Sanguine) ad dentes perveniunt, quibus illorum membranula exquisite sentiens, interiorem eorum medullam succingens, eroditur, & vellicatur: Unde dolores illi Dentium exquisitissime ortum petunt. Ab hac Arteriarum Dentes petentium origine, Remedia, pone, vel sub Aures, meliori cum successu, in Dentium Dolore applicare, quam ad Tempora, facile suaderi potest, inquit Highmor.

*Empl. de Thure Comp.*

℞ Thuris ʒ ii. Tacamach. ʒ j. Croci pul. ℈ ß. Tereb. Ven. q. s. m. f. Empl. elegans.

Febricitantium carpis admoveaur.

*Empl. Volatile.*

℞ Terebint. Venetæ puræ ℥. j. Agitetur in mortario, & sensim effunde Spir. Sal. Armon. ℥ j. continuo agitando, donec in crassamentum album (instar Emplastri) coeant. Tenaciter adhæret; intime penetrat; partes calefacit; fibrillas roborat; Spiritus exagitat; Ductus carneos, nerveosque reserat; colluviemque impactam discutit, & evaporare facit.

*Empl. Volat. fœtidum.*

℞ Galb. col. ℥ ß. Assæ fœt. ʒ j. Ceræ citr. ʒ j. Una liquatis, postmodum ab igne amotis, & frigore inspissatis, adde Mist. seq.

℞ Terebint. Ven. ʒ j. Sal. Volat. CC. ℈ ii. Camph. ℈ j. Ol. Succin. ʒ ſ. m. s. a.

Hystericis opitulatur.

*Emul. Arabicæ* ℔ ii.

℞ Gum. Arab. ℥ j. coq. in Aq. Hord. ℔ ii. ad solutionem; cum hac solutione, & Sem. Malvæ, Papav. alb. Amygd. dulc. excort. ana ℥ ß. f. Emuls. s. a. Cui adde Sacch. Saturni gr. xvi. Syr. Alth. ℥ iii. m.

In quolibet ardore Urinæ, vel ab acrimonia sanguinis, vel ab Epispasticis, vel ab Arenulis excitato, Remedium fidum merito habeatur. Dos. ℥ iv. vel ℥ vi. bis, ter, quaterve in die.

*Emul. Asthmatica.*

℞ Millep. viv. 120. Contusis, sensim effunde in mortario Aq. Puleg. ℥ vi. In liquore fortiter expresso dissolve Gum. Ammon. ℥ iii. col. adde Tinct. Benzo. ʒ ii. m.

Dosis cochl. j. ex Haust. Decoct. Pectoral. sæpe in die.

*Emulſ. Balſamicæ* ℔ ii.

℞ Balſ. Tolut. ℥ vi. Decoq. in Aq. Hord. ℔ ii. ß. ad ℔ ii. Cum col. & Amygd. dulc. excort. ʒ vj. f. Emulſ. Cui adde Balſ. Gilead. (cum Sacch. albi ℥ j. bene triti) gutt. xvi. m.

Phthiſicis alte præſcribitur: Lenit enim, demulcet; Tubercula diſcutit; Putredinem delet, & ſanat.

*Emulſ. Brunneri.*

℞ Gumma Ammon. j. ß. Diſſolv. (in mortario) Aq. Hyſſop. frigidæ ℥ iv. & Vin. Rhen. ℥ ii. Col. ſit pro duobus Hauſtibus.

In Aſthmate extremum, nunquam fallens, remedium habetur. Tantaque efficacia a ſuffocatione liberat, ut preclarius non viderim, inquit Author, Conſil. 34.

*Emulſ. Cathartica.*

℞ Reſinæ Scammon. ℈ ß. (vel q. ſ.) Vitel. Ovi ʒ ii. Sacch. albi ʒ j. Aq. Roſ. Dam. & Cinnam. hord. ana ʒ vi. m.

Hæc Reſina dupliciter culpabilis eſſe ſolet; aut enim obſtinate ſolutioni reſiſtens, & nullo modo alterata, abſque purgatione deiicitur; aut plicis Ventriculi, Inteſtinorumve perinacius adhærens, Nauſeam, Tormina, aut Hypercatharſin excitat: hacvero ratione diſſoluta, & cicurata, ſatis efficaciter, & tuto, opus ſuum peragere ſolet.

*Emulſ. Communis* ℔ ii.

℞ Amygdal. dulc. excort. Sem. Cucumer. papav. albi ana ℥ ß. Sacch. albi ℥ j. Contundantur ſimul, donec in paſtam coaleſcant; dein additis Aq. Hord. ℔ ii f. Emulſ. ſ. a. quæ, fortiter exprimendo, coletur.

Emulſionibus cave, ne Acida commiſceas: quippe ſubſtantiam lacteſcentem facile præcipitant; ideoque Spiritus acidi Vitrioli, Sulphuris, Succus Limonum, &c. non ſunt addendi. Tencke 42.

Hujus uſus eſt egregius, & multiplex, 1. ſc. ae. Ventriculi æſtum, eroſiones, ſitim. 2. Ad Renum, & Veſicæ fervores, & cruciatus; Urinæ ardorem, Gonorrhæam 3. Ad Sanguinis ebullitionem, & acrimoniam in Febribus inflammatoriis, Pleuritide, Rheumatiſmo, Vigiliis, & Deliriis. 4. Ad Serum deficiens reſtituendum in Febribus ardentibus, & hecticis. Summatim, ad leniendum, refrige-

ran-

randum, humectandum. Propinetur Haustus sæpe, ad libitum.

*Emuls. Cordialis* ℥ viii.

℞ Aq. Epidem. Pœon. comp. ana ℥ iv. Sem. Citri ʒ ß. f. Emuls. Cui add. Sacc. perl. ʒ iii. Ol. Nuc. Mosc. gutt. j. m. Sumat ægrotans cochl. ii. vel iii. ter in die, in Febribus malignis.

*Emuls. de Cornu Cervi* ℔ i.

℞ Decocti CC. ℔ ii. Amygd. dulc. excort. Sem. Papav. albi ana ℥ ß. f. Emuls. Cui adde Aq. Cinnam. fort. ℥ ii. Ol. Nuc. Mosc. gutt. j. Sacch. ℥. j. m.

Feliciter usurpatur in Febribus Diarrhœa symptomatica stipatis, pro potu ordinario.

Cum pulvis hic calcinatus sit mera Terra damnata, Salibus suis omnino spoliata; inter coquendum Salem Aquæ exhauriet; eamque inanem, & esurientem reddet. Istaque deinde eruriens Aqua, in Viscera, & Vasa nostra, intromissa, Salia pariter, quotquot invenit, in se avide arripiet, secumque foras educet. Atque hoc modo Ventriculum, & Intestina corrigere; Sanguinemque, & Succos edulcorare probabile est.

His aliquale lumen affert illud Majovv (de Therm. Bath. 264.) inquientis: Si Sal Tartari Aquæ fontanæ admixtum fuerit, Præcipitatio in eadem fieri solet; eaque colorem quemdam album acquirit; certo utique indicio, Sal quoddam indolis acidæ aquis fontanis inesse. Sed aliud, atque aliud, sentiunt eruditi: Tachenius enim Alcali Aquæ inesse contendit. Vide *Aq. Junip.*

*Emulsio Diuretica.*

℞ Rad. Urticæ recent. ℥ iv. coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ii. ß. col. adde Sem. Urticæ ℥ ß. Sem. Petrosel. ʒ j. Sem. Anisi, Sinap. ana ʒ ii. f. Infusio calida quatuor horas; colentur sine expressione ℥ xxviii. quibuscum, & Amygd. dulc. excort. Sem. Melon Sem. Mill. Solis, Sem. Papav. alb. ana ℥ ß. Sacch. alb. ℥ j. ß. f. Emuls. s. a. Cui adde Aq. Raph. comp. ℥ iv. Test. Ovor. supra Porphyritim alcoholisatarum ℥ ß. m.

*Emulsio Eldulcorans.*

℞ Cum. Arab. ℥ iii. Dissolve super ignem in Aq. Hord. limpidæ ℔ ii. Cum refrixerint, adde Occul. Cancr. per lævigationem. & lotionem præp. ʒ j. ß. Sacch. alb. ℥ ii. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ii. m.

Oculorum Cancrorum dicta præparatio hujusmodi est,

ut tenuissime in mortario marmoreo lævigentur, aqua desuper limpidissima affusa, & agitata, donec ea turbida fuerit. Hinc in aliud vas conjiciatur. Tum alia denuo affundatur, agitetur, turbidaque reddita, præcedenti adjungatur; idque toties reiteretur, donec fæces in mortario subsederint, omnisque tenuior substantia cum aqua fuerit educta; quæ quiescere permittatur, ut in fundo remaneat Oculorum materia sola, & sincera. Tandem hæc (aqua prius effusa) colligenda, & supra marmore ita læviganda, ut nulla asperitas lingua percipi possit; atque in globulis formanda, siccanda, & in usum asservanda. *N. B.* Hoc modo præparari alia Testacea, Cretacea, &c. quævis possunt.

*Emul. Hysterica.*

℞ As. fœt. ʒ ii. Aq. Ceras. nig. (vel in ejus defectu, Aq. font,) ℔ ß. Dissolv. in mortario sine calore, & col. Euporiston est optimum ad Languores Hystericos. Detur per vices cochl. j.

*Emuls. Pacificæ* ℥ iv.

℞ Sem. Papav. alb. ʒ ii. Amygd. dulc. excort. Num. j. Contusis adde Aq. Papav. errat. ℥ iii. ß. f. Emuls. Cui col. adde Aq. Ment ʒ j. Diacod. ʒ iii. m. pro dosi singulari. Spiritus furentes compescit, & somnum accersit. Magis temperata est, quam Laudanum; & Ventriculum minus gravat, quam Diacodium.

*Emuls. Pœoniatæ* ℔ ii.

℞ Sem. Pœon. Papav. albi, Amygd. dulc. excort. ana ℥ ß. Sacch. albi ℥ j. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ii. Contusis, affunde sensim Aq. Ceras. nigr. ℔ ii. f. Emuls. s. a. Cui col. adde Aq. Pœon. Comp. ℥ ii. m. *N. B.* Hoc modo quævis Olea Chemica commodissime misceri posse.

Ad Morbos Convulsivos, Epilepsiam &c. sed speciatim egregii usus est febricitantibus, Capitis dolore subsultu Tendinum, &c. laborantibus. Dos. ab ℥ ii. ad ℥ iv. octavis, vel sextis horis.

*Emuls. Stypticæ* ℔ ii.

℞ Rad. Consolidæ maj. ℥ iv. coq. in Aq. font. ℔ iii. ad ℔ ii. cum colatura, & Sem. Papav. albi Hyoscyami, Amygd. dulc. excort. ana ℥ ß. Sal. Prunel. ʒ j. Sacch. Saturni ℈ j. Sacch. albi ʒ j. f. Emuls. Sanguinem refrigerat, contemperat, incrassat; vaso-

rum

rum ora occludit; & Spiritus pacat. Utiliter propinatur ad sistendam Hæmorrhagiam narium; Hæmoptoen; Hæmorrhoidum, & Mensium fluxum. Dos. ℥ iv. bis in die.

*Emuls. Variolosa.*

♃ Amygd. dulc. excort. Sem. Melon. Cucum. Papav. alb. ana ʒ ii. Sacch. alb. ℥ ß. Optime simul contusis, sensim affunde Gelatin. CC. & Eboris (sine succo Limon. paratæ) ℥ iv. Aq. Lact. Alexit. ℥ xii. col. fortiter expr. adde Aq. Cin. Epidem. ana ℥ ß. Antim. Diaphor. rite præp. ʒ ii. m. Dos. cochl. vi.

*Enem. Amari* ℥ vi. ß.

♃ Rad. Serp. Virg. contus. ʒ j. Pulp. Colocyn. (in nodulo ligat.) ℈ j. Herb. Tanaceti, Summit. Sabinæ una M ß. f. decoct. in Aq. font. q. s. col. ℥. vi. adde Ol. Hyper. ℥ ß. Ol. Absint. Chym. ʒ ß. Sp. Hieræ pic. ℈ ß. m.

Ascarides enecat, & expellit. Quad Vermes vero teretes, dum valentes ii sunt, vividi, & reptiles; dumque in tenua intestina, & Ventriculum conscendere proclives sunt; hujusmodi amaricans Enema minime debet injici, ne cogat eos superiora versus petere, & tragœdias ibi patrare. Post Anthelminthica vero aliquandiu per os exhibita, quæ Vermes languidos reddidere, & ad inferiora depulere, adhibeatur demum hoc maxime opportunum, quod efficax usu reperitur.

Ascarides sunt quidem Gens pusilla; sed expugnatu difficillima: namque, licet omnes ad unam Enematis vi exterminarentur: nova tamen, & numerosa proles, ab ovulis in Recto depositis, mox nascetur. Ideoque non tanti erit Parentes solos proscripsisse, nisi insuper & Natos, & Semina etiam ipsa, radicitus extirpentur, & ejiciantur. Hocque optime fiet, si postquam Ascarides jam disparuerunt, non statim a Remediis abstamus; sed tertiis, quartisve diebus per aliquot vices; ac deinde semel in Hebdomade, hujusmodi deturbantia Enemata repetamus. Quod nemo Authorum hactenus notavit.

Ex quo hæc mea scripseram, inter Authores evolvendos, sequentia insperatus reperi.

Quotiescumque utebatur patiens Pharmaco purgante, Vermes egerebat, micto semper glutine pituitoso variis seminibus, quæ piscium minorum oculos referebant; ex quibus

quotidie haud dubie germinarentur Fre. Amor. Chem. c. 37. p. 360.

Id minime silentio prætereundum judico, ad consumendam omnem Ascaridum materiam; delendam Intestinorum proprietatem; nec non præcavendum, ne malum redeat: detur Aloes ℈ j. singula quaque hebdomade. Mercurial. Consil. 13. p. 71.

Apud nos, quinquagenaria, jam a pluribus annis, menstruos patitur Ascarides, quos (ubi nimium germinant) prompte Clystere Absynthiaco expellit: Narrat autem mihi, se illis non tentari, nisi septem primis diebus nascentis Lunæ; de cætero quiescere, sed recrudescere circa novilunia malum; & venturos se præsagire, cum alvus stipari incipit. Borrich. ap. Barthol. Act. Med. vol. 4. cap. 46. p. 150.

Ex hac narratione concludo, hujusmodi eradicans Enema, singulis noviluniis injectum, & per aliquot menses repetitum, probabiliter eos interempturum, exterminaturum, & funditus deleturum esse.

Fiunt Suppositoria ex Lardo non salito, vel ex Caseo veteri, contra Ascarides in Intestino recto, quæ ipsi adhærent; & sic extracto Suppositorio, simul extrahunrur, inquit Etmull. in Schrod. c. 83. p. 1033.

*Enem. Anodyni* ℥ xj.

♃ Lactis Vaccini ℔ ß Spir. Vini commun. ℥ ij. Ol. Anisi ʒ ß. Diascord. ʒ vj. m. Tepidum injiciatur hora somni; & totam noctem (si fieri possit) retineatur.

Intestina, mucagine glutinosa oblinita, indeque refrigerata, & Spasmis, flatibus, torminibusque vexata, calefacit, confortat, demulcet, & ad sanam crasin restituit.

Liberalem hunc, & insolitum, Spiritus Vini & Oleorum Chemicorum usum, hic, & alibi, in Clysteribus a me præscriptum, multi forsan nunc severe perstringent, qui futura observatione, & felici successu, rectius tandem docti, ex animo celebrabunt.

Noscant illi, hanc nec nostram, nec novam esse praxin. Rondeletius (ante annos plus quam ducentos natus) de Clysteribus p. 895. refert de muliere, gravissimo dolore Coli tenta, cui Vinum injiciebatur Hippocraticum (quod Cinnamomum, Piper, Zinziper, Grana Paradisi receperat) & paulo post curata fuit: & Sanchez

( de

( de Colico dolore p. 123. ) consulit Vini Aromatici Hippocratici ℔ ß.

Dr. Stubs ( Philos. Transact. Num. 37. p. 271. ) refert Jamaicensibus familiare esse ad Colicam biliosam Enematis uti ex Spir. Vini communis ℔ j. sed exinde inebriatos, & furiose debacchatos fuisse. Unde ipse nunquam ℥ ij. vel ℥ iij. transgredi ausus sum.

Quoad Olea Chemica, Duretus ( anno 1527. natus ) hoc modo ( de Colico Dolore p. 410. ) Clyster injiciendus ex Vino Malvatico, in quo Olei Juniperini Chemici ℥ ß. dissoluta fuit, & mirifice prodest. Et Claudius Deodatus, sequens Enema cordate proponit.

℞ Vin.Malvat.Ol.Nucum Jugland.ana ℥ iij. Spir.Vini ℥ j.Ol. Chem.Junip.& Rutæ ana ʒ ij. m.& mistura calida immittatur.

N. B. ℥. ß. Olei Chemici permagna videtur quantitas: ipse quidem raro ʒ ij. præscripsi.

De Salibus volatilibus, etiam res nova est, & praxis fere inaudita: scribit vero Etmullerus, quod in Epilepsiæ paraxysmo, Salia volatilia, cum Clysteribus injecta, (tam in Infantibus, quam in Adultis) egregius quidam Practicus ( non sine experto sæpe successu ) commendat.

*Enem. Apopletici* ℔ j.

℞ Rad.Pyreth.℥ ß.Herb.Rutæ M.ij.pulpæ Colocynth.(in nodulo) ʒ ß.coq.in Aq.q.s.ad ℥ xij.col.adde Infus.Croci Metall. ℥ iij. Tinct. Castor. ℥ ß. Ol. Succini, Sal. Gem. ana ʒ ii.m.

Si Colocynthis non includatur in nodulo, subtilissima ejus ramenta inferunt, & post se relinquunt horrenda tormina; quod non putassem, nisi experientia confirmatus fuissem, inquit Ettmullerus.

In Affectibus Soporosis, Lethargo, Colmate somnolento, Apoplexia, Paralysi, &c. admodum conducit. Si autem statim ab injectione reddatur, statim etiam reiterari debet: Non rarum enim est hisce in Morbis, Clysmata frustra, & sine effectu usurpari; propter intestina quasi Paralytice affecta.

*Enem. Balsamici* ℥ xiv.

℞ Jusculi Intestinor. Vervec. ℥ x. Vitel. Ov. N. ij. Bals. Lucatel. ℥ j. Sevi Ovini ℥ ij. m. Usurpetur eo caloris gradu, ut Sevum non concrescat.

N. B. Si Sevum bene subigatur Ovi Vitello, a concretione præservabitur.

Intestina intus fovendo, inungendo, & oblinendo, eorum Fervores, Corrugationes, Cruciatus, Erosiones, & Ulcuscula, mulcet, compescit, sanat. In Dysenteria expertissimum plane remedium.

*Enem. Carminativi* ℔ j.

℞ Flor. Chamæm. Bacc. Lauri ana ℥ ß. Sem. Fœnic. dulc. Cymini ana ʒ ij. coq. in Aq. q. s. col. ℥ xij. adjice Spir. Vini comp. ℥ iij. Ol. Oliv. ℥ j. Ol. Anisi still. ʒ ij. m.

Ad Intestina debilitata, refrigerata, flaccida, pituita obducta, obstructa, inflata borborygmis, & doloribus cruciata; speciatim, ad Colicam flatuosa, Hydropem, & istiusmodi Marasmum, qui non a Febre Hectica, sed a mala Concoctione, & Distributione provenit, &c. perutile est.

Quo clarius hac de re mentem meam explicem dico, Flatus & Vapores, res esse & materialiter, & localiter, plane distinctas.

Flatuum Materia est cruda, & crassa; flatulentæ Diætæ, pravæ digestioni, aut utrisque ortum debens, nuspiam fere reperiuntur, præterquam in primis viis: & sese manifestant presertim mox a pastu, per leviculam Indispositionem, Oscitationem, Abdominis Inflationem, & Torsionem vagam. Si sursum tendant, Ructus edunt: Sin deorsum, Rugitus in Intestinis, & Tormina erratica, concitant. Cum vero viis præclusis intra Intestinorum cavitatem incarcerati detinentur, magis fixi fiunt, & unam præcipue partem excruciantes, idem tunc sunt, ac Colica flatuosa (*the Wind Cholik*), quæ dummodo viscera sint organice sana, malum haud adeo grave est, quia Paregoricorum, & Carminativorum adminiculo facile superatur.

Vapores, (quos vocat Helmoatius Gas Sylvestre, invisibilem, impalpabilem, & incoercibilem Spiritum, qui non inepte forsan assimilatur illi Alæ salientis, explodentisque, (*Bottled fiyng Ale* ad cujus partem volatilem efferam capiendam Chemicum Alembicum frustra applicatur) Vapores, inquam, oriuntur a maxime volatili, acri, Succo Glanduloso, vitiosam fermentationem ineunte cum viscosa materia, (non in Canalibus Intestinorum, sed eorum, & Mensenterii Membra-

branis, atque etiam ultimis, & intimis quibuscumque corporis recessibus, ubicumque Arteriarum extrema illam deposuerunt) atque ita Spiritus elasticos, ibi locorum insitos, & influentes, in varias miras confusiones, trepidationes, subsultus, & expulsiones adigente.

Hi furias agunt maxime vacuo ventriculo, longe a pastu, ultima jam peracta digestione: atque pro varia materia, loco, & ataxiæ ratione (hactenus non satis clare, & distincte a quolibet Authorum perspectis, & definitis) Affectiones, vel Hystericas, vel Hypochondriacas (vulgo dictas) excitant. Hisce in casibus, Evacuantia generaliter obsunt; & Enemata (vel etiam Carminativa) malum intendere solent; quod in proximæ sequentibus fusius ostendere conabor.

*Enem. Colici* ℥ xij.

℞ Vini Canar. Ol. Lini ana ℥ vj. Ol. Succini ʒ ß. m. His addi potest Laud. liq. a gutt. 40. ad 80.

In horrendis Intestinorum Cruciatibus, & pertinaci Alvi Astrictione, plurimum auxiliatur; quatenus scilicet membranosam viscerum substantiam confortat; fibrarum corrugationem tollit; Flatus discutit; Fœces emollit, & Intestina exonerat: Et propterea Colica flatuosa affectis ut plurimum, & Biliosa sæpe succurrit.

Hysterica vero laborantibus, (nisi fuerit Intestina fœcibus valde refarcita, morbus admodum levis, & adhuc dum in primo principio) Enemata universaliter sunt vitanda; quippe teneras, laceratas, dolentes membranas divexant; Convulsivas torsiones reduplicant; malum efferatius, domitumque obstinatius efficiunt; & aliquando eousque eveunt, ut plane funestum reddant.

Quandoquidem hanc rem rite dignoscere Tyronum maximopere interest, fusius, quam cæteroquin soleo, eam explicare satagam.

Quemadmodum nil de Variolis, ante Medicos Arabes scriptum invenimus; nec quicquam de Rachitide, ante Glisson, & VVhistler; neque Romani ut nomine tenus Colicam cognoverunt (teste Plinio Nat. Hist. l. 26. c. 1.) antequam Tiberius Cæsar illam sensit: Sic nos de Colica Hysterica nusquam uspiam legimus, audivimusque, donec oculatissimus Sydenham illam detexit, & descripsit: ideoque quicquid alii quotquot Antecessores de Colicæ curatione statuerunt, mini-

nime ad hanc Colicæ speciem proprie referenda esse, jure merito existimandum est.

Non me latet, Car. Pisonem sententiam singularem protulissse ( anno 1618. ) de Colica, quod esset Nervosa; & nostratem VVillisium similem fere Hypothesin protulisse; & ætiologiam ejus accuratius investigasse; & ingeniose exornasse: confitendum tamen est, neutrum horum adeo claram habuisse ideam hujus Spiritualis Colicæ, ut specifice interstingueret ab illa altera humoralis; & consequenter propriam, præcisam, & adæquatam, curandi methodum, nec designasse nec designare potuisse.

Non potuerunt inquam: sed hoc præclarum inventum soli reservabatur immortali Sydenhamio. Ille primus e tenebris eruit, ille graphice descripsit: ille distinxit, & adeo essentialiter distantem a Biliosa determinavit, ut ea ipsissima methodus, quæ aliam cicurat, alteram exasperet, & ferociorem reddat.

Et quia ille unicus extat Author ( quantum novi ) qui hanc provinciam suscepit, & ornavit; summam eorum, quæ passim sparsit, compendiose colligere, & huc transferre, non inutile opus esse duxi.

Prius vero mihi detur, Paragraphum quemdam satis notabilem ex L. Dureto petere: totum seculum ante Sydenham ille floruit, & ob crassam caligantis istius ævi ignorantiam, ad perfectam rei notitiam pervenire nequivit: at vero laudabiles ( tum quoad Theoriam, tum quoad Praxim ) progressus fecit, admirationemque, & grates posterorum meruit.

Super Hollerium, lib. 1. c. 41. p. 407. hæc habet: aliquando dolor Colicus prænuncius est Arthritidis, & Paralysis, aut Translatione materiæ ad superiores partes; aut temeraria Curatione, ut si Clysteres materiam discutientes primo injeceris. Nam, si innascatur dolor Cclicus a repentina collectione materiæ, & injiciantur Clysteres Carminativi, fit Disseminatio materiæ.

Per superiores partes liquet, cum nihil intelligere posses, præter Cerebrum, & ( ejus Appendices ) Nervos.

Per repentinam Collectionem materiæ, procul dubio adumbravit( licet hanc rem clara, & distincta luce pervidere haud potuit ) Ataxiam Spirituum, quorum spasmodici impetus æque

sunt

sunt repentini, ac Pulveris Pyrii explosio, aut Fulguris micatio.

Et in tali (sc. Convulsiva) Colica, Cylsterum Carminativorum injectionem, temerariam esse curationem, sive malam praxim, diserte pronunciat; atque rationem subit, qua Materiam morbosam disseminant; idest, e Visceribus in Cerebrum, aut Genus Nervosum (unde Paralysis, aut Arthritis) propellunt. Sed ad Sydenham accedo.

Epist. ad Col., p. 141. Satis constat, omnem hunc Morbum ad Spiritus Animales non rite dispositos referri debere; nec a Semine, aut Sanguine, aut Sanguine menstruo, corruptis, & halitus malignos in partes affectas elevantibus, produci; nec a Succorum nescio qua perversa depravatione, sive etiam Humorum acrium congestione; sed a Spirituum Ataxia.

Si fomes morbi in materia delitesceret; tunc Evacuantia ad Affectus hosce præcavendos potius facerent, quam ad eosdem accersendos; cum e diverso, non alia causa ita constanter pariat hujusmodi Affectus, ac solent Evacuationes.

De Morb. Acut. p. 228. Venæsectio, & repetitæ Purgationes (quæ in Colica Biliosa incipiente apertissime indicantur) hic locum non habent (nisi fœminis, Sanguinis, & Humorum copia oppressis) Docet enim Experientia, & exasperari dolorem, & invalescere Stymptomata omnia, a tumultu, quem ista cient, adjuta. Atque adeo plus semel animadverti, Enematum, vel lenissimorum, repetitionem, continuam Symptomatum seriem invexisse. Experientiæ Ratio etiam astipulatur, quæ morbum hunc, a Spirituum potius ἀταξία, quam Humorum vitio aliquo, produci, dictabit, &c.

Nullusque dubito, Morbum hunc (qui licet acerbissimum dolorem, nullum tamen vitæ discrimen aportat) ob errores hoc nomine (id est ob Evacuantia data, & Anodyna neglecta) commissos, lethalem sæpænumero evadere.

Epist. ad Col. p. 167. Affirmo, Evacuationes sæpe repetitas, quæ quidem in Colica Biliosa omnino indicantur) Dolorem, Vomitumque non solum non compescere, sed irritare magis; Spirituum sc. Perturbationem (quæ vera horum Symptomatum causa est) promovendo. Tamdemque malum ad menses aliquot prolongatum, metastasi derepente in Cerebrum facta, desinit in Spasmos, a quibus ægra brevi a medio tollitur.

Ita

Ita gravissimus, expertissimusque Vir repetitam Sanguinis missionem, Emetica, Cathartica, & Enemata, absolute prohibet; & Anodynis rem totam confici debere, constanter asserit; Rationemque Experientiæ astipulantem adducit.

*Enem. Communis* ℔ j.

♃ Decocti Clysterisantis ℥ xij. Syrrupi e Succo Senecionis, ( vel ex Spina Cerv. ) Butyri saliti, ana ℥ ij. Sacch. culinar. ℥ ij. Ol. Anisi gutt. viij. m.

Ad Intestina ( præsertim crassa ) eluenda; æque flatibus, & fæcibus exoneranda.

Usus Clysterum maximus est, dummodo recte adhibeantur; quod, præter cœtera, fieri debet, habita legitimæ collocationis ægrotantis ratione. Ut autem demonstremus, in quodnam latus æger jacere debeat, considerandus est Situs Coli Intestini; quod oritur a Cæco, ad dextrum Renem; & ad Jecoris cavum vergens, reflectitur; & convolutum, sub Ventriculi fundo progrediens, ad sinistra Lieni accumbit; moxque in posteriora vergens ad sinistrum Renem descendit, cui alligatum est; ibique multo angustius quam in reliquis partibus efficitur, cellulisque caret; postea descendit; & quum duos gyros fecerit, in Rectum desint intestinum.

Ex his, perspicuum est, ægrum in dextrum latus esse collocandum; quum alioquin, si in sinistrum latus depositus st æger, tota moles Viscerum, tum Reæum Intestinum, tum maxime postremam partem Coli ( quæ sub Solene descendit, & ad Renem sinistrum annectitur ) comprimat, adeo, ut Clyster ulterius ad capacitatem Coli progedi nequeat, sed in duobus inferioribus gyris Coli remaneat; nec diutius retineri possit. In dextrum vero latus decumbente ægro, clyster facile usque ad reflexionem sub Liene, deinde sine obstaculo usque ad Valvulam ducitur. Atque sic æger, quum diutius Clysterem retinuerit, majorem quoque inde fructum percipiet. Hildan. Cent. 1. Obs. Chir. 77. p. 56.

*Enema Confortans.*

♃ Vini Canar. ℔ ß Diascor. ℥ ß. Vitel. Ov. N. ij. m.

Dimidiata tantum quantitate præscribitur, quia diu intra corpus retineri debet. Quod Julapia Cardiaca sunt Ventriculo; Idem & Intestinis hoc esse Enema, jure putandum est. Illa enim tantopere refocillat, ut universali exinde fa-

facta exultatione, tota Spirituum Systasis ad munus suum defungendum alacrius, & quodcumque noxium reperitur eliminandum, strenuius exsuscitetur. Præter multos alios usus, in Febribus malignæ notæ, egregie proficuum est: idque non eo solum nomine, quod Spiritus vacillantes sublevat; sed etiam quod ad Viscera ipsa descendit, & Miasmatis radios a Centro ad corporis Circumferentiam pellit: Novi quemdam Practicum, qui nonnunquam hoc Clysma in ipsis etiam Variolis, ad Expulsionem promovendam, præscribere solebat: hujusmodi vero praxin raro in usum ducendam esse arbitror; quia hicce inflammatoris morbus, sæpius fræno, quam calcaribus indiget.

*Enem. Corroborantis* ℥ xij.

♃ Herb. Absinth. sicc. Centuar. min. ana M. j. Fl. Cham. Bacc. Lauri ana ʒ iii. Coq. in Jusc. Capit. Ovin. q. s. Col. ℥ x. adde Spir. Vini com. ℥ iii. Ol. Tereb. & Junip. ana ʒ ß. m.

Velut fotu interno, Intestinorum calorem revocat, & vigorem reparat; Fibras laxatas restituit; Spiritus fatiscentes reficit; Pituitam crassam detergit; Flatus discutit; & Dolores sedat.

*Enem. Dulce.*

♃ Lact. Vaccin. recent. ℥ vi. Ther. Janues. ℥ ii. m.

Ante usum Enematis amari, quando Vermes latitant in Intestinis tenuibus, agunt morsicando, & erodendo. Quando Ventris torsionem excitant, commodissime in usum accensetur hic Clyster Ad Lac enim se convertent Vermes, utpote dulce, & sibi gratum; atque ita a morsibus desistent; e latibulis prodibunt; inferiora versus serpent, & ad exitum per sedem disponentur.

*Enem. Emollientis* ℔ j.

♃ Lactis ℥ x. Ol. Chamæm. ℥ iii. Mel Mercur. Sacch. rub. & Extract. Cassiæ ana ℥ j. Ol. Anisi ℥ ß m..

Fæces induratas, & conglobatas emollit; Alvumque lubricat, subducitque.

In quibusdam, (inquit VVillis) Coli tunica interior, adeo valde tenera, & sensilis est, ut ab Enemate (licet Anodino) injecto, Spiritus statim excandescentes, ac intra fibras nervosas explosi, Membranas summe inflent, ac distendant; adeoque in toto Abdomine maximas molestias excitent.

*Enem.*

*Enem. Febrifugi* ℔ ß.

℞ Cort. Peruv. subtil. pulv. ℥ ij. Coq. multiplici coctione in Aq. font. donec redeat ad ℔ ß. Col. turbidæ, adde Diascord. ℥ ß. Ol. Anisi gutt. j. m.

Si satis diu retineri nequeat, incoquenda erit Cort. Granat. vel Balaust. ℥ ß. & Col. adjici potest Aq. Cinnam. ad ℥ ij. Ad febres cujuscunque generis Intermittentes profligandas, Patientibus Medicamenta assumere respuentibus, Puerisque morosis (minori dosi) hæcce Decocta, Clysterum more usurpata, egregie profuisse, sæpe comperimus: sed Pueris certius opem ferre, quam Adultis, sæpenumero observavi.

Modus usurpandi est, ut statim a Paroxysmo finito injiciatur; eoque deposito, alterum statim immittatur: idque toties quoties repetatur, ut Intestina a Paroxysmo ad Paroxysmum semper eo imbuantur, donec Febris abigatur.

Helvetius Parisiensis, qui de hac Corticis usurpandi methodo librum conscripsit, & Regis jussu (ut ait) edidit, hoc modo præscribit.

℞ Cort. Peruv. pul. ℥ ij. Aq. tepidæ ℔ j. m. & injiciatur statim, a finito Paroxysmo; atque ter de die repetatur, donec cesserit Febris.

Deinde (Morbi recidiva ut præcaveatur) adhibeatur remedium mane; & vesp. per sextiduum.

Denique (quo Curatio perfecte absolvatur) in corpus admittatur quotidie mane, per sex etiam dies. Si satis diu retineri nequeat, singulis Clysteribus admisceatur Syr. de Mecon. ℥. j.

*Enem. Hysterici* ℔ j.

℞ Rad. Aristoloc. rot. Bryoniæ albæ, ana ℥ ß Herb. Rutæ, Mat. Puleg. Fl. Chamæm. ana M. ß. Coq. in Aq. q. s. Col. ℔ j. dissolve Assæ fæt. ʒ j. Ol. Succini ʒ ij. Sacch. rub. ℥. j. m.

In ipso Paroxysmi articulo potest injici, ad Spirituum ἀτασίαν potentissime reprimendam.

*Enem. pro infantibus* ℥ iv.

℞ Lact. recent. ℥ iij. Ol. Amygdal. dulc. Syr. Viol. ana ℥ ß. Ol. Anisi gutt. xij. m.

Emollit; laxat; Flatus discutit; Dolores sedat.

*Enem. Laxantis* ℔ j.

℞ Jusculi Pulli (vel Carnis Vitulinæ) ℥ xij. Ol.

Olivar.

Olivar. Sacch. culin. ana ℥ ij. Ol. Anisi ʒ ß. m.

Intestina confortat; Fæces emollit; Flatus discutit; Alvum laxat.

*Enem. Lenientis* ℔ j.

℞ Lactis ℥ x. Mucilag. Sem. Psylli, & Cydon (Aq. Pap. errat. extract.) ℥ ij. Vitel. Ov. N. ij. Diacod. ℥ ij. m.

Locum habet, quando humorum bilioſorum acrimonia Inteſtina vehementer ſtimulat, vellicat, pungit, rodit. Acorem enim obtundit; Membranas mucagine oblinit; & Spiritus irritatos compeſcit.

*Enem. de Malicorio* ℥ vj. ß.

℞ Cortic. Granator. contus. ℥ ß. Flor. Balauſt. ʒ j. Coq. in Lact. q. s. Col. ℥ iv. adde Spir. Vini cum (vel ſine Aq. Cinnam. fort.) ℥ ij. Diaſcord. ʒ vj. Ol. Nuc. Moſc. gutt. vj. m. Addi poteſt Laud. liq. q. s.

Ut diutius, & facilius retineatur, (quod maximi eſt momenti) ſtatim, atque injicitur, Anus foveatur Decocto aliquo Aſtringenti, aut ſaltem linteis calefactis; quamprimum ſomno ſe tradat æger. Forſan etiam e re eſſet in Latus dextrum decumbere: ita ſiquidem Colon non omnino premeretur ſub pondere ceterorum Inteſtinorum.

Præ cujusvis fere generis Aliis Aſtringentibus, valet hoc ad ſiſtendam iſtiusmodi Diarrhœam; quæ ſine torminibus accidit, & non tam a materiæ copia, aut acredine, quam ab Inteſtinorum Laxitate, & Lubricitate pendet.

*Enem. Nutrientis* ℔ j.

℞ Juſcul. Inteſtinor. Ov. ℥ x. Vitel. Ov. N. iij. Vini Canar. ℥ iij. Succi Chermes ℥. ß. m.

Aliqui negant, hujusmodi dari Enemata vere Nutrientia: In contrariam vero ſententiam ipſe propendeo: 1. Obvia Colon habet Vaſa Lactea, licet pauca. 2. Sæpius notavi, Enema de Malicorio injectum, 24. horas, & ultra, retineri; & proximam ſubſequentem dejectionem omnino ſolidam fuiſſe. 3. Petrus Borellus (Cent. 1. Obs. 56.) vidit quandam, Clyſtere e vino injecto inebriatam fuiſſe. De qua re videantur Philos. Trans. N. 37. p. 271. 4. Apud. Hyldanus, (Cent. 4. Obs. 30.) Mulier per ſex heddomadas nihli fere per os aſſumebat; ſed Clyſterum beneficio ita fuit nutrita, ut Gravida

ad

ad constitutum tempus Fœtum gestaverit, felicitirque peperit. Plura possem ejusmodi proferre; sed hæc abunde satis sufficiant ad probandum, dari Enemata Nutrientia.

*Enema Oleosum Amarum.*

℞ Ol. Lini ℥. vi. Colocyth. ʒ j. ß. f. levis ebullitio, & coletur.

Rulandus hoc Clystere Umbilicum bene inunxit; & reliquum per Siphunculum injecit cuidam Iliaca Passione miserere cruciato, cum præsenti levamine. At vero non temere imitandus esse videtur, ne sursum exprimatur Enema in Ventriculum, & Vomitionem ( quæ ante fuit longe enormis ) adeo tendat, ut mortem planissime acceleret. Nihilominus autem, antequam Colica in Iliacam passionem transiverit; ubi Alvus obstinate occluditur; nec tamen motus Peristalticus ( de quo vid. Suppositoria ) penitus jam invertitur; subinde proficuum hoc fore remedium, arbitror.

Si Colicæ sedes ( quod frequenter accidit ) altior sit, nempe in Ventriculo ipso; vel Intestinis tenuibus: Tunc Enemata, usque licet efficacia ( si quidem eorum vis, non eo penetrare potis est ) parum, aut nihil opis afferre solent; quid quod & crabrones irritant, morbumque diuturniorem reddunt?

Namque ab alvi fæcibus ( plenitudine, pondere, & acrimonia prementibus, & aggravantibus ) maxime fit, quod Intestinorum protrusio vermicularis incitatur, & deorsum determinatur. Si ergo eveniat, ut Clysterum ministerio evacuentur ista solummodo Intestina, quæ Colico subsunt; tunc liquet, ea jam exonerata, & indolentia, peristalticum motum deorsum sollicitando, minime satagere: & e contra, ea supra spasmum, torminibus exquisite lacessita, vi sursum attrahere, & explosive convellere, atque eo nomine Affectum, ante nimis acrem, plurimum intendere, & pertinaciorem reddere.

Hisce concinit Sennertus: ( de Dol. Colico p. 881. ) Si Clysteres ( quod sæpe accidit ) nihil proficiant, & materia in superioribus intestinis hæreat, in Clysterum usu diu non persistendum, cum facultatem expultricem segniorem reddant; sed satius est, leni aliquo alvum laxante medicamento uti, quod tamen reliquum corpus non moveat

Obser-

Obſervatum eſt, cum æger quidam triginta Clyſteres ſine fructu accepiſſet, alium Medicum Mannæ ℥ j. ß. cum Olei Amygd. dulc. ℥ ii. in Juſculo Gallinæ pingui exhibuiſſe, & ægrum a dolore liberaſſe.

Et Crato: (Conſil. 10. p. 85) Clyſteres, ſi malum ſupra Umbilicum (potius ſupra partem Colica affectam) eſt; parum juvant. Dum Obſtructiones in ſuperioribus partibus ſunt, parum materiam attingunt; & ſæpe uſurpata, incommodum afferunt.

Veteres, in Ileo, quando Inteſtina copioſo ſtercore erant repleta (una cum præſentia flatuum) applicato folle, ventum copioſum in Inteſtinum injecerunt, ut ab injectis flatibus Inteſtina diſtenta abſcedant a ſcrybalis iiſdem impactis; & ſeparata, facilius per Clyſmata, vel aliter, poſſint elici.

Sic in hoc morbo operandum ſuadet Hippocrates, lib. 3. de Morbis, cap. 15. Quem legere ne pigeat, oro, inquit Amat. Luſit. Cent. 1. cur. 100. in fine. De his conſul. Epiph. Ferdinandi Hiſtor. 74. p. 220.

Quidam Neoterici (præ ſimplici hoc per follem flatu) Clymata ex fumo Tabaci, in Iliaca paſſione Colica convulſiva, Obſtructione Alvi, & Affectibus fllatulentis, tamquam præſentiſſimum remedium commendant. Sydenham (Sched. monit.) hoc Enema, omnium, quæ illi innoteſcunt hactenus, efficaciſſimum eſſe ducit.

Verum Bartolinus obſervavit, Clyſma ex Decocto Tabaci paratum mire turbaſſe corpus; ac Convulſiones, ſudores frigidos, aliaque maxima mala induxiſſe. Id, quod & Ettmullerus Clyſma ejuſmodi, aliquando tentandi gratia, præſcribens in praxi ſua, expertus fuit: quæ tamen omnia, poſt hauſtum vini calidi generoſi, evanuerunt.

*Enem. e quatuor Oleis* ℥ xiv.

♃ Ol. Lini, Olei Chamæm. ana ℥ iv. Ol Scorp. ℥ ii. Ol. Terebint. ʒ ii. m.

Commode præſcribitur contra Calculum, & Arenulas, in ipſo Paroxyſmo: Vias enim lubricat; Viſcerum ſpaſmum diſſolvit; Fæces induratas emollit; Inteſtina (Renes, Ureteres, Veſicamque comprimentia) exonerat; ſicque minori cum difficultate, & dolore Calculos, Arenulas, ſaburramque glarealem, deſcendere, & evacuari permittit, & cogit.

*Enem. Purgantis* ℥ xv.

℞ Decocti Clysteris. ℥ xij. Mist. Clysteris. ℥ ij. m.

Quidam ad majorem irritationem Clysteribus addunt Fel Tauri inspissatum, ad ʒ j. vel. ʒ ij. Riverius Aq. Benedictæ ( sive Infus. Croci Metall. ) ℥ iv. præscribit.

Titulus usum aperte indicat.

Proutmea fertopinio, Clysteres possunt (non obstante Coli valvula) expurgare non tantum Rectum, & Colon ; sed & superiora quoque cuncta Intestina. Quippe Motus Peristalticus in Inferioribus excitatus, & incœptus, facillime potest, & solet, usque ad Pylorum ipsum continuari, atque eo modo deorsum sollicitantur, & exprimuntur excrementa per totum tractum Intestinalem, præsertim iis, qui facilioris sunt Purgationis; id est, qui Intestinis donantur facile irritabilibus.

*Enem. Refrigerantis* ℔ j.

℞ Emuls. Commun. ℥ xij. Ol. Lil. ℥ iv. Sal. Prunel. ℈ ij. Sacch. Saturni ℈ j. m. Tepide injiciatur.

Consulto præscribi potest, quoties Bilis valde æruginosa, & copiose suffusa, Intestinis fervorem, doloremque excitat, uti in Cholera Morbo, aliquibusque in Febribus.

Sunt, qui frigidos actu Clysteres immittere ausi sunt, & qui hujusmodi praxin damnant: Sed Ventriculus, qui longe exqeisitioris est sensus, Haustus frigidos, imo glaciales, perferre potest : Cur non ergo itidem & Intestina? Hoc vero, cum inexpertus sim, propono, non suadeo.

*Enem. Saponacei* ℔ j.

℞ Herb. Malvæ, Virg. aur. ana M. j. Bacc. Junip. Lauri, Sem. Dauci sylv. Petrosel. ana ʒ ij. coq. in Aq. q. s. col. ℥ xij. dissolv. Sapon Castil. ℥ ß. Ol. Chamæm. ℥ j. Ol. Anisi ʒ ij. Syr. Viol. ℥ ij. m.

Potenter flatus discutit; Fæces induratas emollit; Intestina evacuat; Vias Urinarias lubricat; Arenulas pellit; ideoque Calculosis præcipue dicatûr, & summe commodum usu reperitur.

*Enem. Somniferi* ℥ viij.

℞ Opii gr. viij. Dissolv. in Aq. Papav. errat. ℥ viij. & adde Diascord. ℥ ß. Vitel. Ov. N. j. m. Injiciatur tepide, hora somni.

Cum

Cum in Acutis, aliisque Gravioribus Morbis, Vigiliæ (vel ex Doloris vehementia, vel Humorum nimio æstu, vel Spirituum irrequie) adeo invalescunt, & vires frangunt, ut Opiata amplius tuto Ventriculo committi nequeant, ne Natura omni auxilio destituatur; Auctores suadent immiscere Opiata Clysteribus. Sic Sennertus, (de Phrenit.) in summo virium lapsu, ubi Opiata non commode interius assumuntur, Clysteribus eadem miscenda, monet. Et Riverius (de Phrenit.) pronunciat, quod Laudanum Opiatum, etiamnum in Clysteribus usurpatum, satis potenter, & tutius, somnum conciliat, quam per os exhibitum.

At vero curent Tyrones, ne nimii sint in Opiatis, cum Platerus (qui primus sub scamno rejectum restituit Opium, & dixit, semimortuum Opii usum se restituere velle) ipse Observ. lib. 1. p.136. refert, de Sene Nephritico, cui, cum ad dolorem sedandum Opium in Clystere ministrasset, Lingiæ stuporem, & Balbutiem pro tempore induxit.

Et Salmuth, (Cent. 3. Obs. 97.) meminit de Comate Somnolento, ab Opii ʒ j. in Enémate dissoluta illato, & per aliud Enema ex Vino Malvatico curato.

*Enematis Therebinthinati* ℔ j.

℞ Urinæ sanæ (vel Lactis, pro re nata) ℔ j. Tereb. Ven. ʒ j. Vitel. Ov. N. ij. Anisi ʒ j. Theriacæ Januens. ℥ j. m. s. a.

Optime ingreditur Urina, quæ, cum nuper Corporis hospes fuerit, nunc quoque amice recipitur; & Bilis vicem facile implet. Bilis enim salem, & Urinæ, eumdem esse, jam a Pecqueto visum, & Helmontio; uterque certe Nitrosus est.

Terebinthina (Balsami Septentrionalis titulo jure merito honestata) in Enemate soluta, Intestina exonerat, confortat, sanat.

Ettmullerus refert, Clysmata Terebinthinacea injecta, & diu retenta, talem in Urinæ textura alterationem efficere, ut illa Violas spiret.

Hinc liquet, eam a Sanguine Venoso acceptam, & (illibatis fere viribus) cum eo per totum Corpus, ejusque vel minutissimos meatulos circulatam, & diffusam, Materiam morbificam, aut stagnantem amovere; aut salsam, acrem, acidam, putridam, viscidam, fæculentam, aliasve degene-

rem, ad meliorem crasin inclinare, & perducere; Sanguinemque, & Succos a copula heterogenea extricando, & per Diuresin exterminando, emendare.

Deinde (quoad partes solidas) Fibras, Nervos, Glandulas, Viscera, Uterum, Renes, Vesicam, viasque urinarias &c. perlustrare, deobstruere, abstergere; atque litu, & afflatu Balsamico, recreare, obfirmare, & resarcire.

Opem promittit ergo, in Ventris torminibus; Colica humoralli; Dysenteria, Phthisi, aliisque morbis Thoracicis; Affectibus a Nervorum, vel opilatione, vel laxitate ortis; Cachexia, Hydrope, Ulceribus Uteri, Renum, Vesicæ, & quibusque internis: etiam ad Calculi præcautionem, Arenulas, & Mucum expurgandum; in Urinæ obstructione, Dysuria; Flore albo, & Gonorrhœa.

*Enem. ad Tormina* ℥ v.

♃ Cretæ albæ pul. ℥ ß. Herb. Rutæ, Fl. Cham. ana M. ß. f. in decoct. Aq. ℔ ß. Col. turbidæ ʒ iv. adde Tinct. Cast. Dias. ana ʒ ii. Syr. de Mecon. ℥ ß. Ol. Anisi gutt. x. m.

Acidum corrigit; Intestina confortat; Flatus dissipat; Dolores sedat; Spasmos tollit. Puerulis, vel Dentitione difficili, vel Humorum acrimonia conflictantibus, apprime convenit; nempe quando Dejectiones virides, & torminosæ, Vigiliæ, Inquietudines, Suffusiones erraticæ febriles, &c. adsunt. & Convulsiones intentant.

*Enem. de Verbasco* ℥ xv.

♃ Herb. Cicutæ, Hyoscyami ana M. j. Verbasci. Flor. Sambuci ana M. ß. Coq. in aq. ferratæ q. s. Col. ℥ xii. dissol. Vit. Ov. N. j. Lini ℥ ii. Ol. Succini ʒ ß. Bals. Sulp. ʒ ii. m.

Hæmorrhoidum internarum Tumores discutit; Dolores efficacissime demulcet; Ulcuscula sanat; Sanguinisque affluxum inhibet.

*Epithema Aluminosum.*

♃ Alum. usti pulv. ℥ ß. Mellis Ros. q. s. Nuc. Mosc. pul. ʒ j. m. Extendatur super chartam, & linteo apto alligetur super genam affectam.

Odontalgiæ inscribitur; & locum sortitur, ubi causa doloris non est Dens cariosus, sed Humor acris, totam maxillam afficiens, Humorum affluxum concitans, & Inflammationem inferens: potentissime enim repelit.

*Epi-*

*Epithema Anodynum.*

℞. Spir. Vini comp. ℥ iv. Camph. ʒ ß. Opii ʒ ii. Diſſolve. Partes Nervoſas confortat; Spiritus excandeſcentes placat; alte penetrat; Poros aperit; Materiam dolorificam attenuat, diſſipat, obtundit, & per Diaphoreſin evaporare cogit. Uſui eſſe poteſt in Iliaca Paſſione.

*Epithema Avicennæ.*

℞ Cinerum e Ligno ℥ ii. Aceti ℥ viii. Miſce in forma Lixivii, in quo colato, intingantur panni lintei; expreſſique Capiti applicentur.

Ad Pericranii Affectiones frigidas.

*Epithema de Calce.*

℞ Calcis ℥ ii. Mellis liquid. q. s. f. Miſtura S. A. Unguenti forma ſuper alutam extendenda, parti affectæ applicanda, & quoties exaruerit, renovanda.

Cautiſſime, & artificioſe debet admiſceri; aliter enim (præſertim ſi Calx recens fuerit calcinata, & viva) in bullas, & grumos faceſſet. Aliquando Saponem vulgarem addere ſoleo.

Experimentum eſt egregium, & probatum, contra Dolores Scorbuticos Rheumaticos. Nunquam adhuc tentatum novi in Arthritide vera; ſed valde proficuum fore, totus credo. Valet etiam adverſus Perniones.

*Epithem. Cephalagici* ℔ ß.

℞ Aq. Roſar. rub. ℥ iv. Aceti Roſ. ℥ ii. Ol. Roſ. ℥ j. Album. Ovi N. j. m.

Huic Mixturæ linteola duplicata immerſa, imbutaque, frigide admoveantur Fronti, & Temporibus, mutando quoties exaruerint.

Ad Capitis Dolores ardentes, pulſatiles, Vigilias, & Deliria, in Febribus non malignis.

*Epithem. Cordialis* ℥ x.

℞ Aquæ Reginæ Hungar. ℥ vi. Spir. Lavend. comp. Sp. Croci ana ℥ ii. Balſam. Apoplect. ℈ j. Ol. Caryoph. gutt. x. m.

Adverſus animi Deliquia, & Cordis Palpitationem, apte præſcribitur: Hyſtericis vere parum convenit, ob odoris ſuavitatem, iis odioſe infenſam.

*Epithem. Frontalis Aquei* ℔ ß.

℞ Camph. gr. viii. Aceti ℥ j. Aq. Roſ. rub. ℥ vii. m. Ad Vigilias, Capitis Dolorem, & Delirium, in Febri-

bribus, ex ſanguinis fervore, & rarefactione ) non vero ex Spirituum oppressione, & confusione in Febribus malignis, quod acriter distinguendum est ) oriundum.

*Epithem. Frontalis Lactei ℥ ij.*

℞ Lact. Mulieb. Albiss. Ov. conquass. ana ℥ j. Opii ℈ ß. Camph. gr. v. m. & frigide admoveatur.

Vires æmulatur superioris; nisi, quod minus Sanguinem refrigerat, & magis Spiritus consopit.

*Epithema de Saccaro Saturni*

℞ Aceti ℔ ß. Sacch. Saturni ℥ j. m.

Huic immergatur petia lintea dupla, quæ frigide Cordis regioni applicetur. & quoties tepescet renovetur. Experimentum est mirabile ( inquit Communicator ) contra Narium Hæmorrhagiam. Primo, ( ob frigus impressum) horrorem leviculum incutit; & mox. effluxum ( usque licet profusum, ) certissime cohibebit.

*Epithema Saponaceum.*

℞ Spir. Lumbricor. Magistral. ℥ vj. Spir. Cochlear. ʒ ij. Spir. Sal. Armon. ʒ vj. Sapon. Ven. ℥ j. ß. Camph. ʒ vij. Opii ʒ j. Croci ℥ ß. Digere aliquot dies, & cola.

Summo est Arthriticis solatio: namque partem affectam ( absque ulla Repulsione ) roborat; Crispationem fibrarum cruciantem retorquet; Spiritus ferocientes placat; Spicula salium obtundit; Ichorem dolorificum dissipat, & per transpirationem educit.

Jo: Conr. Rhumelius, fere centum abhinc annos, hoc modo concise præscripserat.

℞ Sap. Ven. ℥ ij. Camp. a ℥ ij. ad ß. Spir. Vini q.s. Solvantur, & ad tempus digerantur, & separatis fæcibus, reliqua ad usum serventur, ac cum linteis parti dolenti applicentur.

*Epithem. Stomachicum.*

℞ Spir. Vin. Camphor. ℥ iv. Ther. Androm. ʒ ij. Ol. Caryoph. gutt. xv. Ol. Nuc. Mosc. gutt. viij. Ol. Ment. gutt. iv. Ol. Anisi, Absint. ana gutt. ij. m.

Ad Ventriculi frigiditatem, & laxitatem; ad Nauseam, Vomitionem, Dolorem.

*Erhinnum Chemicum.*

℞ Turb. min. ℈ ß. Glycyrrh. ʒ ß. Nuc. Mosc. ℈ j. Ol. Rorism. gutt. ij. m. f. pulv. cujus pauxillum in nares insufletur.

Erhin-

Erhinnæ in usum duci debent præcipue matutino tempore, frigus cavendo: sed si necessitas urgeat, possunt quovis etiam, & alio. Aquæ, Muci, Pituitæque viscidæ, e Capite, & Naribus, magnam eliciunt quantitatem; & apte præscribuntur contra Capitis Affectus diuturnos, & contumaces, ex viscida, tenacique materia oriundos; uti gravativos Capitis Dolores, Paralysin, Morbosque Soporosos. Hoc e Turbith. omnino mirabile, & potentissimum est; Lympham enim specifice tenuem (quasi Salivationem per Nares moveret) tam profuse, & rivulose educit, ut nemini non experto credibile esse possit. Sed si nimis frequenter iteretur, membranam narium erodere solet: Ideoque, post ejus usum consultum esset, vel Lac tepidum, vel Oleum, in Nares attahere.

*Erhinnum Detergens*

♃ Decoc. Serpill. ℥. v. Tinct. Antip. ℥. j. Tinct. Benzo. ℥ ß. m.

*Erhinum de Elaterio.*

♃ Elaterii pulv. gr. iv. Aq. Langii ℥ j. Ol. Nuc. Mos. gut. ij. m. Turundæ ex Nicotiana factæ, hoc liquore intinctæ naribus immittantur.

*Erhinnum de Euphorbio.*

♃ Pul. Euphorb. ℈ ß. Vini albi ℥ j. Spir. Cochl. ʒ ij. Ol. Majoranæ gutt. ij. m. Gossypio excipiatur, & formentur exinde Nasalia, forma pyramidali.

*Erhinnum solidum.*

♃ Confec. Hamec. Scamm. pp. ana ℥ ij. Euph. gr. xvi. f. massa instar pastæ, ex qua confingantur Turundæ, naribus indendæ, atque per horam (ope ligaculi lintei) ibi detinendæ.

*Erhinnum e Succis.*

♃ Herb. Periclym. M. iv. Primulæ veris M. iij. Beton. M. ij. Majoranæ M. j. Contusis, exprimatur succus; qui e vola manus, per duas, tresve vices, attrahatur; vel ope pennæ, fistulævæ nicotianariæ, naribus insufletur.

*Erhinnum Vitriolicum.*

♃ Aq. Majoranæ (vel Infus. ejusdem) ℥ j. vitrioli albi ℈ ß. m. Ettmullerus capit ℥ viij. Aquæ, & subinde ℈ ij. subinde ʒ ij. Vitrioli albi; & præcipitando, depurat.

Mucus, & Rheuma copiose educit. Infantum recens natorum nares obstructas aperit.

*Essentia Citrina.*

℞ Tinct.Sal.Tart.℔ ß.Pul.Jalap.℥ ij.Caryoph.gr.xxxij.Croci gr.xvj.m.Stent in vase, subere, & vesica obturato, in loco moderate calido, aliquot dies. Tinct. filtratæ dosis ʒ ij. ad ℥ ß.

*Essentia Cordialis Hysterica.*

℞ Ol.Caryoph.gutt.xxx.Ol.Succini gutt.vj.Ol.Ani. gutt.iv.m. Eodem modo Stomachicæ, Carminativæ, Diureticæ, Cephalicæ; &, pro Medici intentione, infinitæ aliæ, ex Oleis concinnari poſſunt Eſſentiæ. Addi poſſunt Sp.Sal.Armon. ʒ ij. Sumantur gutt.iij.ſuper fruſtulum Sacchari, aut Placentam Saccharatam, aut ex hauſtulo Cereviſiæ, Vinive, inſtante languore.

*Expreſſio Aſthmatica.*

℞ Millep. viv. M. 128. Contunde, & fortiter exprime ex Aq. Hyſſopi ℥ iv. Puleg. ℥ ij. Pœon. comp. ℥ j. In expreſſo liquore frigido diſſolve Gumm. Ammon. gr. xxxij. col. adde Tinct. Benzo. ʒ ij. Syr. Balſ. ℥ j. Ol. Aniſi gutt. j. Spir. Sal. Armon. q. ſ. ad juſtum conciliandum acorem. Detur cochleatim in paroxyſmo.

*Expreſſio Beccabungæ comp.*

℞ Herb. Beccab.Naſt.aq.Borag.Plantag.ana M.iv. Contuſis in Mortario marmoreo, affunde aq.fon.℔ iv.Stent in loco frigido horam unam; poſtmodum exprimatur ſuccus aquoſus, eique adde Ol. Vitr. q. ſ. ad modicam aciditatem: reponatur, donec liquor fiat optime depuratus: effundatur, & lagenis vitreis aſſervetur ad uſum.

Facili negotio, & vili pretio, parata hæc Expreſſio iiſdem pollet viribus, ac Expreſ. Scorb.Temp. ſed potentius refrigerat. Propinari poteſt ad ℔ ß. bis quotidie.

Hoc modo parantur Expreſſiones Portulacæ, Urticæ &c. Quibus addi poſſunt Lapis Hæmatites, Syr. e Coral. de Mecon. &c. pro præſcribentis intentione.

*Expreſſ. Ictericæ ℔ j.*

℞ Herb. Chelidon. maj. m. ij. Bacc. Iunip. ℥ j. Contuſis adde Croci minutim conciſi ℈ i. Vini Rhen. ℔ j. Aq. Mirab. ℥ ij. Stent frigide per noctem: mane liquor exprimendo, coletur; & Syr. e 5. Rad. ℥ ß. edulcoretur. Dentur (poſt Purgantia debita) ℥ iij. ter in die, donec Morbus evanuerit.

*Expreſſ. Millepedum Simplicis ℔ j.*

℞ Millep. viv. Sacch. albi ana ℥ iij. Simul contuſis affun-

affundatur Vini albi ℔ j. Probo misceantur in mortario, & liquor expressione coletur.

Millepedes sanguinem calefaciunt, attenuant, depurant; Nervos collustrant; Obstructiones reserant; & Urinam movent. Valent ad Arenulas, Hydropem, Icterum, Scrophulas, Asthma, Tussim, Phthisim incipientem, Cancrum; Visus debilitatem; & ad Cutis venustatem, coloremque Faciei elegantem conservandum, & renovandum. Dosis ℥ iij. singulis Auroris. Audivi, (sed nondum satis expertus sum) Millepedes vesperi crebrius, & copiose exhibitas, Urinæ acrimoniam excitare; ejusque Remedium adæquatum esse Balsamum Copaive.

*Express. Millepedum Ictericæ* ℥ vj.

♃ Millep. viv. N. 100. Croci ℈ ß. Nuc. Mosch. ʒ ß. Sacch. albi ℥ ß. Contus. affunde Aq. Chelidon. (vel Aparines) simpl. ℥ iv. Aq. Lumbricor. Magistr. ℥ ij. f. Express.

Titulus vires explicat. Dos. pars dimidia mane, & altera pomerid. quotidie.

*Express. Millep. ad tussim* ℥ viij.

♃ Millep. viv. mund. ℥ ij. Pul. Sem. Anisi ʒ j. Nuc. Mosch. ʒ ß. Sacch. albi ℥ j. Contus. affunde Aq. Puleg. ℥ vj. Aq. Bryon. Com. Pœon. Comp. ana ℥ j. f. Express.

Quoniam pertinax omnino est hic Affectus; idcirco æque pertinaciter in usu remedii insistendum erit; Pueris exhibendo nempe cochl. j. post singulos Tussiendi paroxysmos, donec profligetur tandem devicta Tussis.

Cl. vero Sydenham hæc habet: Alii quid valeant hic præstare, plane nescio; me in variis, atque omnis fere generis remediis operam non semel perdidisse, satis scio. Phlebotomia, & repetita Catharsi, (eaque sola) expugnatur hæc Tussis, malum alias pertinacissimum, & fere insuperabile. Sed leniora tantum Cathartica hic conveniunt; eaque cochleatim ingerenda sunt, pro ratione ætatis.

*Express. Pleuritica.*

♃ Herbæ Taraxaci virid. M. iv. Contus. affunde Aq. Papav. errat. ℔ j. Col. per express. adde Lap. Prunel. ʒ j. Ocul. Cancr. pul. ʒ ij. Syr. Papav. errat. ℥ iij. m.

Spirituum furentem Orgasmum refrænat; Sanguinis rarefacti, & bullientis, fervorem temperat; Lymphæ vi-

viſciditatem liquat; & Diureſin promovet. Non neglectis debitis Venæsectionibus, exhibeantur tepide cochl. v. alternis horis.

*Expreſs. Pœoniata.*

℞ Rad.Pœon.mar.recent.contus.℥ iv.Fol.Viſci arbor.minutim concis.℥ j.Vini Hiſpan.℔ j. Infunde calide, & clauſe, duas horas; dein fortiter exprime, addendo Aq.Pœon.comp.&Syr.Pœon. comp.ana ℥ ji. Tinct. Caſtor. ʒ ij. Ol. Nuc Moſc. gutt. ij. m.

Cerebrum, & Nervos clarificat, & roborat. Uſui eſt in Morbis Convulſivis; Capitis idiopathico Dolore, Vertigine; Paralyſi; & Affectione Hyſterica.

*Expreſs. Refrigerantis* ℔ iij.

℞ Herbæ Anagallidis, flore puniceo M. iij. Borag. M. vj. Rad. Borag. lamellatim incis. ℥ ij. Pomor. N. iij. Sal. Prunel. ʒ ij. Sacch. alb. ℥ j. ß. Simul contuſis, affunde Aq. Ulmariæ ℔ iij. ſtent frigide per noctem, & f. Expreſſio.

Melancholicis calidiori temperamento conſtitutis, apte dicatur. Sanguinem enim atrabilarium corrigit; ejuſque ebullitiones refrænat; Hypocondriorum æſtus vaporoſos temperat; Cerebrum refrigerat: Spiritus rarefactos condenſat, & Urinam ciet. Dos. ℥ vj. bis, terve in die ad longum tempus.

*Expreſs. Roſaceæ* ℔ ij.

℞ Cretæ albæ (leviſſimæ, & puriſſimæ) pulv. ℥ ij. Coli Armen. pul. ℥ j. coq. in Aq. ℔ vj. ad ℔ ii. dein reponatur, ut partes craſſiores ſubſidant. LIquori tenuiori effuſo, adde Conſerv. Roſ. rubr. ℥ vj. Maceretur tepide 12. horas, & f. Expreſs. per Manicam Hippoc. depuranda.

Ad Diarrhœam, (quæ ſiſti debet) vel ab Humores acrimonia, vel ab Inteſtinorum laxitate ortam, vel cum dolore, vel ſine dolore exiſtentem, præſentaneum certe, fidumque remedium eſt. Si vero cuipiam nimis frigidum uſu reperiatur, cum Aqua Cinnamomi forti bena corrigi poteſt. Dos. Cochl. vj. bis, ter, ſæpiuſve, pro re nata, in die.

*Expreſs. Scorbuticæ Calidæ* ℔ ij.

℞ Herb. Coch. hort. Naſturt. aq. Beccab. Chelidon. maj. ana M. iv. Contus. adde Vini albi ℔ ß. Aq. Raph. comp. Aq. Lumbric. Magiſtr. ana ℥ iv. f. Expreſs. cui adde Sp. Cochl. ʒ ij. Sacch. albi ℥ ij. vel q. v. m.

Vi-

Vires æmulatur Cerevisiæ Scorb. Calidæ, quam consule. Propinentur Cochl.iv.ter in die, cum haustulo Cerevisiæ communis.

*Express. Scorb. Temperatæ* ℔ iij.

♃ Herb. Beccab. Nasturt. aq. Taraxaci, Aparines, ana M. iv. Mal. Aurant. (cum Corticib.) N. iv. Contus. affunde Vini albi, & Aq. flor. Samb. ana ℔ j. f. Expres. per subsidentiam clarificanda, & Saccharo ad libitum edulcoranda.

Scorbuticis, calidiori constitutione præditis, inque Suffusiones erraticas, Fervores Hecticos, & Maciem inde pronis, admodum prodest. Bibantur ℥ iv. in die.

*Express. Stypticæ* ℔ j. ß.

♃ Herb. Bellid. min. Pilosel. Millefol. Urticæ urentis ana M. iij. Contus. affunde Aq. Plantag. ℥ xij. Liquori expresso, dissolve Lap. Prunel. ʒ ij. e Rosis sicc. ℥ ij. m.

Sanguinem refrigerando, temperando, depurando, & incrassando, item vasa constringendo, & conglutinando, Hæmoptysi, & quibuscunque Hæmorrhagiis medetur. Dos. ℥ ij. bis, terve quotidie, per sat longum tempus; debitis interpositis Laxantibus.

*Extractum Pectorale.*

♃ Maltæ opt. (sine empyreumate) Cong. j. ß. Aq. Cong. ij. ß. Alæ s. a. Cong. j. Huic claræ, & non fermentatæ, adde Passul. fol. expurgat. concis. ℔ ß. Glycyrrh. ℥ ij. Ter. Japon. ʒ j. Coque, donec ℔ iv. sint evaporatæ: postmodum exprimendo, colecur; denique (additis Coccinel. ℈ iv.) percoq. ad Mellaginem.

Summe elegans, & efficax hoc Remedium sæpissime paravi; atque eo excellentius esse semper existimavi; quod, cum crassa sit, & tenax Mucilago, ob gratam tamen Austeritatem, non omnino, (sicut cetera omnia Incrassantia Pectoralia solent) Ventriculum relaxot, aggravatque; sed ejus tonum recreat, & firmat.

Laryngis parietes arefactos humectat; irritatos lenit; fere excoriatos sanat: Glandulas ferventes refrigerat; tumentes emollit; laxatas constringit; Seri acredinem temperat; tenuitatem incrassat; & impetum refrænat: utque ita Tussi Catharrali, Gulæque asperitati adæquatum, præstantissimumque remedium est.

*Fotus Amaricantis* ℔ ij.

♃ Rad. Aristol. rot. ℥ j. Herb. Absint. vulg. sicc. Alberot. fœm.

fœm. Tanaceti, Summit. Sabinæ ana M. j. Helleboraſtri M. ß. Pulp. Colocynt. Aloes ana ℨ j. f. Decoct. in Aq. ℔ iij. ad ℔ ij. Col. pro Fotu, ope ſtupharum e panno Wallico ( vulgo *Flonnel* ) Abdominus regioni calide uſurpando.

Vermes ( non inuſitatum eſt ) in latibulis ſuis ( ſc. Inteſtindrum plicis ) tam alte ſe recondunt, & ſecure degunt, ut tum Alterantium, tum Purgantium, tela, intacti, prorſus effugiant. In hujuſmodi caſu, externa remedia ( inter quæ hicce Fotus non infimum ) perquam utiliter in uſum adducuntur; ad illos nempe e nidis ſuis deturbandos, & medicamentis internis ſubſecuturis objiciendos; quæ eos, aut enecent, aut per ſedem expellant.

*Fotus Anodyni* ℔ iv.

♃ Capit. Papav. alb. ( concil. & cum Seminib. contuſ.) Sem. Anethi ana ℥ ij. Herb. Hyoſcy. Cynogl. Solani; Fl. Chamæm. ana M. ij. Coq. in Aq. ℔ vj. ad iv. col. Uſurpetur cum ſtuphis laneis calidiſſime intinctis, expreſſis, & alternatim applicatis, repetende, quoties dolores intenſius urſerint. Fibras corrugatas lenit; Spiritus irritatos conſopit; Humores acres obtundit; Viſcidos attenuat; & ſubſiſtentes circulationi reddit.

*Fotus ae Aſticulorum Dolores.*

♃ Ol. Vitriol. rectif. Spir. Vini rectif. ana. Caute miſce, & leni calore digere per decem dies.

*Fotus Aſtringens.*

♃ Cort. Querc. ℥ ij. Cort. Granat. ℥ ß. Balauſt. Roſ. rub. ana M. j. coq. in Aq. ℔ iv. ad ℔ ij. col. adde Vini rub. Ulyſſipon. ℔ ß. m. Addi poſſunt Alumin. ℨ ij.

Fibras laxatas corrugat; Tonum firmat; Poros externos, & Meatus internos coarctat; Humorum affluxum prohibet, & alio repellit. Valet in Inflammationum primo ſtadio, dum adhuc fiat Influxus; vel dum materia ſit remeabilis; in Tumoribus OEdematoſis; in Vomitu; Diarrhœa; Fluxu Menſium, vel Hæmorrhoidum, immodico; Uteri, vel Inteſtinorum prolapſu; & Hernia, ſc. poſt Inteſtini repoſitionem.

*Fotus Camphorati* ℔ j.

♃ Aceti ℔ j. Nitri ℥ j. Camph. ℨ j. Diſſolve ſuper ignem, & f. Fotus.

Pe

*Fotus ad Colicam* ℔ iv.

℞ Flor. Chamæm. ʒ ij. Bacc. Junip. Lauri ana ℥ j. Sal. Armon. crudi ℥ß. Coq. in Aq. ℔ vj. ad ℔ iv. sub finem addendo Sem. Fœnic. dul. Carui, Cymini, Anisi ana ℥ ß. Col. adjice Spir. Vini commun. ℔ j. m.

Usui est non tantum in Colica flatulenta, sed etiam in terribili sæviente Biliosa. Quando enim Dolor intolerandus horrendum furit; & Alvus tam obfirmate se claudit, ut nulli, ne valentissimo quidem, cedat Carthartico; hujusmodi Fotus, quasi divinum auxilium, in subsidium venire solet: Namque blanda mucilagine Musculos Abdominis fovendo; Calorem nativum resuscitando; Flatus profligando; Constrictiones spasmodicas solvendo; & motum Intestinorum peristalticum restituendo: feliciter efficit, ut Purgantia exhibita, munus suum rite obeant, & morbum abrumpant.

*Fotus Diuretici* ℔ iv.

℞ Rad. Apii. ℥ iv. Fœnic. Sem. Lini, ana ℥ ij. Herb. Parietar. Malv. Persicariæ, Fl. Chamæm. ana M. ji. coq. in Aq. ℔ vj. ad ℔ iv. col. dissol. Sal. Armon. crudi ejus defectu (Sal. Prunel.) ℥ ß. Sapon. vulg. ℥ ij. m.

Usurpatur cum successu laudabili, in sævissimis Calculosorum paroxysmis, summo cruciatu, & Urinæ suppressione stipatis. Minime vero operatur, (uti vulgo creditur) quatenus constat Ingredientibus Diureticis, specifica vi expellendi dotatis; sed quatenus, partim molli fotu, & amico calore mulcendo, Musculos abdominis, & Vesicæ (propter dolorem & humorum affluxum tensos, & rigidos) relaxat, & recreat; partimque quatenus leniter eos subpungendo, & extimulando ad consuetum Constrictionis munus redintegrandum provocat.

*Fotus Dysentericus.*

℞ Fol. Quercus M. x. Decoq. in opera olla cum Aceti fortis q. s. pro fomento. Quo sæpius foveatur Anus; vaporque calidissimus Ano excipiatur.

Est sane Experimentum Rulandi: sed in tam diro, calamitoso, & ægre superabili Affectu, huic tam levidensi præsidio soli, neutiquam fiderem: Nihilominus, ceteris non neglectis, hic etiam utiliter adhiberi posse, non invitus concedo.

*Fotus Emmenagogi* ℔ vj.

℞ Rad.

Lauri ana ℥ j. Herb. Matricar. Artemis. Summit. Sabinæ, Flor. Chamæm. ana M. ij. Decoq. in Aq. ℔ viij. ad vj col. adde Spir. Vini commun. ℔ j. m. Pro fotu calidiſſimo, Abdominis, & Pubis regioni adhibendo.

Partes calefacit, & confortat; Obſtructiones pituitoſas excutit; Sanguinem fæculentum attenuat; ſtagnantem dimovet; ejusque curſum Uteri vaſa verſus allicit.

*Fotus ad Hæmorrhoidum dolorem* ℔ iv.

♃ Rad. Cepar. ℥ ij. Sem. Lini ℥ j. Herb. Hyoſcy. Verbaſci, Linariæ, Millefol. ana M. iij. coq. in Aq. ℔ vj. ad ℔ iv. col. diſſol. Opii ʒ ij. m. Adhibeatur tepide.

Vaſorum tenſionem crudelem relaxat; Doloris acrimoniam obtundit, Fæculentias viſcidas, & grumoſas (obſtructionem figentes, tumoremque excitantes) liquat, & diſcutit; Sanguiniſque inundationem repellit.

*Fotus ad Hæmorrhoidum fluxum immodicum* ℔ iv.

♃ Herb. Verbaſci, Millefol. Plantag. Fol. Sambuci, ana M. iv. Cort. Granat. ℥ j. Decoq. in Aq. & Vini rub. aſtringentis ana ℔ iij. ad tertiæ partis conſumptionem. col. diſſol. Aluminis ℥ ß. Sacch. Saturni ʒ ij. m.

Non ſolum in hoc affectu, ſed etiam in immoderata Menſium profuſione, Diarrhœa, & Inflammationum initio, valde prodeſt; mirifice enim aſtringit, & repellit.

*Fotus ad Inflammationes* ℔ iv.

♃ Rad. Alth. Lil. alb. ana ℥ j. ß. Herb. Malvæ, Verbaſci, Hyoſcy. Flor. Sambuci, Chamæm. Melil. ana M. j. Sem. Lini, Fœnugr. ana ʒ vj. Decoq. in Aq. ℔ vj. ad ℔ iv. col.

Emolliens, & Anodynus eſt. Proxime ſubſequenti, viribus æquivalet; niſi, quod non tam fortiter diſcutit.

*Fotus Laterolis* ℔ iv.

♃ Rad. Alth. Capit. Papav. albi (ſciſs. & cum Semin. contus.) ana ℥ ij. Sem. Lini, Fœnugr. Cymini, Bacc. Lauri, ana ℥ j. Herb. Malvæ, Matricar. ana M. iij. Chamæm. M. ij. coq. in Aq. ℔ viij. ad iv. col.

Emollit, diſcutit, Dolores ſedat. In ſpuria, externa, pituitoſa, vel flatulenta Pleuritide, ubi Inflammatio non adeſt magna, multum opis præſtare, certum eſt: Fibrillas enim rigide tenſas relaxat; Spiritus dolorifice agita-

tos conſopit; Pituitam attenuat; Flatus diſcutit; & materiam nocivam aggeſtam, partim Circulationi reddit, partimque per Diaphoreſin foras eliminat. In vera autem, interna, furenti Pleuritide, cruento ſputo, & magno ferocientis ſanguinis affluxu, ſtipata, hujuſmodi Fotus plus nocumenti, quam emolumenti, ſolet afferre: quippe afluxum, & Inflammationem adauget.

*Fotus Opthalmicus.*

℞ Capit. Papav. alb. conciſ. & cum Seminib. contuſ. ℥ ij. coq. in Aq. font, ℔ ij. ad ℔ j. col. adde Troch. alb. Rhaſ. pulv. ʒ ß. m.

Addi poteſt, pro re nata, Alumen.

*Fotus Pacifici* ℔ iv.

℞ Fol. Vitis, Salicis, Herb. Lactucæ ana M. ij. Flor. Nymph. Roſ. rub. ana M. j. Capit. Papav. alb. (cum Sem.) ℥ ij. coq. in Aq. ℔ viij. ad medias. Col. diſſol. Opii ʒ ij. Cum Spongia tepide uſurpetur ad Frontem, Tempora, totum Caput, & Pedes.

In uſum duci meretur, ubi non omnino tutum foret, Hypnotica per os exhibere; in Febribus ſcilicet impetuoſe æſtuantibus, cum Capitis fervore, & Dolore pulſatili, Vigiliis pertinacibus, & Delirii metu: Molli enim mulcimine, blando calore, & humiditate leni, ſuccos acres, & bullientes, humectat, mitigat, compeſcit; nec non per Diaphoreſin, aut Circulationem, e Capite derivat: Spiritus laceſſitos in quietem diſponit; Somnumque placidum allicit. In Febribus, vero malignæ proſapiæ, ubi Spiritus a veneno oppreſſi, & titubantes, ægre ſe compoſitis ordinibus ſuſtinere ſufficiunt: & vel Torpori, vel Convulſionibus ſuccumbere periclitantur; & fere perimuntur, cane pejus, & angue, vitandum eſſe, moneo.

Heurnius (Meth. Lib. 2. Cap. 7.) parat Spongiam ſomniferam, quam vide.

*Fotus Podagrici* ℔ iv.

℞ Herb. Chamæpit. Abrot. ana M. iv. coq. in Aq. ℔ vj. ad ℔ iv. col. diſſol. Sal. Tart. Sal. Armon. ana ℥ ij. m.

Tonum partis conſervat, & roborat; Spirituum (in fibrillis ſcatentium) irritationem, ſive excandeſcentiam compeſcit; Sales Arthriticos, aut amplectendo foras educit, aut præcipitando, ab effervescentiis dolorificis ſupprimit. Minime interim repellit: Repellentia enim in hoc affectu ſunt nonnunquam longe periculoſiſſima; in quantum materiam morbificam ad Ventriculum, vel Cere-

brum, adigere poſſunt.

*Fotus Roborans.*

℞ Sal. Tart. ℥ ß. Lig. Saſſafr. Guajaci ana coq. in Aq. font. ℔ iv. ad iij. col. adde Serpilli: Major. Roriſmar. Lavend. ana M. Sem. Sinap. ℥ ß. Nuc. Moſc. Mac. ana ʒ j. ß. Caryoph. ʒ j. Infunde in vaſe clauſo & loco calido, duas horas. Colaturæ (uſus tempore in vaſe duplici calefactæ) adde Spir. Armon. qu. videbitur.

Ad Caput, & Membra quælibet, a cauſa frigida dolentia, vel imbecillia reddita. Poſt hujus uſum, Pannus Linimento Cephalico illitus, & Thuris fumo ſuffitus, parti applicetur.

*Fotus Sambucini* ℔ ij.

℞ Fol. (vel tempore hyberno, Cort. inter.) Sambuci M. iv. coq. in Aq. ℔ iv. ad ℔ ij. col. diſſol. Sapon. vulg. ℥ j. m.

Maximæ eſt efficaciæ, & ſpecificæ virtutis ad Eriſipelas: illud enim potentiſſime refrænat, & ſubigit. Ubi vero cuticula eroditur, vix in uſum adduci poteſt, propter dolorem, quem excitabit ſumme acrem & ægre ferendnm.

*Fotus Scorbutici* ℔ ij.

℞ Herb. Chamæpit. Hyoſcy. ano M. ij. Cort. Winter. ℥ ß. Rad. Raph. ſylv. & Lumbric. terreſt. (ſub ſinem addit.) ana ℥ ij. coq. in Aq. Calc. ℔ iij. ad ℔ ij. col. adde Sp. Cochl. ℥ ij. Opii ʒ j. m.

In Doloribus fixis Scorbuticis plurimum poteſt: ſiquidem Tonum partis conſervat; Spiritus laceſſitos conſopit: Salium ſpicula diffringit; Ichoremque acrem per effluvia, aut ſudores, evaporare cogit.

*Fotus Spirituoſus.*

℞ Aq. Regin. Hungar. ℥ vj. Spir. Lavend. comp. Cochl. ana ℥ j. ß. Sp. Sal. Armon. ʒ j. Camph. ℈ v. Ol. Tereb. gutt. 80. m. Digerantur.

Attenuat, diſcutit, calefacit, roborat. Valet adverſus Affectiones (præſertim partium membranoſarum) ab Obſtructione pituitoſa, Tono laxato, aut Fibrillarum tenſione ortas. Laudabilis eſt uſus in Paralyſi, Doloribus Articulorum; ſicut etiam in Colica, & Iliaca Paſſione.

*Fotus Spleneticus.*

℞ Fol. Nicotianæ ſicc. ℥ j. f. Infuſ. calida duas horas in Aq. ℔ iv. col. frig. diſſol. Gum. Ammon. ℥ ß.

Foveatur Lienis regio ſtuphis laneis, huic col. calid. intinctis, & expreſſis.

*Fotus Stomachici* ℔ ij.

℞ Vini rub. ℔j. Spir. Vini commun. Aceti Vini, ana ℔ß. Abſinth. Menth. ana M. s. Rad. Biſtort. ℥ß. Cort. Granat. ʒ ij. Caryoph. Mac. Nuc. Moſc. Cinnam. ana ʒj. The. Ven. ℥ß. Macerentur clauſe in Baln. Mar. duas Horas; & colatura uſurpetur ferventiſſima.

Nobile hoc eſt plane remedium, eximie confortans, calefaciens, & corroborans; atque uſurpari bene poteſt ad Stomachi Flacciditatem, Frigus, Dolorem, Flatus, Nauſeam, Vomitum, Appetitum proſtratum, Coctionem læſam; porro etiam ad Diarrhœam, Hypercatharſin, & Dyſenteriam.

*Fotus ad Tympanitidem* ℔ ij.

℞ Nitri ℥ ij. Sal. Armon. ℥ j. Spir. Vini tenuioris, multo phlegmate imbuti, ℔ ij. m. & diſſolve in vitro.

Pannus laneus hic tepide intinctus, ſuper totum Abdomen applicetur; & ſubinde mutetur, denuo intingendo: fiat bis in die, per horæ ſemis; dein applicetur Cataplaſma ex Fimo Vaccino, & Pulv. Stercoris Canini.

*Frontalis* ℥ iij.

℞ Pul. Maſtiches, Thuris, ana ʒ ij. Cretæ, Farinæ Fabar. ana ℥ ß. Alb. ov. conquaſ. Ol. Roſ. ana ʒ vj. Aceti q. s. m. in Emplaſtri formam.

Adhibetur in Affectibus Oculorum Rheumaticis: idque tum Præſervationis, tum Curationis cauſa: strictim enim adhærendo, carneoſque tubulos firmiter comprimendo, & conſtringendo, humorum defluxum inhibet. Namque ſciendum eſt, partes circa Oculos, ita & fabrica, & ſitu conſtitui, ut quicquid humoris, ante Pericranio, aut Muſculis vicinis, depluit, recipere aptæ ſint. Imo (quod mirum, ſed) non inuſitatum eſt, ex Capitis contuſione lituram lividam ſub oculis reſidere, & figi.

*Gargariſm. Anginoſi* ℔ ij.

℞ Herb. Aquileg. M. ij. Cort. inter. Ulmi ℥ ij. Fung. Samb. Glycyr. Alb. Canis ana ℥ ß. coq. in Aq. ℔ij. ß. col. ℥ xxvj. diſſol. Sal. Armon. ʒ ij. Syr. e Rubo Idæo, Mel. Roſ. ana ℥. iij. m.

Gutturis Muſculos inflammatos, ad crepaturam fere turgidos, arefactos, & combuſtos, humectat, fovet, & emollit: Glandulas, Ductuſque Salivales, extus mu-

cagine obductos, detergit; intusque phlegmate infarctos aperit. Ubi vero multum peccat Pituita viscida, & Glandulæ magis, quam Musculi laborant, ad potentius attenuantia, & educentia, pervenire oportet.

*Garg. Communis* ℔. j.

℞ Aq. Plant. ℥ x. Aq. Ros. rub. ℥ iij. Syr. Morot. ℥ ij. Mel. Ros. ℥ j. Ol. Vitrioli q. s. ad aptam aciditatem. m.

In Febribus, ad Os eluendum, mundandum, refrigerandum, Sitimque fallendam.

*Garg. Detergentis* ℔ j.

℞ Succi Pomorum Agrestium ℥ xij. Syr. e Rubo Idæo ℥ iv. m.

Viscositatem crassam, & amurcam sordidam, Linguæ, & Faucibus adhærentem, detergit. Oris, & Gulæ ariditatem humectat, & Fervorem refrigerat: Salivæ salsedinem, & acorem corrigit; Sitimque extinguit. Quoties vero Affectus in Erosiones, Aphthas, aut Ulcuscula degeneraverit; vix potest (ob dolorem, quem concitabit) perferri; atque tunc omnino Refrigerantia, Humectantia, Mucilaginosa, & Astringentia in usum adsciscì debent.

In Febribus, a Saliva (utut pauca) Linguæ asperitatibus hærente, ibidemque a calore inspissata, & torrefacta, necnon a vaporibus perpetim expiratis, Linguæ sordes, & discoloratio fit; media autem Linguæ pars maxime sordescit, quia asperior est, & vaporibus directius opponitur, Linguæque latera, & apex, motitatione aliquatenus emundantur. Jones, de Feb. 87.

*Garg. Emollientis* ℔ ij.

℞ Rad. Alth. Glycyrrh. Hord. perl. ana ℥ j. Furfuris macri in nod. lig. M. j. Cort. inter. Ulmi, Gum. Arab. ana ℥ ß. Fic. N. viij. coq. in Aq. ℔ iij. col. ℥ xxviij. dissol. Syr. Jujub. Alth. ana ℥ j. Lohoch. san. ℥ ß. m.

Utimur contra Inflammationem, Siccitatem, Asperitatem, Scabritiem, Rimas, & Scissuras, in Febribus Linguam, & Fauces exsiccantibus, quasi comburentibus, & affligentibus.

*Garg. contra Fœtorem.*

℞ Myr. ʒ ij. Rad. Irid. Florent. Cyperi, Cal. aromat. Angel. Hispan. ana ʒ j. Caryoph. ℥ ß. Fol. Rorismar. M. j. f. Infus. cal. & clausa duas horas in Aq. font. ℔ ß. Vin. al. ℥ iv. col. adde Aq. Regin. Hungar. ʒ vj. Tinct. Benzo. ʒ ij. m.

*Garg.*

*Garg. ad Hæmodiam.*

℞ Herb. Portulacæ contus. M. ij. Aq. font. ℥ xij. Stent in frigido horam j. col. per cribrum sine express. ℔ ß. adde Cretæ lotæ ʒ ij. Sal. Tart. ʒ ß. Aq. Regin. Hungar. ℥ j. Tinct. Benz. ʒ j. m.

*Garg. Lævigantis* ℔ j.

℞ Rad. Consolidæ maj. ℥ ij. Gum. Arab. ℥. j. coq. in Aq. Hord. ℥ xx. col. ℥ xij. adde Aq. Ros. rub. ℥ j. Syr. Alth. ℥ iij. m.

Viribus certat cum superiori; minus autem digerit, magis tamen refrigerat.

*Garg. ad Linguæ ardorem* ℔ j.

℞ Aq. Plant. ℥ viij. Aq. Ros. rub. ℥ iv. Album. Ov. conquass. N. iv. Sal. Prunel. ℈ iv. Syr. Alth. ℥ iv. m.

Linguam, Fauces, vicinasque partes moleste calentes, refrigerat: arefactas, Humiditate, & Lentore imbuit; Humorumque acrium affluxum modice repellit.

*Gargar. Mastichinum.*

℞ Mastic. pulv. ℥ ß. coq. in Aq. font. ℥ xij. col. ℥ viij. dissolve Sacch. Saturni ℈ ij. Syr. Balsam. ℥ ij. m.

Contra Oris Inflammationem, Excorationem, Pustulas, & Ulcuscula superficialia.

1. *Garg. Myrrhisatum.*

℞ Vini rub. astringentis ℔ j. Myrrhæ pul. ʒ ij. m.

Detergit, astringit, repellit, siccat, sanat: Ad Gingivas tumescentes, fungosas, flaccidas, sanguinolentas, erosas, & putridas; ad Oris sordes, & fœtorem: & ad Faucium, Gulæque Ulcera, (licet Venerea) præstantissimum habetur Diaclysma. Porro in Nares injici, vel attrahi potest, summo cum emolumento, ad Ozænam, ubi materia putrida, Ossium spongiosorum Cavernulis hospitans. teterrimi odoris effluvia expirat.

2. *Garg. Myrrhisatum.*

℞ Myrr. pulv. ʒ j. Dissolut. in mortario cum Vitel. Ov. ʒ ij. adde Mel. Ros. col. ℥ ij. Vin. alb. ℔ ß. m.

Ad Faucium, & Gulæ Ulcera.

*Garg. Paralitici* ℔ j.

℞ Vini albi ℔ ß. Sinap. confect. ℥ j. vel q. s. ad acredinem satis intensam impertiendam, Aquæ Saturejæ (vel Thymi) ℥ iv. Mel. Ros. ℥ ij. Aceti parum. m. Aquæ Saturejæ (si non præsto fuerit) substitui potest Decoct. Sassafrass.

*Garg. ad Pituitam* ℔ j.

℞ Aq. Hyssopi, ℥ x. Spir. Vini rectif. ℥ j. Spir. Cochlear. ℥ ß. Spir. Castor. ʒ ij. Spir. Sal. Armon. ℈ iv. Pul. Rad. Pyrethi ʒ j. Mellis ℥ iv. m. Usurpetur frigide.

Attenuando, incidendo, vellicando, & irritando. Salivam, & Phlegma viscosum, e Glandulis, & Oris emunctoriis, validissime projicit, & evacuat. Ideoque locum jure vindicat in Affectibus Capitis pituitosis, frigidis, & diuturnis; in Morbis torpidis, & soporosis; in Lethargo, Cephalalgia gravativa, Linguæ Paralysi, Odontalgia, Uvulæ elongatione, Tonsillarum tumore, Angina. Neque metuendum erit, ne Inflammatio incœpta hujusmodi acrium adhibitione magis augeatur; siquidem illius causa (magnam partem) est Pituita crassa, & lentescens, hisce partibus spongiosis impacta, quæ sanguini obicem ponens, cursumque ejus inhibens, inundationem inflammatoriam producit. Ideoque in istius stagnantis, & obstruentis Pituitæ eliquatione, & eductione, veram, potissimamque hujus Affectus (sc. Anginæ) curationem consistere, certissimum est.

*Garg. Prunellorum* ℔ ij.

℞ Corticum Prunellorum sylvest. ℥ ij. Coq. in Aq. ℔ ij. ß. Col. ℥ xxiv. dissol. Alum. ℔ iv. Aceti ℥ ij. Mel. Ros. ʒ vj. m.

Fortissime astringit; Gingivarum laxitatem corrigit, Putredinem arcet; Fœtorem tollit; Erosionem resarcit; Sanguinis eruptionem inhibet: Dentes firmat, illosque regenerata carne obducit; Oris ulcera sanat, Mephiticumque anhelitum emendat: Glandulas salivales nimium distentas constringit, & contrahit; atque eo modo, & Pituitam influxam exprimit; & ulteriorem ejus immodicum affluxum prohibet. Sin vero ejusmodi fuerit rei status, ut Pituita Glandulosa in tantum crassescat, ut Constringentium ope exprimi prorsus nequeat; tunc ad potenter Incidentia, & Vellicantia (quale est Garg. ad Pituitam, confugiendum erit.

*Garg. de Pyrethro* ℥ x.

℞ Rad. Pyreth. ℥ ß. Sem. Papav. albi, Hyoscy. ana ʒ ij. Caryoph. ʒ ß. Vini alb. ℔ ß. Aceti ℥ iv. Coq. ad ℔ ß. & Col. adde Spir. Vini ℥ ij. m.

Partes vellicando, & Pituitam crassam aliquando, stagnantemque dimovendo, illam, (una cum sero acri) e Gin-

Gingivis, Glandulisque potenter educit: Deinde Spiritus irritatos placando, dolorificeque invicem allidentes consopiendo, cruciatus sensum extinguit. Tandemque calorem partibus suffundendo, Tumorem discutiendo, Tonumque reparando, ulteriorum humorum affluxum prohibet. Atque ita nobile, & adæquatum esse Odontalgiæ remedium, Ratio suadet; cui etiam & Experientia nunquam non fere suffragatur.

*Garg. Refrigerantis* ℔ j.

♃ Aq. Plantag. Sperm. Ranar. Flor. Samb. ana ℥ iv. Aq. Ros. rub. ℥ ij. Album. Ovor. (in aquam agitando redact.) N. iv. Sacch. alb. ℥ j. m.

Hoc modo præscriptum vidi.

♃ Alb. Ov. j. Fortiter agitetur cum Aq. Sperm. Ranar. ℥ v. Aq. Ros. Mell. ana ℥ j. m.

In Febribus ardentibus gratissimum est: atque ad Linguæ fervores, ariditatem, asperitudinem, & erosionem commodissimum.

*Garg. Rosati* ℥ x.

♃ Fl. Ros. rub. sicc. ʒ iij. Balaust. Cort. Granat. ana ʒ ij. Bacc. Myrt. Boli pulv. Terr. Japon. ana ʒ j. Alum. ℈ j. Coq. in Aq. Plantag. Vini rub. austeri ana ℥ vj. Col. ℥ viij. dissolv. Mel. Ros. col. ℥ ij. m.

Ad amurcam viscidam Linguam oblinientem; & ad Glandularum salivalium laxitatem.

*Garg. Scorbutici* ℔ ij.

♃ Rad. Rub. Tinct. ℥ j. Pyreth. Cort. vvint. ana ʒ ij. Herb. periclym. Salv. Sanic. Aquileg. ana M. j. Coq. in Aq. Calc. ℔ ij. ß. Col. ℥ xxviij. adde Spir. Cochl. ℥ ß. Mel. Ros. ℥ iv. m.

Gingivas, Orisque partes, Sanguinis, & Salivæ sordibus (quæ corruptelam, putredinem, fœtoremque Scorbuticum inferunt) liberat: Ulcusculaque inde ortum trahentia siccat, & sanat.

*Garg. Sedativum.*

♃ Cort. Prunellor. Sylv. Rad. Pyreth. ana ℥ ß. Caryoph. ʒ j. Coq. in Aq. ℥ xij. ad ℥ viij. Col. adde Aq. Regin. Hungar. Mellis Ros. col. ana ℥ ij. Laud. liqu. gutt. 124. Spir. Sal. Armon. q. s. ad acorem insignem: m.

Ad Odontalgiam supprimendam, frigidum in ore aliquandiu detineatur, & expuatur; interim cavendo, ne deglutiatur.

*Garg. de Sedo.*

℞ Fol. Sedi major. ℥ iv. Contus. affunde Aq. Flor. Sam. ℥ xij. Repone in Hypogæo per noctem. col. ſine expreſ. diſſol. Sacch. Saturni ( vel Sal. Prunel. ) ℈ ij. Sacch. alb. ℥ j. m. Refrigerat, repellit.

*Garg. Sinapinum.*

℞ Aq. font. ℔ ß. Spir. Vini com. Aceti Vini, ana ℥ ß. Sacch. alb. ℥ j. m.

Ad Linguæ Paralyſin, & Affectus ſoporoſos.

*Garg. Varioloſi* ℔ ij.

℞ Hord. perl. Glycyrrh. ana ℥ ß. Rad. Alth. Viciarum, ana ℥ j. Fic. N. xij. Fung. Samb. M. j. coq. in Aq. ℔ ij. ß. col. ℥ xxviij. diſſolv. Oxym. ſimpl. & Mel. Roſ. ana ℥ ij. m.

Partes Oris, & Gulæ, inflammatas, diſtentas, rigidas arefactas, aſperas, & dolentes, emollit; humectat, lenit: Puſtulas innaſcentes maturat; Salivationemeque adjuvat. Sub Declinationem vero Variolarum Confluentium, cum Ptyaliſmus jam imminuitur; ſi evenerit, ut Saliva eouſque ſit excocta, & viſcida, ut Suffocationis periculum inferat, tunc ad potenter attenuantia, & irritantia devenire, neceſſitas poſtulat: Tale eſt illud ad Pituitam ſupra deſcriptum; atque inter ejus uſum Spiritus Sal. Armon. proportio, vel augenda, vel minuenda erit, tum pro rei ipſius ratione, tum & ægrotantis tolerantia.

*Garg. de Vite* ℔ j.

℞ Fol. Vitis, Herb. Salv. Veronicæ fœm. Pentaphyl. Ocul. Rubi, ana M. ß. cop. in Aq. ℔ j. ß. ad ℔ j. col. adde Alum. ʒ j. ß. Aceti, Mellis ana ℥ ii. coq. iterum, & deſpuma

Optime refrigerat, eluit, detergit, aſtringit, putredini reſiſtit, ſordes emungit, Oriſque fœtorem emendat. Locum meretur tam in Febribus, quam in Scorbuto. Atque hic obiter noto, Alumen, & ejuſmodi Auſtera, nullo modo Salivales ductus occludere, aut Salivæ exitum inhibere; ſed e contrario ( quia Glandulas ſtringunt, & contrahunt ) multum promovere, quod cuilibet experienti, liquido patebit.

*Garg. ad Ulcera.*

℞ Aq. Calcis ℔ ß. Mercur. dulc. pulv. ʒ j. Digere in loco tepido 12. horas. Il col. diſſol. Syr. e Roſis ſicc. ℥ j. m.

In-

Inject. Benedicta apud Pharmac. Bat. fit ex Aq. Calc. ℔ ß. & Mercur. dulc. ʒ iij.

Ad Faucium, & Gulæ rebellia, & contumacia Ulcera commodissime præscribitur; potenter siccat, & fermentum sylvestre domat. Tentatum quidem novi in Ulcere Linguæ Cancroso, sed ( verum fateor ) nullo cum effectu laudabili. Mercurialia enim ( quatenus adhuc dum observando fuerim ) Cancro potius obsunt, quam prosunt. Quod candide ( licet obiter ) abnotare volui.

*Garg. pro Ugula* ℔ ij.

♃ Herb. Aquileg. M. iv. Flor. Ros. rub. sicc. Balaust. ana M. ß. Pip. longi ℈ iv. Myrrhæ ʒ ij. coq. in Aq. ℔ ij. & Vini albi ℔ ß. col. ℥. xxvj. adde Sp. Vini, Syr. Moror. & e Rubo Idæo, ana ℥ ij. m.

Ad Uvulæ, Tonsillarum, Musculorum Faucium, Laryngis, & Pharyngis infarctionem, tumorem, & inflammationem consultissime præscribitur. Partim enim attenuando, & vellicando, partimque constringendo, & exprimendo, pituitosam illuviem aggestam evacuat: ac deinde, Glandulas spongiosas, tumidas, & tensas, in minus spatium contrahendo, adque naturales limites, & crasin reducendo, ulteriorem ad partes affluxum optime præscindit.

Hic ut, quæ sparsim, & laxius supra explicui, in Synopsin contraham; de Gargarismorum speciebus, secundum Intentiones Medicas scite eligendis, has ponam Regulas.

1. Si Materia admodum crassa, & tenax, e Glandulis ipsis sit educenda; tunc Sp. Sal. Armon. Acria, & Irritantia in usum adscisci debebunt.

2. Si minus sit viscida, & tamen stagnet, propter fungosam Glandularum laxitatem; Austera hoc officio fungentur.

3. Si lentescens amurca Linguam, & Fauces spisset, oblinatque; Acida, & Detergentia expetentur.

4. Si partes sint excoriatæ, irritabiles, & arefactæ; Mucilaginosa, & Emollientia commodissime præscribentur.

5. Si denique, ob Sanguinis ebullitionem, partes Musculosæ inflammentur; Emmollientia rem conficient.

*Gelatina Anapletica.*

♃ Ped. Ov. N. iv. Ped. Vitul. N. ij. Ras. C. C. Ebor.

ana ℥ j. Ichthyocol. ℥ ß. Gum. Arabi. Tragac. ana ʒ ij. Aq. Hord. depur. ℔ xij. coq. ad ℔ iv. col. adde Sacch. ℥ iv.

Egregie nutrit, & Humorum acrimoniam corrigit. Easdem possidet virtutes, ac Jusculum Consummatum, quod vide. Diu asservari nequit, quin mucorem, & fœtorem contrahat: unde recens semper usurpanda erit.

*Haustus Alexipharmacus.*

℞ Aq. Lact. Alexit. ℥ iij. Epidem. Pœon. comp. Syr. Cayoph. de Croco, ana ʒ ij. Diascord. ℈ ij. Lap. de Goa ℈ j. m.

In Febribus mali moris, Spiritus collapsos erigit, & sustentat; Malignitati adversatur; e Centro corporis ad Circumferentiam pellit, & Sudorem ciet. Propinari potest, sextis, vel octavis Horis, pro re nata.

*Haustus Amarus.*

℞ Aq. Card. Ben. ℥ ij. Menth. Cinnam. fort. ana ʒ ij. Gent. comp. ʒ ß. Pul. Serp. Virg. ℈ j. m.

Iisdem insignitur virtutibus, ac Decoctum Sacrum, quod vide. Insuper Ventriculum roborat; Vomitionem sedat; & Vermes enecat.

*Haustus ad Arenulas.*

℞ Succi Petrosel. ℥ j. ß. Sp. Vini comp. ℥ ß. Ol. Anisi gutt. ij. Sp. Sal. Armon. gutt. viij. Sacch. alb. ʒ ij. m.

Urinam ciet; Saburram pituitosam, Tartarum granulescens, & Arenulas, puam potentissime expellit: In grandiori vero Calculo, ab hujusmodi valenter provocantibus omnimode absistendum erit. Ne, si in Rene sit, eum in Uretram fortiter impellsnt, ejusque canalem (quarl epistomio) strictim obturent; atque ita Suppressionem Urinæ funestam inferant. Si in Vesica, ne mucum viscidum (qui Calculum crasse obvelat, illiusque asperitates, quasi theca, molliter recondit) eluant: atque etiam Calculum ipsum fortius exagitent; e cavea, ubi quietus latuit, deturbent; dirumque, trucemque paroxysmum pessime excitent.

*Haustus Astringens.*

℞ Aq. Plantag. ℥ ij. Ment. ℥ ß. Cinnam. fort. ʒ j. Syr. de Mecon. ʒ vj. Ol. Nuc. Mosc. gutt. j. Diascordei ʒ ß. Boli ℈ j. Balaust. ℈ ß. m.

Ventriculorum, & Viscera confortat; Intestinorum tonum renovat; lubricitatem emendat; & importunum motum

motum dejectorium reprimit. His adde, quod Spiritus exacerbatos pacificat; Humorumque, & Vaporum radios a Centro ad corporis Circumferentiam pellit; & exinde foras ablegat.

*Haustus Bechicus.*

℞ Gum. Arab. pul. ʒ ß. Dissolve super ignem in Aq. scabiosæ, & Aq. Cinnam. hord. ana ℥ j. ß Tunc adde Mitrid. Diasc. ana ℈ j. Lohoch. san. ʒ j. Diascordei ℥ ß. vel ʒ. vj. m.

Serum acre irritans, e Glandulis in Laryngem suffundi solidum, obtundit, incrassat, & cohibet; partes exquisite sensiles leni mucore defendit; Somnum suaviter accersit; Sanguinisque recrementa lymphatica per Diaphoresin exterminat. Ideoque omnimode appositum est remedium ad Tussim vespertinam, a frigore suscepto ortam, & inter decumbendum in lectum, inclementer divexantem.

*Haustus Camphoratus.*

℞ Camph. ( aliquibus guttis Ol. Amygd. dul. sol.) gr. viij. Aq. Papav. err. ℥ iij. Syr. Alth. ℥ vj. Sacch. Saturni gr. ij. m.

Ad Urinæ ardorem; & stillicidium ( vel ab Epispasticis; vel Sero acri ortum ) multum laudatur. Etiam ( ut audivi ) ad Micturitionem ( periculosum istud in Variolis Symptoma ( Remedium est celebratu dignissimum.

*Haustus Cardiacus.*

℞ Aq. Ceras. nig. Lact. Alexit. ana ℥ j. Menthæ ℥ j. Epidem. Pœon. com. ana ʒ ij. Confec. Alkerm. ℈ j. Ol. Nuc. Musc. gutt. j. Syr. Caryoph. ʒ iij. m.

Ad Spirituum lapsum, languorem, & deliquium.

*Haustus ad Casum.*

℞ Vini Canar. ℥ iv. Ol Terebint. gutt. x. Terræ Sigil. Sang. Drac. pul. ana ʒ j. Sacch. alb. ʒ ij. m.

Acorem absorbet; Sanguinis misturam conservat; characterem balsamicum consolidantem eidem imprimit; & Hæmorrhagias internas sistit.

*Haustus ad Catarrhum.*

℞ Aq. Tussilag. ℥ vj. Sacch. candi alb. ʒ v. Vitel. Ov. N. ji. Probe conquassata, igni admoveantur, agitentur, commisceantur; & Lectum petenti propinentur.

In Tussi ( ut ita dicam ) Gutturali, Catarrhali vesper-

tina,

tina, a frigore suscepto ortum ducente; quæ speciatim inter decumbendum in lectum repetit, atque importune concutiendo, quietemque prohibendo, affligit; hicce Haustus multum auxiliari solet. Laryngem enim dulci mucagine adeo munit, ut Seri acrioris, & irritantis, aculeos non sentiat, atque ita Tussim prorogat, & horam fallit, donec somnus obrepat, & Tussiendi tempus tandem elapsum sit.

In Tussi vero Pectorali, quæ profundius radices erigit, & a sanguine pituitoso, fœculentias crassas Pulmonibus suffundente, dependet, perniciosus esse videtur nimium liberalis Saccharatorum usus; quia Cruoris massam fœculentiorem reddit; Bronchia infarcta graviori saburra infarcit: putredinalemque dispositionem Fibris inducit.

In Insula S. Thomæ, sub Æquatore (inquit Garencieres) molunt Cannas Saccharinas; &, qui superest expresso, succum objiciunt Porcis; qui inde dicuntur in tam miram teneritudinem pinguescere, ut de bonitate cum Capris Hispanicis certent, denturque ventriculis invalidis. Unde colligere est, quod si Saccharum ea vi, & facultate polleat, ut Suillarem (omnium fere carnium tenacissimam) ad tantam teneritudinem adducat; eadem prorsus ratione Corruptelam, & Sphacelum, in Pulmonibus accelerabit; cum ipsi sint mollis, & spongiosæ substantiæ, & Stypticis Astringentibusque conserventur.

*Haustus Cephalicus.*

℞ Aq. Ceras. nig. ℥iij. Pœno. com. Syru. Pœo. com. ana ℥ ß. Tin. Castor. gutt. xxx. Laud. liq. gutt. xx. Cinnab. Antim. ℈ j. m.

In Morbis Convulsivis Idiopathicis, qui oriuntur primario in Cerebro ipso, vel Nervis (ob copulam heterogeneam Spiritus animales in explosiones adigentem) summopere conducit. In Sympathicis vero, qui a mera Irritatione (propter humores acres, alicubi in visceribus delitescentes, Vermes, aut Dentitionis cruciatus) excitantur, licet aliquid boni (ad præsentem scilicet explosionem difflandam) apportet; Remedia tamen principalia aliunde (pro causarum varietate) esse desumenda, nemini non liquido satis manifestum esse potest. Ad Curationem propinetur (si quo modo possit) in ipso Paroxysmo; vel statim eo finiente. Ad Præcautionem, vesperi, per triduum, ante Lunationum tempora.

*Hauſtus Conſolans.*

℞ Aq. Ceraſ. niq. ℥ ij. Menth. Roſ. Damas. Nymphæ Cœleſt. ana ʒ j. Cinnam. fort. Pœon. comp. ana ʒ ij. Confec. Alkerm. Pul. e Chel. Canc. comd. ana ℈ j. Ol. Caryoph. gutt. j. Syr. Caryoph. ʒ iij. m.

Spiritibus lapſis, & decumbentibus, fortiter ſubvenit. In Virium dejectione, Lypothymia, & Cordis Palpitatione, plurimum poteſt.

*Hauſtus e Cynogloſſo.*

℞ Succi Cynogl. ℥ ß. Aq. Papav. arr. ℥ j. ß. Sacch. ʒ ij. Ol. Aniſi gutt. j. m.

*Hauſtus e Diagridio.*

℞ Diagrid. gr. xij. (ad gr. xv.) Antim. Diaph. ℈ ß. Sal. Tart. gr. vj. Ol. Junip. gutt. vj. Vitel. Ov. N. j. Probe commiſtis, adde Syr. Roſ. Sol. Aq. Lact. Cinnam. ana ℥ ß. Aq. Menth. Mirab. ana ʒ ij. Sp. Sal. Armon. gutt. xij. m. Detur in Colica Bilioſa.

*Hauſtus Diaphoreticus.*

℞ Aq. Card. bened. ℥ ij. ß. Epidem. Theriacal. Syr. de Mecon. ana ℥ ß. Antimon. Diaphor. ℈ j. Ther. Androm. ℈ ij. Spir. Sal. Armon. gutt. xij. m.

Certius, jucundius, & potentius Diaphoreticum vix erit facile forſan cuipiam invenire. Opiata enim Sudoriferis optime ſociantur, quia Sudoris evacuationem plurimum promovent, atque laſſitudinem, & moleſtiam ægris prohibent. Porro Cardiaca, & Volatilia Opiatis bene adjiciuntur, quia Spiritus, ne Narcoticæ plagæ ſuccumbant, opportune illa fortiter ſuſtentant.

Si Antimonium Diaphoreticum (inquit Hoffmann.) optime paratum fuerit, ita, ut multum de Terra Nitroſa participet; ultra plures annos, abſque ulla noxa, ægrotis poteſt. Secus autem, ſi Sulphur Antimonii in eo excedat, ut a Nitro non debite calcinatum fuerit; tunc manifeſte tractu temporis, aeri expoſitum, pravam, & malignam, iterum induere poteſt naturam, quæ per vim Emeticam ut plurimum ſe exerit: Ad quod evitandum, rite præparari debet.

Dr. Grevv. aſſerit, Antimonium Diaphoreticum Spiritui Nitri, aut Vitrioli, commiſtum, notabiliter efferveſcere; indeque argumentatur, hanc Præparationem minime eſſe inutilem,

tilem, pro ut aliqui (a Calcinatione, & Ablutione ejus) ſuſpicati ſunt, & aſtruxerunt. Mihi ipſi vero, experimentum cum Oleo Vitrioli facienti, neſcio, cur ſucceſſus defuit: nullam cujus omnino luctam, exinde orituram curioſe obſervans, animadvertere potui.

*Hauſtus Diureticus Acidus.*

℞ Aq. Raph. comp. ℥. j. ß. Spir. Vini Gall. Succi Limon. ana ℥ ß. Syr. Viol. ℥ j. m.

Sitim tollit; Bilem temperat; Salium acores corrigit; Sanguinem refrigerat, fundit, liquat, Serumque copioſe ſecernit: Pituitam lentam incidit, attenuat, detergit; Urinam ciet; & Arenulas evacuat. Convenit, ubi adeſt Temperamentum calidum, Scorbuticum, Febrilis diſpoſitio; atque ubi Pituita, vel Viſcida, vel Glareoſa, Renes, aut Veſicam (abſque Inflammatione, Ulcereve) obſidens, Urinæ curſum inhibet.

Suppreſſio Urinæ totalis, quæ fit, non a Renibus, Ductibusve Urinariis, Lapide, Sabulo, Mucove obſtructis; ſed a Sanguine ipſo confuſo, nimis ſtricto, & adeo obferato, ut laticem aquoſum intimius permixtum e ſinu ſuo ægre dimittat: cujuſmodi caſus retulerunt Riverius, VVillis, Fr. Sylvius, atque inter Medicinam faciendam ipſemet etiam aliquoties obſervavi exindeque eum agnovi, quod nullus dolor, vel Lumborum, vel Pubis præceſſerat; & Veſica (teſte Cathetere) Urinæ omnino vacua fuiſſet: Hæcce, inquam, notabilis, & (niſi tempeſtive, & rite tractetur) lethalis. Urinæ ſuppreſſio curatur, (Dr. Baynard. monſtrante viam) per Spiritum Vitrioli, Nitrive, in vehiculo idoneo liberaliter propinatum: atque eo certius, (ut opinor) ſi venæſectio præmittatur. Hujuſce inſtantias, apud Philoſoph. Tranſact. N. 215. lectu, & obſervatu digniſſimas, videre eſt.

*Hauſtus Diureticus Oleoſus.*

℞ Vini albi ℥ iv. Ol. Amygd. dulc. ℥ j. Ol. Terebin. gutt. xx. Sacch. albi ℥ ß. m.

Urinam, & Sabulum potenter expellit, & maxime commodus eſt, ubi Renes, Uretheres, aut Veſica ſunt (ſine magna tamen Inflammatione) excoriata, vel ulcerata. Item in Paroxyſmis arenuloſis (non autem Calculoſis) ubi Urina eſt admodum limpida, vel nigra, & turbida, vel ſanguinea, vel biloſa, aut purulenta.

*Hau-*

*Haustus Epilepticus.*

℞ Sal. Succini, Ol. Roris. ana gutt. ij. Sacch. alb. ʒ j. Optime tritis in mortario vitreo, adde Aq. Cerasor. nig. ℥ j. ß. Aq. Rutæ, Pœon. comp. ana ʒ ij. Spir. Lavend. comp. Sp. Sal. Armon. Laud. liqu. ana gutt. vj. (plus, minus, pro ætatis ratione) m.

*Haustus ad Febrem Vulnerariam.*

℞ Aq. Lact. Alexit. ℥ ij. ß. Theriacal. Acet. ana ʒ vj. Ocul. Canc. subtil. pulv. ℈ ij. Antimon. Diaphoret. ℈ j. Sacch. candi. albi ʒ ij. Ol. Terebint. gutt. iv. m.

Cavendum (inquit Fr. Sylvius) in Misturis, Ocular. Cancrorum Aceto solutorum capientibus, ne Syrupi ex Mucaginosis paratis eis addantur; quoniam mox, aut paulo post, redduntur inde Mucaginum adinstar spissæ, & ad usum ineptæ. Sed ipse (qui hæc scribo) hujusmodi ex Oc. Cancr. & Aceto Mixturas, Saccharo solo edulcoratas, tractu temporis, instar Albuminum mucilaginosas evasisse, observavi.

*Haustus Febrifugus.*

℞ Aq. Card. Ben. ℥ iij. Theriacal. still. Syr. de Mecon. ana ℥ ß. Diascord. ʒ ß. Sal. Absint. ℈ j. Sp. Sal. Armon. gutt. xv. Ol. Caryoph. gutt. j. m.

Assumat æger horam unam ante expectatum Paroxysmi accessum; & lectum petens, Sudorem quoquomodo sollicitet; & duas horas præferat. Subsidio est in Febribus Intermittentibus; præsertim ubi Algor, Rigor, & Horror sævius invadere, & longum durare solent.

Huic vero Haustui non (quasi infallibile esset remedium) semper fidendum erit: siquidem aliquos observavi, quibus Sudor hoc modo concitatus, calidus, & profusus, adventante usuali paroxysmo, repente, & inopinato cessaverit: Horror, Rigorque febrilis redierit; atque eo peius tunc, cum ægris actum fuerit, quod, madore squallentes, Algorem molestissime tulerint.

*Haustus Febrifugus Riverii.*

℞ Aq. Cichorii ℥ iij. Sal. Absint. ʒ ß. Spir. Vitrioli gutt. xx. m.

Hauriatur hora una ante Paroxysmum, in lecto, Sudorem provocando, & expectando: Atque ante subsecuturos Paroxysmos repetatur, donec Frebris tandem extinguatur.

Est

Est profecto Remedium minime contemnendum ad Febres Intermittentes Vernales.

Si assumatur statim, lucta inter Alcali, & Acidum adhuc vigente, eo potentior erit.

*Haustus contra Fluorem.*

℞ Alb. Ov. N. j. Conquassato, adde Aq. Cin. fort. ℥ j. ß. m.

Si sumatur mane, & vespere, quotidie; Fluorem album coercere, & Lumbaginem ejus comitem alleviare, potis est. Semper vero abstinendum est ab ejus usu, appropinquantibus Menstruorum accursibus.

*Haustus Hæmoptoicus.*

℞ Aq. Plantaq. ℥ iv. Aceti, Syr. e Symph. ana ℥ ſ. Album. Ovi conquass. N. j. m.

Hoc revera Nobile, Expertum, & Parabile remedium, Sanguinem bullientem potenter refrigerat, incrassat, & refrænat; Vasorumque aperturas constringit, occludit, & consolidat.

*Haustus Hydragogus.*

℞ Gum. Gamand. Crem. Tart. Pulv. ana gr. xiv. Ol. Junip. gutt. iij. Dissolve diligenter in Mortario in Vini albi ℥ iij. addendo Sacch. albi ʒ j. ß. m.

Vide Pil. Hydrag.

*Haustus Hystericus.*

℞ Aq. Pul. ℥ ij. Pœon. comp. ʒ iij. Tinct. Castor. ʒ j. Succi Rutæ ℥ ß. Syr. de Artemis. ʒ j. m.

Exhiberi potest ante, inter, vel immediate in Paroxysmum

*Haustus Japonicus.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥. ij. Syr. e Rosis sicc. ʒ ij. Ter. Japon. pul. ℈ j. Sac. Saturni gr. iv. Ol. Cinn. gutt. j. Laud. liq. gutt. xx. m.

Mirificis pollet virtutibus contra Sanguinis Vomitum, Hæmoptœen, Mensium profusionem, & quascunque internas Hœmorrhagias.

*Haustus Lacteus.*

℞ Vitel. Ov. N. j. Sacc. candi. rub. ʒ vj. Aq. Ros. rub. ℥. j. Lactis ℥ iv. Ol. Nuc. Mosc. gutt. j. Optime commisceantur.

Sumatur mane pro Jentaculo, & vesperi pro Cœna, quotidie, per longum tempus; ad Febrem Hecticam, Sudores nocturnos, & Atrophiam, non a Pulmonum ulceratorum, sed a Sanguinis ipsius acris, & fermentescibilis vitio ortam.

Hau-

*Hauſtus Nitroſus.*

℞ Aq. Papav. errat. ℥ iij. Sal. Prun. ʒ j. Syr. Viol. ℥ j. m. Sanguinem refrigerio perfundit, ejusque lentorem incidit, & Obstructiones, Inflammationesque inde natas extinguit; Sitim sedat; Urinam movet. Valet præcipue contra Pleuritidem, Peripneumoniam, & Febres Inflammatorias, malignitatis expertes.

*Hauſtus Oleoſus.*

℞ Ol. Lini (non rancidi) ℥ iij. Ol. Anisi gutt. iij. Syr. Capil. Ven. ℥ j. Spir. Sal. Armon. gutt. xij. m.

Ad Pleuritidem (cum cruento sputo) Peripneumoniam, & Asthma (Venæsectionibus debitis non neglectis.)

Ab assumpto Oleo, per horam abstineat æger a quibuscumque Liquoribus; secus enim Oleum, illis supernatans in Ventriculo, Nauseam excitabit; exindeque per Vomitum rejicietur.

Oleum recens extractum requirimus, quia palato gratius, non adeo nauseam excitat; sed inveteratum, & rancidum potius eligere debemus, quia potentius digerit, & expectorat.

Delicatulis vero, si recens parari nequeat, istud (ut habet Ettmullerus) ad solem depurandum, & ita reservandum est, nempe ℞ Ol. Lini expr. Aq. tepidæ, ana. Concutiantur bene invicem, & quantum possibile commisceantur: postea relinquantur in sole, & semper, quod in fundo est, separetur; hocque toties, donec Oleum purificetur.

Audivi, Oleum optime depurari posse, libræ uni Olei addendo ℥ j. Pul. Salis Nitri, & simul in phiala, sursum, deorsumque agitata, diu, & fortiter conquassando.

*Hauſtus Paregoricus communis.*

℞ Aq. Ceras. nig. ℥ ij. ß. Aq. Epidem. Cinnam. fort. ana ʒ ij. Syr. de Mecon. ℥ j. m.

Frequentissimi usus est, ad Dolorem pacandum, & Somnum conciliandum.

*Hauſtus Paregor. Refrigerans.*

℞ Aq. Papav. Rhœad. ℥ ij. Aq. Sperm. Ranar. Syr. Limon. ana ℥ j. Laud. liq. gutt. xxv. m.

Ad eosdem usus; præcipue ubi datur Febris, ac Sitis intensa.

*Hauſtus Peruvianus.*

℞ Aq. Card. Ben. ℥ ij. Aq. Epid. Syr. Caryoph. ana ʒ ij.

ʒ ij. Ol. Nuc. Mosch. gutt. j. Pul. Corr. Peruv. ʒ j. m.

Gratiſsimus hic modus est exhibendi Corticem, ad Febres Intermittentes.

*Hauſtus Pleuriticus.*

℞ Pul. Olib. ) vel Resinæ Pini ) pul. ℥ j. Vitel. Ov. N. j. Diacod. ʒ vj. Aq. Papav. ℥ j. Aq. Theriac. ℥ ß. Ol. Anisi gutt. ij. Sp. Sal. Armon. gutt. xij. m.

*Hauſtus Præparans.*

℞ Vini Rhen. ℥ iij. Crem. Tart. pul. ʒ j. Syr. e 5. Rad. Oxym. Scill. ana ℥ ß. m.

Cap. vesperi, Purgationem præcedenti, si Phlegma viscosum Ventriculum, & Intestina, instar glutinis, obliniat.

*Hauſtus Saccharinus.*

℞ Aq. Rosar. Damasc. Cinnam. hord. Sacch. candi. rubri ana ℥ ij. Dissolve super ignem, pro unico Hauſtu vespertino.

Vires æmulatur Hauſtus ad Cattarrhum; Partibus enim exquisite sensilibus, & irritabilibus, mucorem obducit; easque contra Rheumatis injurias defendit: Serum tenue incrassat; & acre obtundit. Ob enormem vero ( qua saturatur ) Sacchari quantitatem, minime debet iis obtrudi, quorum Ventriculus copiosa phlegmatis viscosi saburra oblinitur, & oneratur.

*Hauſtus e Salibus Volatilibus.*

℞ Sal. volat. C. C. ℈ ß. Sal. Succini gr. v. Vini Canar. ℥ iv. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ij. Sacch. albi ʒ ij. m.

Commodiſsima hæc videtur formula, qua, minimo cum palati offenso, assumi possunt Salia volatilia: atque est plane quoddam Sal Volatile Oleosum, extemporanee paratum. Spiritus labescentes, aut prostratos exsuscitat; Sanguinem grumescentem dissolvit; lentescentem incidit; stagnantem commovet; fæculentum depurat; & Urinam ciet. Utiliſsime præscribitur ad Capitis Gravedinem; Lethargum; Paralysin; Lipotymiam; Cordis Tremorem; Pleuritidem, & Hydropem.

*Hauſtus Saponaceus.*

℞ Sapon. Venet. ras. a ℈ ij. ad ℈ iv. coq. in Lact. ℥ vj. ad ℥ iv. Adde Sacch. albi ℈ iij. col.

Detur mane, & quarta pomeridiana, per quatriduum,

duum, vel quintiduum, ad Icterum, valentiſſimum habetur remedium.

Barbette refert de quadam, annos circiter viginti nata, quæ integrum per annum laboraverat motibus Epilepticis, a 7. matutina in horam 9. veſpertinam durantibus, cum ſpuma oris, ſine loquela, aut ſenſu, cui ſequentem Hauſtum bis quotidie propinavit; & menſis ſpatio ſanitatem ei reddidit;

℞ Sapon. Hiſpan. alb. ℥ j. ß. ʒ ß. coq. ex Lact. Vaccino, & col. ℥ ij. dentur potui.

*Hauſtus Saturninus.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥ j. ß. Aceti ℥ ß. Succi Urticæ ʒ ij. Syr. de Mecon. ʒ vj. Sacch. Saturni gr. vj. Alum. gr. iij. Sang. Drac. ʒ ß. m.

Ad Hæmorrhagias.

*Hauſtus Stipticus.*

℞. Aq. Plantag. Sperm. Ranar. ana ℥ j. ß. Aq. Cinnam. hord. Aceti, ana ʒ iij. Syr. Nymph. ℥ ß. Croci Martis aſtring. ʒ ß. Sacch. Saturni gr. v. m.

Quibuſcunque Hæmorrhagiis; præſertim Menſium profuſioni; & Sanguinis Vomitui, feliciter medetur.

*Hauſtus Variolosus.*

℞ Coccinel. integ. ʒ j. Coq. in Aq. Lact. Alexit. ℥ iv. col. ℥ iij. diſſol. Diaſcord. a ℈ j. ad ʒ j. Diacod. ʒ vj. Ol. Nuc. Moſc. gutt. j. m.

*Hauſtus contra Vomitum.*

℞ Aq. Cinnam. fort. Syr. Limon. ana ℥ ß. Sal. Abſinth. ℈ j. Ol. Nuc. Moſc. & Caryoph. ana gutt. j. Laudan. liq. gutt. xx. m.

Expertiſſimum, utiliſſimum, & raro fallax remedium. In Colica cum Vomitione enormi, & Aſtrictione albi pertinaci, addere potes pul. Rhab. ʒ ß. & reiterare, donec operetur.

*Hydrogal. Chartacei* ℔ ij.

℞ Chartæ Scriptoriæ optimæ Schedas N. iv. Panes biſcoctos Neapolitanos N. ij. Aq. ℔ ij. ß. coq. ad ℔ j. ß. col. adde Lactis ℔ j. ß. coq. iterum ad ℔ ij. & adde Nuc. Moſch. raſæ, & Sacch. albi q. s. m.

Edulcorat, incraſſat, obſtipat: in ſpecie, Sudoribus matutinis, Diarrhœa, & Menſium immodico fluxui laborantibus ſuccurrit.

*Hydromel Aſtmaticum.*

♃ Flor. recent. Ditigallis ℔ ß. His affunde Aquæ font. calentis ℔ ij. Arcte claude in olla invitreata nova; poſtridie exprimendo, cola. Hujus ℔ j. ß. adjunge s. a. Gum. Ammon. (Aceti ℥ iv. ſoluti) ℥ j. Mellis ℥ iv. Tinct. Benzo ʒ ij.

Cochleatim aſſumatur, addendo pro re nata Sp. Sal. Arm.

*Hydromel Calceum.*

♃ Aq. Calc. ℔ viij. Lig. Guajac. Saſſafr. ana ℥ ij. Sem. Cardi, Coriand. ana ℥ ß. Glycyrrh. ʒ. j. Paſſul. Macalens. ʒ ij. Fiat maceratio frigida per integrum diem; liquori tranſcolato, adde Mellis ℥ viij. m. ſuper lentum ignem.

Lixivium Calcis ſale gaudet ſui generis egregio, a quo præcipitatis acribus (tum Muriaticis, tum Acidis) ſanguinis particulis, tota maſſa miteſcit, atque inde facilius novum chylum amplectitur, & in propriam naturam ſubigit; quo fluxio chyli ad partes Ulceratas fit minor, & conſequenter expeditior fit ſanatio Ulcerum.

*Hydromel cum Ceraſis.*

♃ Aq. font. ℔ xij. Mell. ℔ ij. Ad perfectam deſpumationem coctis, adjice Succi Ceras. acidul. ℔ ij. Rurſus bulliant parum, ſpumam accuratiſſime auferendo.

Saporis erit jucundiſſimi; & pro potu ordinario inſerviat.

Eodem plane modo, conficies e Succo Citri, aliiſque Succis gratis, & acidis, inquit Dr. Laſher.

*Hydromel Diuretici ℔ ij.*

♃ Rad. Rubiæ Tinct. Fœnic. ana ℥ j. Petroſel. ℥ ij. Bacc. Lauri, Junip. ana ℥ ß. Sem. Dauci ſylv. Fœnic. dulc. ana ʒ ij. coq. in Aq. font. ℔ ij. ß. col. ℥ xxviij. adde Succi Parietar. Mellis ana ℥ iv. Percoq. ad deſpumationem.

*Hydromel Diuretico-Levigans.*

♃ Rad. Alt. ℥ ij. Fœnic. Petroſel. ana ℥ j. Herb. Malv. M. ij. Paſſul. Malacens. ℥ ij. Glycyrrh. ℥ ß.

Coq. in Aq. Hor. depur. ℔ iij. ad ij. In col. diſſolv. Gum. Arab. ℥ ij. Mellis ℥ iij. coq. ad deſpum.

Dos. ℥ iv. cum totidem unciis Vini albi, ter in die.

Hy-

*Hydromel Joelis.*

℞ Rad. Zedoar. ℥ ß. Gum. Ammon. ( non col. ) ʒij. Flor. Sulph. ʒ iij. Mellis despum. ℥ ij. Aquæ ℔ j. coq. ( non despumando ) ad ℥ xij. sub finem addendo Croci gr. xij. Quando ſtigel, col.

Potenter admodum incidit, eliquat, & educit Phlegma viscidum, Ductus Pneumonicos infarciens, exindeque Orthopnæm, & Asthma humidum inferens. Utrum vero conveniat in Asthmate sicco, convulsio, febrili, nondum satis habeo perspectum; sed verisimile mihi videtur, quod in isto rerum statu, Sanguinem nimis effervefacere, humorum orgasmum concitare, & consequenter Paroxysmum intendere potest. Patienti sæpius propinetur cochl. j. vel ij.

1. *Hydromel Pectoralis* ℔ ij.

℞ Glycyrrh. ℥ ii. Passul. sol. expurgat. ℥ iv. coq. in Aq. Hord. depuratæ ℔ iij. ad ℔ ij. col. adde Mellis ℥ ii. coq. ad despumationem.

2. *Hydromel Pectoralis* ℔ ij.

℞ Hord. per. Passul. sol. exacinat. ana ℥ ß. Fic. N. iv. Rad. Liquirit. ʒ ij. Enulæ, Ireos Florent. Cal. arom. Herb. Nicot. sicc. ana ʒ j. Tussilag. Hed. terrest. Erysimi, Saniculæ ana M. j. Sem. Fœnic. dulc. & Anisi ( sub finem additit. ) ana ʒ ij. f. decoct. in Hydrom. simpl. ℔ iij. ad ℔ ij. col.

Æque fere incidit, & expectorat, ac superius istud Joelis: sed insuper validius emollit; lubricat; digerit, & maturat. Usui erit benefico in Tussi profunda, & laboriosa, quando scilicet Thoracis intimi recessus cuprea, lentescentique Pituita officiuntur, & aggravantur. In Catarrho autem febrili, tenui, & acri, per glandulas gutturales perpetim depluente, omnino noxium esse reperietur, propterea quod Humores nimium fundendo, calefaciendo, & tumultuarie exagitando, affectum certo certius plurimum augebit. Dentur ℥ iij. calide, ter in die.

*Hydromel Simplicis* ℔ iv.

℞ Aq. puræ font. ℔ iv. Mellis ℔ ß. coq. ad perſectam despumationem.

Aliqui parant cum Aquæ ℔ v. Mell. ℔ j.

Hydromeliti cuilibet composito conficiendo inservire

 po-

test; & rarius usurpatur per se; Nihilominus sat congruum videtur Asthmaticis, durante paroxysmo, in potum ordinarium; & diuturna Tussi laborantibus. Mel constat ex principio dulci, viscido manifesto; & acri volatili latente. Ab Acredine detergit, & siccat; A Viscitate digerit. & sanat.

Zvvelferrus Mellis depurationem per violentas cocturas maxime improbat; solam simplicem per manicam Hippocratis colaturam, in loco moderate calido, ad mittit, & laudat. Ita sine omnino coctione, aut defpumatione, Mel purissimnm, suo inesse naturali durabile, propriisque virtutibus prægnans, asservari posse, ac deberi, affirmat.

Si vero multum coquatur, exinde fiet; ut Cera, & Propolis illis intimius permisceantur, numquam post a Melle amplius ex toto separabilia, quin impuritas maxima, ingratusque sapor, & odor, Melli impressa, maneant tenaciter, decies licet clarificetur.

Atque asserit, totam Mellis substantiam in bullas, & nihilum tandem abire posse (præcipue superinfusa sæpius aqua) si immoderate, & sæpius decoquatur.

*Hydromel. de Sympt̃ho.*

♃ Rad. Symph. maj. ℥iv. Herb. Plantag. M. ij. Sem. Papav. alb. Hyoscy. ana ʒ ij. coq. in Aq. Hord. depur. ℔ iij. ad ℥ xxviij. col. dissol. Messis ℥ iv. Sacch. Saturni gr. xxiv. Cum refrixerit, adde Album. Ovor. conquass. N. iv. Optime commisceatur.

Ad Hemorrhagias quascumque, dentur ℥ iv. pro dosi.

*Infusi amari* ℔ iv.

♃ Aq. destill. ℔ iv. Spir. Vini ℔ ß. Sal. Tart. gr. xxxij. Rad. Gent. ʒ iij. Summit. Card. ben. Centaur. min. Fl. Chamæm. ana ʒ vi. Infunde in Balneo 12. horas & col. Propinare soleo, vel per se, vel cum Vino Amaro, ad hunc modum.

♃ Infusi, & Vini Amari, ana ℔ ß. vel

♃ Infusi Amari ℥ xij. & vini Amari ℥ iv. m. Dos. Cochl. vj. vel viij. bis in dies.

*Infus. Amari Chalybeati* ℔ vj.

♃ Aq. Lact. Alexit. ℔ ß. Nent. Gent. Comp. Lubric. Magist. ana ℥ iv. Rad. Gent. ℈ iv. Summit. Card. ben. Centaur. min. Fl. Chamæm. ana ℈ viij. Infunde calide per noctem. col. ℔ ij. adde Vini Chalyb. ℔ ij. m.

In-

*Infus. Anthelminthicum.*

℞ Sem. Santon. contus. ℥ ß. Aq. Ment. ℥ iv. Gent. Comp. Cinnam. ana ℥ ij. Infunde calide hor. j. col. adde Syr. e Cich. cum Rhab. ℥ ij. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ij. m. Sumat Puer cochl. ij. bis in die, per tres dies, deinde propinetur Catharticum.

Quoniam Pueri Amara non admittunt, Instrumento, quo os divaricatur, supinis fasciola ipsis violenter detentis, (ore distento) per Clysteridium quodpiam (fistula non fragili munitum) invitis, Amara, quanto plus fieri potest, intimius transmissa, injiciamus, inquit Ægineta, lib. 4. cap. 57. p. 384.

*Infusum Araldinum.*

℞ Herb. Digital. Herb. Polypod. querc. ana ℥ iv. concis. & in ollam fictilem invitreatam conjectis, affunde Aquæ font. ad trium digitorum transversorum supereminentiam. Deinde, vase bene clauso, macerentur remisso calore, per integrum diem: & coletur cum levi expressione, ut liquor perstet Cerevisiæ colore limpidus. Ad Morbos Convulsivos percurandos, dentur vesp. & mane, Adultis cochl. v. & Infantibus cochl. j.

*Infusum Arthriticum.*

℞ Chamæpit. sicc. contus. ℥ j. Flor. Lavend. sicc. Theriacæ Venet. ana ℥ ß. Vini rub. generosi ℔ ij. Macera duas horas super prunas candentes, & col.

Ad Affectum a Ventriculo depellendum, propinetur ℔ ß. & repetatur dosis, quoties præsenti Medico visum fuerit.

*Infusi Cardiaci ℔ j.*

℞ Cons. Ros. Rub. ℥ j. Cons. flor. Borag. ℥ ij. Cort. Citri cond. ʒ vj. Affunde Aq. Borag. ℥ ix. Aq. Ulmar. ℥ iij. Aq. Ros. Dam. ℥ ij. Misce diligenter in mortario marmoreo; macera frigide horam unam; & col. adde Succi Chermes ℥ ß. Succi Limon ℥ j. Syr. e Rubo Idæo ℥ ß. Trajice per manicam Hippoc. & f. liquor clarus.

Sanguinis nimis inflammabilis fervores, & impetus restringit, & sedat; simulque Spiritus atrabiliaria nube obfuscatos, & depressos, clarificat, & levat. Solatium affert gratum in Febri ardente, Affectu Hypochondriaco, & Melancholico laborantibus. Bibat patiens ℥ iv. ter de die.

*Infusi Cephalici ℔ iij. ß.*

℞ Stec. Pavon. albi ℥ iv. Millep. contus. ℥ j. Aq.

Ceras.nig.Vini alb.ana ℔j.ß. Infunde 24. horas frigide col.per manicam clarificatæ adde Aq. Langii. ℥ iij. Sp. Lavend. comp. ʒ ß. Ol. Nuc. Mosc. gutt. iij. Syr. Pœon. comp. ℥ vj. m.

Cerebri meatus, fæculentiis obstipatos, & impedtos, reserat; ejusque Tonum flaccidum, & conniventem, roborat. Spiritus animales, copula heterogenea onustos, & irritatos, defæcat; eosque imbecilles, & nutantes, reficit. Capitis demum nubila, & tenebras discutit; illique sudum serenum, & claritatem feliciter conciliat. Utimur ergo auspicate ad Idiopathicum Capitis Dolorem; Vertiginem; & Scotomiam; exhibendo scilicet ℥ iv. mane, & sero.

*Infusi Chamæmæli* ℔ ij.

♃ Aq. destill. ℔ ij. Spir. Vini ℥ iv. Sal. Tart. ℈ ij. Flor. Chamæm. contus. ℥ ij. Infunde super cineres s. a. & cola.

Vide Decoct. Febrif. Amar..

*Infus. Colicum.*

♃ Rad. Zedoar. Contus. ℥ ij. Vini Canar. Spir. Vini com. ana ℔ ß. Macera leni tempore 12. horas. Col. adde Ol. Junip. gutt. xvj. Ol. Caryoph. gutt. iv. Sacch. albi ℥ j. m.

*Infus. Epilept.* ℔ ij.

♃ Visc. arbor. concis. & contus. ℥ iv. Succi Rutæ ℥ ij. Spir. Vini com. ℥ iv. Aq. font. ℥ xxvij. Sal. Tart. ℈ ij. Infunde leni tempore 12. horas: col. per subsid. depur. adde Syr. Pœon. ℥ iv. m.

*Infusum Hispanicum.*

♃ Aq. font. ℔ iij. Sal. Tart. ℥ ß. Croci (minutim forcipibus concisi) ʒ ß. Succi Glycyrrhizæ Hispan. (in tenues lamellas redacti) ℥ j. Digere calide, & clause, 24. horas, & col.

Edulcorat, maturat, incidit, expectorat. In Defluxione tenui, e Gulæ Glandulis transudante, vesperi præcipue repente & molestissima Tussi vexante, propinetur ℔ ß. frigide singulis noctibus lectum ingressuro. In Tussi vero Pectorali, quæ vel a lympha acri, in Pulmonum Bronchia, aut Appendices lobulares, perpetim suffusa, vel a materia crassa ibidem deposita, obstruente, & aggravante, natales ducit, ℥ iv. calidissime absorbeantur, Aurora, & Vesperi, quotidie. In Febricula Caterrhali, cum horripi-

lationi-

lationibus, & æstibus se mutuo excipientibus, & vage recurrentibus; Capitis hebetudine; Oculorum rubore; Aurium tinnitu; & copiosa tenui Narium Destillatione, stipata; pitissetur calide, ( instar *Coffèe* ) frequenti repetitione, ad libitum; frigus interim curiose cavendo.

*Infusi Purgantis* ℔ j.

♃ Sennæ ℥ j. Tart. albi. pul. ℥ ß. Aq. flor. Sambuci, Vini albi ana ℔ ß. Infunde tepide, & clause in vase vitreo (non autem æneo) xij. horas; col. claræ ℥ xij. adde Syr. e Cich. cum Rhab. ℥ iv. Ol. anisi, & Ol. Nuc. Mosc. ana gutt. ij. m.

Senna ( inquit Sylvius ) blandum est medicamentum, si aut in substantia, aut Infusione exhibeatur, non autem, si decoquatur: tunc enim tormina solet producere; præsertim iis, qui humoribus scatent Austeris, aut Acidis. Hoc Infusum, tam Pueris, quam Adultis (mutàta tantum, pro ætatis ratione, dosi) bene convenit: benignissime enim, & tamen efficacissime, operatur. Sin vero ulteriori adhuc stimulo opus fuerit, grana aliquot Scammonii Sulphurati singulis dosibus possunt adjici. Adultis communiter ℥ iv. vel ℥ v. exhibeantur. Atque hinc dosis junioribus proportionata facile supputari potest.

*Infusi Reserantes* ℔ ij.

♃ Fol. Ficius virents ℥ j. Rad. Bellid. min. ʒ vj. Rad. Contray. ʒ ij. Aq. font. ℔ ij. Spir. Vini com. ℥ ij. Sal. Tart. ℈ j. Infus. calida, & clausa s. a. Col. edulc. Sacch. q. s.

Ad Sanguinis compagem nimis strictam reserandam.

*Infusum Rhabarbari Compositum.*

♃ Rhabarb. ʒ ij. Mirobalan: citr. ʒ j. Sal. Absinth. gr. xv. Aq. Plantag. & Aq. Cinnam. fort. ana ℥ ij. Infunde tepide, & clause per noctem; col. adde Ol. Anisi gutt. j. Syr. Ros. Sol. ℥ ß. vel ʒ vj. m.

Aliquando ad hunc modum præscribo.

♃ Rhab. incis. ʒ ij. Sp. Vini ℥ j. ß. Aq. Cinnam. ℥ j. Infunde horam j. super prunas candentes; col. adde Syr. Ros. Sol. ℥ j. Ol. Nuc. Mosc. gutt. j. Pul. Rhab. ℈ ß. m.

Materiam Intestina lacessentem evacuat; Tormina compescit; Flatus dissipat; Viscera roborat, eorum lubricitatem corrigit; Tonumque stabilit; atque ita omnibus instruitur requisitis, ad Diarrhœam rite, & rationabiliter sistendam, & curandam.

*Infuſum Roſatum.*

℞ Cons. Ros. rub. ℥ iv. Ol. Sulph. gutt. xlviij. (vel q. s. ad idoneam aciditatem) Aq. font. ℔ ij. Macerentur calide in vaſe vitreato per noctem, & col. per Manicam.

Idem facit, ac Tinctura Roſarum; nempe Sanguinem ardentem refrigerat; æſtuantem cohibet; acrem corrigit, attenuatum incraſſat; Bilem temperat; Sitim explet; Ventriculum reficit; Appetitum reſtaurat; & moderate aſtringit. Julapium eſt ſatis gratum, & utile in Febribus ardentibus, & malignis, in Hæmorrhagia narium, Hæmoptyſi, Vomitu cruento, Diarrhœa bilioſa, Dyſenteria, Menſium fluxu, Pica, & Abortus periculo. Dentur ℥ iv.

Eodem modo paratur Infuſum Lujulatum, aut Violatum, ex Conſerv. ℥ iv. & Aq. font. ℔ ij.

Contra Æſtum Ventriculi, & Sitim, in Febribus.

*Infuſum Roſatum Comp.*

℞ Flor. Ros. Rub. ſicc. Flor. Balauſt. ana ʒ ij. Cort. Querc. ℥ ß. Aq. font. ℔ ij. Infunde calide xij. horas; col. adde Aq. Cinnam. hord. ℥ iv. Sacch. albi ℥ ij. Ol. Nuc. Moſc. gutt. ij. m.

Potenter aſtringit; ideoque conducit in Diarrhœa, & Hæmoptyſi; ſed quoniam damnoſe ab imperitis, aut incogitantibus, uſurpari poterit; duas hic obſervatu dignas lubens adjiciam Cautiones.

Primo. In Alvi fluxu ſymptomatico, ſi Febris acuta morbus ſit primarius; tutius eſt, exquiſitis Alexipharmacis arduum hoc negotium aggredi, quam perperam adhibitis Aſtringentibus, & Opiatis, humores malignos concentrare, Sanguinis depurationem inhibere, Spirituſque vacillantes dejicere.

Secundo. In Hæmoptyſi, poſtquam jam actu ſiſtitur Sanguinis eruptio; dum Cruor grumoſus, aut Sanguinis extravaſatus Pulmonibus reſtat, peſſime audiunt Aſtringentia; quatenus nempe Excreationem impediunt, Suffocationes, Anhelitus interceptionem; Febres vehementiſſimas; inflammationes partis, & ſubinde Mortem accerſunt. Dos. ℥ iij. vel iv. repetendo, donec Intentioni ſatisfiat.

*Infuſi Rubri ℥ viij.*

℞ Diaſcord. ℥ ß. Coccinel. ℈ ij. Caryop. ℈ j. Vini rub.

rub. Ulyssiponensis ℥ vj. Cinnam. ʒ ij. Stent 2. horas (obturato vase) super cineres calidos. Col. adde Syr. Cydron. (vel de Mecon.) ℥ j. ß. m.

Pro duabus dosibus contra Diarthœam.

*Infusi Styptici* ℔ ij.

℞ Rad. Urticæ urentis ℥ iv. Sal. Prunel. ʒ ß. Succi Urticæ ʒ ij. Aq. font. ℔ ij. f. Infusio calida 12. horas. Col. adde Syr. Alth. (vel de Mecon.) ℥ iv. m.

*Infusi Traumatici* ℔ ij.

℞ Caulium virid. Solani lignosi concis. ʒ iv. Coccinel. ℈ j. Vini albi ℔ ij. Infunde calide, & clauſe, per noctem; col. adde Syr. Hed. terreſt. ℥ iv. Ther. Ven. ʒ ß. m.

Singulare eſt experimentum ad caſum ab alto, & contuſionem: Cruorem quippe extravaſatum, & grumeſcentem, mirifice diſsolvit; in maſſam ſanguinis circulantis denuo propellit; atque illinc, partim per Diaphoreſin, partim per Diureſin, partimque nonnunquam per Catharſin, & ſpecifice operatur, ut aliquando (non ſine ſtupore) notavi, Urinam, ex hujus uſu, reddi, propter grumos ſolutos, abſorptos (& Sero commiſtos) plane nigricantem. Aſſumatur ℥ vj. bis, vel ℥ iv. ter in die.

*Infus. Urticæ.*

℞ Rad. Urticæ recent. ʒ iv. Herb. Urticæ ʒ ij. Sem. Urticæ, Dauci sylv. Aniſi, Cymini, ana ʒ ß. Aq. calentis ℔ iv. f. Infus. calida in furno xij. horas. Liquoris (colati, & per decidentiam a craſſamento liberati) ℥ xxviij. diſſolve Gum. Arab. ℥ ij. Alum. crudi gr. xxxij. Syr. Boyl. (vel Diacod.) ʒ iv. m.

Contra Urinam cruentam, atque Renum, & Veſicæ Ulcera, propin. ʒ iv. pro doſi.

*Infus. Zedoar. Comp.*

℞ Rad. Zedoar. Cal. Aromat. ana ʒ ß. Sem. Carui, Fœnic. ana ʒ ij. Nuc. Moſc. Cardamomi, Croci, ana ʒ j. Caryoph. Gran. Parad. ana ʒ ß. Aq. Lact. Alexit. ℔ j. Aq. Ment. ℔. ß. Aq. Cinnam. ℥ iv. Aq. Gent. comp. Abſint. comp. ana ʒ ij. Macerentur in calore Hypocauſti per diem naturalem; col. adde Spir. Lavend. comp. Spir. Sal. Armon. ana ʒ ij. m.

Stomachicum, & Cephalicum eſt. Valet contra Colicam Pictonum; Affectionem Arthriticam, a Ventriculo, & Inteſtinis expellit.

*Ju-*

*Julapii Acido-dulcis* ℔ ij.

♃ Aq. font. puræ ad medias coctæ ℥ xxiij. Syr. Violar. ℥ iij. Syr. Caryoph. ( vel e Rubo Idæo ) j. ℥ Sp. Vitrioli q. s. ad gratiam, m.

Acida Biliosis in Febribus (inquit Riverius) nunquam omittenda; quia Amara dulcificantur per Acida; quæ, si intensa sunt in suo gradu, ut Sp. Vitrioli, aut Sulphuris ipsius, Aloes, & Colocynthidos amaritudinem delent: Bilis autem flava, suo amarore spoliata, mortua est, & innoxia. Atque alibi dicit: De Spiritu Vitrioli, & Sulphuris, hoc diligenter advertendum, in Febribus Putridis magnum esse illius usum; quia insignem vim habet refrigerandi, aperiendi, Putredini resistendi, Inflammabilitatem humorum prohibendi, & Sitim sedandi. Attamen in Pleuritide, Peripneumonia, Hæmoptoe, Phthisi: ceterisque Pulmonum Affectibus, Ventriculi Inflammatione, Dysenteria, Renum, & Vesicæ Ulceribus, plurimum nocere, & ab eo abstinendum esse.

Julapium hoc elegantissimum, & longe gratissimum, exhiberi potest frigidum in Febribus ardentibus ad ℥ iij. vel iv. sextis horis.

Ut Acidorum Chemicorum vires amplius illustrem, Observationem oppido raram, mirabilem, utilemque, hic memorabo.

Servus Rhedarius D. Dixon de Maidstone, Variolis confluentibus perniciose decumbens, die ab Eruptione decimo, Phrenesi correptus, & Gingivis, Naribus, Auribus, Oculis, Pene, etiam & ex Pustulis variolosis, Sanguinem (terribile visu) profudit.

Ita sors tulit, ut eo ipso die advocatus fuerim ad illud oppidum: Ideoque D. Finch. Pharmacopæus pro hoc suo patiente me consuluit.

Primum quidem, inevitabile ( ut videbatur ) Fatum exhorrescens, medicamina morienti porrigere recusavi: Sed illo acrius instante, & repulsam pati nolente, liberalem Sanguinis missionem imperavi; & Haustum e fortioribus Stypticum, & Paregoricum, præscripsi.

His nihil proficientibus, malum Cuneum malo Nodo deberi ratus, Olei Vitrioli guttas quadraginta, ex vehiculo satis largo statim propinandas. & elapso horæ dimidio reiterandas, suasi.

His

His ſimul, ac ſumpſerat, Deus bone ! quanta rerum mutatio! quanta paſſus eſt! Conturbationes inexplicabiles, & Angores adeo intolerandos, ut poſtea ( ſanus, & eorum recordatus ) vel ipſam vitam tali pretio redimere vix tanti eſſe, dixerit.

Omnes autem illico Sanguinis Cataractæ ſunt occluſiæ: mox obdormivit; poſtea, mente conſtans, & febris expers, evigilavit; atque ab eo tempore ſenſim convaleſcens, ſanus, & ſoſpes evaſit.

*Julapii Alexiterii* ℔ j.

℞ Aq. Lact. Alexiter. Ceraſor. nig. ana ℥ iv. Aq. Rutæ ℥ iij. Epidem. ℥ ij. Tinct. Croci ( Aq. Theriac. paratæ ) ℥ j. Syr. Cariophyl. ʒ ij. Lap. de Goa, Lap. Contray. ana ʒ j. Confec. Alkerm. ʒ ij. m.

Neceſſarii uſus eſt in Febribus putridis, & malignis, ubi Spiritus a Veneno deleterio. & ſphacelante fere obruuntur, & enecantur; ad illos nempe vivide expandendos, & exſuſcitandos; indeque ad Sanguinis miſcellam debitam reſtaurandam; Venenum debellandum, & foras eliminandum. Ad hos fines, pro re nata, concedi poteſt ad cochl. v. octavis, ſextis, vel tertiis horis. Diligenter vero obſervandum, quod quamprimum Phlogoſis Spirituum, & Sanguinis hoc ritu reſtituitur; ne incendium funeſtum inde ſuboriatur, prorſus ab hujuſmodi calidiorum uſu tempeſtive abſtinere oportet; aut ſaltem eorum doſis minuenda, & rarius repetenda eſt.

*Julapii Antiemetici* ℥ xij.

℞ Aq. Gemm. Querc. Cinnam. hord. ana iij. Aq. Gent. comp. Abſinth. comp. Syr. Limon. ana ℥ ij. Sal. Abſinth. ℈ ij. Laud. liqu. gutt. 40. m.

Hujus elementa ſunt, Sal fixum Acido commiſtum, & in tertium quid coalitum; Aromatica; Aſtringentia; & Laudanum; atque ideo Fermentum acre obtundit; Stomachi vigorem, & tonum reſtituit; Spirituum furores coercet; Fibrillarum ſpaſmum conſopit, & Vomitum efficaciter ſiſtit. Dos. cochl. iij. per vices frequentes.

*Julapii Aſtringentis.*

℞ Aq. Plantag. & Gemmul. Querc. ana ℥ iv. Menthæ ʒ ß. Cinnam. fort. ℥ ij. Syr. e Roſis ſicc. ℥ ß. Diaſcord. Boli ana ℈ iv. Terr. Japon. ℈ ij. Ol. Nuc. Moſc. gutt. ji. m.

Contra Diarrhœam inſcribitur. Diarrhœa vero ſymptomatica

ptomatica ( illa nempe, quæ Febribus in principio supervenit ) ut plurimum est mala: Primo, Quia impedit coactionem materiæ morbificæ, ceu legitimam ejus separationem per naturalem humorum fermentationem. Secundo, Quia vires perniciose prosternit. Tertio, Quia subsequens est febrilis Colliquationis; id, quod patet, quoniam Excreta tunc temporis sunt plurimum fœtida. Ergo talis Diarrhœa semper erit sistenda; aut saltem ita cohibenda, ne fiat exorbitans. Medici alias ordinario putant indicari tunc Purgationem, quando talis supervenit Diarrhœa; sed recte dicit Lindanus, ipsos tunc nescire, quid sit superveniens Morbo: Nam cum superveniat talis Diarrhœa tantummodo propter summam materiæ cruditatem, & acrimoniam, eamque sæpius malignam; humorumque etiam confusionem, statumque colliquativum; non debet sane irritari, & exasperari Purgantibus, sed vel in totum sisti, vel saltem intra debitos limites coerceri. Dos. ℥ iij. sextis horis, donec refrænetur symptoma; & postea bis, vel semel in die, pro rei emergentis ratione.

*Julapii Aurei* ℔ j.

℞ Vini Canar. ℔ j. Caryoph. contus. ʒ j. Croci scissi ℈ ß. Macera in Balnei calore per horam j. Col. adde Spir. Hermini (Essentia Amb.gris. imbuti) ℥ ß. Spir. Lavend. Comp. ʒ j. Carioph. ℥ j. ß. Succi Chermes. ℥ ß. Fol. Aurei N. iij m.

*Julapii Camphorati.*

℞ Aq. Bacc. Sambuc. Aq. Ceras. nig. ana ℥ vj. Aq. Bryon. comp. ℥ j. In istis extingue ( ad totalem consumptionem ) Camphoræ accensæ ℈ iv. adde Syr. Bacc. Samb. & Syr. Ceras. nig. ana ℥ j. ß. m.

Hoc præcellentissima inter Hysterica numerari debere, sepius repetita docuit Experientia: Spiritus namque efferatos mire sedando; desultorios coercendo, & dissipabiles condensando, figendoque, Paroxysmum præsentem abrumpit, & expectatum præcavet: Immo, si pertinaciter usurpetur, nonnumquam & Affectum ipsum radicitus extirpat. Propinentur ℥ ij. vel. ℥ iij. pro dosi.

*Julapii Carminativi* ℥ xij.

℞ Vini albi ℥ iv. Aq. flor. Chamæm Rutæ ana ℥ iij. Aq. Pœon. comp. j. ß. Sacch. albiss. ʒ vj. Ol. Junip. Spir. Sal. Armon. ana gutt. xxiv. m.

Phleg-

Phlegmatis in Ventriculo, & Intestinis, tenacitatem incidit: Spumam, & Bullas, ex ejus conquassatione ortas, dissilire facit; Flatus, iis inclusos, dissipat: Calorem Viscerum deficientem restituit; Spasmodicamque Membranarum perturbationem tollit. Utilissime præscribitur ad Ructus, & Flatus, Ventriculum, & Hypocondria distendetes, & cruciantes; ad Colicam flatuosam; Tormina post Partum; Vertiginem, &c. Dos. ℥ iij. vel ℥ iv. vase prius bene agitato.

*Julapii Caryophyllacei* ℥ xij.

℞ Caryoph. aroma. contus. gr. xxiv. Croci gr. xij. Aq. Ceras. nig. ℥ iv. Aq. Cinnam. Mirab. ana ℥ Pœon. comp. ℥ ß. Fiat maceratio calida, & clausa hor. j. col. adde Vini Canar. ℥ iv. Syr. Caryoph. ℥ j. ß Spir. Lavend. comp. gutt. 48. Ol. Vitrioli gutt. iv. Fol. Auri N. j. m.

tomachicum est, Cardiacum, Cephalicum.

*Julapii de Castoreo* ℥ xij.

℞ Fol. Rorismar. recent. concis. M. j. Aq. font. ferventis ℥ xij. Fiat Infusio calida per horam j. col. Clar. ℥ viij. adde Aq. Rutæ, Puleg. Bryon. comp. ana ℥ j. Pœon. comp. Tinct. Cast. ana ℥ ß. Sal. Succini ℥ ß. Sacch. alb. ℨ vj. m.

Contra Affectiones Hystericas dentur cochl. v. cum Sp. Sal Armon. gutt. x.

*Julapii Cephalici* ℥ xij.

℞ Aq. Cer. nig. ℥ iv. Rutæ ℥ iij. Pœon. comp. ℥ ij. Bryon. comp. ℥ j. Tinct. Castor. Spir. Lavend. comp. ana ℨ ij. Ol. Nuc. Musc. gutt. iv. Syr. Pœon. comp. ℥ j. ß. Pulv. de Gutteta ℈ v. m.

Ad Epilepsiam, & affectiones quascumque Convulsivas, & Soporosas; ad Capitis Dolorem, Vertiginem, & Paralysin, cum fructu usurpatur.

Propinari possunt cochl. v. ante, inter, vel immediate post Paroxysmum. Ad præcautionem vero, mane, & vesperi, præsertim juxta singulas Lunæ periodos; circa hæc tempora enim Cerebrum miras patitur alterationes; siquidem in Plenilunio (ut ex Vulneribus Capitis patet) Cerebrum turget, & totam Calvariæ cavitatem replet; immo extra Vulnus sæpe attolli, visum est: Decrescente vero Luna, usque ad Novilunium, subsidet; & tunc minima ejus quantitas cernitur: Ut

Ostea,

Ostrea, Piscesque Testacea omnes in Plenilunio turgentiores, & meliores habentur; in Novilunio e contra.

*Julapii Chalybeati* ℔ j.

℞ Aq. Fœnic. Petrosel. ana ℥xij. Sal. Chalyb. pul. ʒij. Dissolve super prunas; repone 24. horas. Liquori claro effuso, adde Aq. Raph. comp. Syr. e 5. Rad. ana ℥ iv. Spir. Cochl. Elix. Prop. Tartarisati ana ℥ ß. m.

Incipiendum est a minori dosi, sc. cochl. iij. quæ sensim augenda est ad cochl. vj. vel. vij.

Observabit interea Medicus, num æger Chalybem excernat nec ne; quod ex fœcum nigredine cognosci potest: alias, si non excernatur, quinto, aut sexto die clystere, vel eccoprotico, alvum movebit; immo utiliter poterit Chalybeata Purgantibus admiscere; ut aperiat, & in corpore non subsistant. Primeros. de Morb. Mulier. 176.

*Julapii Cordialis* ℥ xij

℞ Aq. Melissæ, Ceras. nig. ana ℥ iij. Cinnam. hord. ℥ ij. Epidem. ℥ j. ß. Pœon. Comp. Syr. Caryoph. ana ℥ j. Limon. ℥ ß. Conf. Alkermes ℈ iv. m.

Hujusmodi Cardiaca; quamprimum in Stomachum ingeruntur, immo internum Ore tantum libata, virtutes suas exerunt, & cum gratu appulsu, Spiritus in primis viis, sive corporis velut porticu, degentes, refocillant, aut instaurant: dein horum continuitate, Ovatio eadem in Spiritus alios successive tradita, brevi per totam Animæ sensitivæ compagem undulat; proinde, ut tum Cerebrum, tum Præcordia, pleniore Spirituum (quasi exultantium) influxu irradiata, functionum suarum munia multo vegetius, & alacrius obeant, atque ita Pulsus primus debilis, aut vacillans, mox fortius vibret, & Sanguis cum major impetu circumpellatur.

Hicce autem vigor ascititius, cum a Spiritus Vinosi, difflabilis adeo, & fugacis, afflatu solum pendeat, valde reperitur evanidus, & momento labitur, atque dein æger (non obstante vi Julapii) in pristinos languores rursum recidit: Ideoque (si communis passim pateretur mos practicandi) tenuibus his Julapiis, generosa Electuaria, Oleis aromaticis ditata, quæ in Ventriculo diutius retineri possent, ibique gratum spirarent, & Spiritus, æque saltem, ac Julapia, demulcerent, & exultare facerent, libentius sæpe substituerem. *Ju-*

*Julapii Cordialis temperati* ℔ j.

℞ Aq. Ros. Damasc. ℥ viij. Vini Rhen. ℥ iv. Succ. Aurant. ℥ j. Aq. Cin. fort. ℥ ij. Sac. albi ℥ j. Pul. ſubtil. CC. ℈ iv. m.

Solamen, & ſuppetias affert in Febribus; quando æger, præ caloris incendio, fere comburitur, ſiti deficit, oblanguetque, item quando recrementa uſtulata, biliosa, acria, e ſanguine bulliente in Ventriculum ſuffuſa, ægritudinem, & angorem miſerabili modo affligentem, concitant. Dos. ℥ iv. ter, vel ſæpius in die.

*Julapii Crocati* ℥ xij.

℞ Croci (minutim forcipibus conciſis) gr. xviij. Cocinel. (cont. & nodulo raro incluſæ) ℈ ij. Aq. Ceras. nig. ℥ iv. Menth. ℥ ij. Maceratione calida, & clauſa per horam j. præmiſſa, affunde Vin. Canariœ ℥ iv. deinde valide exprimantur ſpecies, & liquori colato adde Ol. Cinnam. Nuc. Muſc. Caryoph. ana gutt. ij. Vitell. Ov. N. j. Spir. Lavend. comp. ʒ j. ß Suc. Cherm. col. Syr. e Rubo Idæo ana ʒ ß. Syr. caryoph. ℥ j. Fol. Auri N. ij. m. ſ. a.

Cardiacum eſt generoſum: contra Cordis Palpitationem valet.

*Julapii Diuretici Acidi* ℔ ij.

℞ Vini Rhen. ℔ j. Succi depur. Pariet. Limon. ana ℥ ij. Aq. Aparin. Spir. Vini Gall. Syr. e 5. Rad. ana ℥ iv. m.

Sola Acida Diuretica Sanguinem fundunt, ac in ſeroſitates præcipitant; uti cum Acidum lacti ebullienti inſtillatur. Attamen hoc non adeo pariter omnibus, nec etiam quibuſvis, ex æquo contingit. In Conſtitutione ſana, aut non multum ab eo remota, Sal Cruoris, partim fixus, & partim nitroſus, partimque volatilis exiſtit: item in Scorbuticis, & Hydropicis quibuſdam, iſte plerumque fixus evadit; quamobrem in ſingulis his caſibus, Diuretica, ſale Acido prædita, cum fructu adhibentur. In Affectibus vero Catarrhoſis, & in quibuſdam Hydropicis, & Scorbuticis, cum in Fluoris ſtatum ſanguinis particulæ ſalino-fixæ avehuntur, ac volatiles deprimuntur (uti crebro evenit (Remedia Acetoſa obeſſe potius, quam prodeſſe, ſolent; quatenus Sanguinem, a craſi recta degenerem, magis pervertunt; quinimo his medicamenta, Sale fixo, ac Volatili, prædita, potius ex uſu erunt. Dos. ℥ iv. vel. ℥ vj.

*Julapii Diuretici Aromatici* ℔ j.

℞

℞ Vini albi Ulyssip. ℥ viij. Aq. Fœnic. ℥ iv. Aq. Raph. comp. ℥ iij. Tinct. Sal. Tart. ℥ ß. Ol. Junip. gutt. xxiv. Ol. Anisi, Ol. Nuc. Mosch. ana gutt. viij. Sacch. albi ℥ j. m.

Aromatica, quatenus Diuretica, non tam agunt in Sanguinem, quam Organa ipsa. Non illorum enim esse videtur, ut Cruoris contexturam nimis strictam reserent, & liquent; Serumque ab ejus amplexibus secedere faciant; sed potissima eorum operandi ratio certissime consistit in hoc, quod ob volatilitatem, tenuitatem, & caliditatem, Renes, & Uretheres aperiunt, detergunt, confortant, & ad munus suum defungendum hortantur, & stimulat. Ideoque hoc medicamentum locum habet, non in Febre, Scorbuto, &c. ad Sanguinem fundendum, & depurandum; sed maxime in Arenulis, ad Sabulum, & Mucum, vias urinarias obstruentem, amovendum; atque ita ad Urinæ cursum vindicandum. Quoties vero in Paroxysmo Nephritico gravis adfuerit Renum incalescentia, & dolor, ab hujusmodi calentibus, & stimulantibus, omnino abstinendum erit; ne Membranæ scilicet, & Uretheres, in Spasmos, & Constrictiones, fortiores adigantur: atque inde Arenulis, & Calculo descensus penitus intercludatur.

Aliis etiam (præter Calculum) Affectibus utilem præstat operam: quatenus enim (propter partium tenuitatem, aperiendi, stimulandi, & confortandi facultatem) lympham congelatam, & fœculentam saburram, in canaliculato corporis habitu depositam, e latibulis exturbet, sanguinis circulantis in rivum pellat; atque ita (licet secundario) per Diuresin evacuet; Hydrope, & Mensium obstructione laborantibus, longe esse proficuum, expertus sum. Dos. ℥ iv. vel. ℥ vj. bis; terve, in die.

*Julapii Diuretici Nitrosi* ℔ ij.

℞ Aq. Aparines ℥ xx. Aq. Raph. comp. Syr. Alth. ana ℥ vj. Sal. Prunellæ ʒ ß. Sal. Succini ℈ ij. m.

Sanguinem, & Succos, eluit, & eliquat; Sales Tartareos, & Mucum aggestum dissolvit, & expellit; Renes, & Uretheres refrigerat, aperit, & detergit. Tutius hoc videtur remedium, quando multum calescit, & dolet Lumborum regio, quam superius illud Aromaticum. Observandum vero, nimium frequentem hujusmodi Nitro-

tro-

troſorum Diureticorum uſum, Renum tonum tandem labefacere ſolere. Propinetur ℥ iv. vel vj. ter in die.

*Julapii Emmenagogi* ℥ xji.

℞ Vini albi ℥ vj. Aq. Pulegii ℥ iij. Aq. Bryon. comp. ℥ ij. Ol. Sabinæ gutt. xij. Ol. Caryoph. gutt. viij. Sacch. albi ℥ j. m.

Sanguinem exagitando, Obſtructiones reſerando, & Uterum ſtimulando, Menſes movet. Atque tunc præcipue convenit, quando Menſes nimis parce, tarde, & non ἐνόρμως ſed cum Dorſi, Abdominis, aut Uteri dolore fluunt. Ubicunque vero Sanguis multum reperitur diminutus, aut depauperatus; ubi totalis adeſt ſuppreſſio, malumque eſt confirmatum, & diuturnum; fruſtra tunc ſunt Emmenagoga Dos. ℥ iij. bis in die, per biduum, ante expectatum tempus.

*Julapium Epilepticum.*

℞ Cort. Peruv. pulv. ʒ vj. Rad. Serp. Virgini ʒ ij. Aq. Ceras. nig. & Flor. Tiliæ ana ℥ viij. Aq. Rutæ, Galangæ ana ℥ iij. Pœon. comp. ʒ ij. Tinct. Epilep. ( infr. deſcr. ) ʒ iij. Syr. Pœon. comp. ʒ iij. m. f. Julap. Sumat patiens ℥ iij. mane, & veſp. ante Plenilun. & Novilun. vitrum agitando.

Titulus vires indicat.

Ferunt, Brannerum, Archiatrum Halenſem, Turturem deplumaſſe, & Umbilico Epilepticæ in Paroxyſmo impoſuiſſe; atque ſic Paroxyſmum abegiſſe. Extrahi enim fumum quemdam venenatum ſcribunt; quo extracto, ipſe Turtur convellitur, & moritur. Id quod in Fœminis (& ſi Epilepſia ſit ex conſenſu Uteri) vero conſentaneum eſſe, puto. Sennert. tom. 2. p. 478.

*Julapii Hyſterici* ℥ xij.

℞ Aq. Ceras. nig. Artemiſ. Puleg. ℥ iij. Bryon. comp. ℥ j. ß. Tinct. Caſtor. ʒ ß. Ol. Succini gutt. xxiv. Sacch. alb. ʒ j. m.

Affectionem Hyſtericam refrænat, in quantum Spiritus irritat, atque huc. illuc excurrere, & efferri cogit. Cum enim ipſi inordinate habentes, & inæqualiter diſperſi in quibuſdam locis denſius, inque aliis tenuius ſcateant, proindeque functionum ſuarum munia quædam, ac potiſſimum intra Cerebrum, aut Præcordia, intermittant, aut perverſe agant; optimum tunc remedium eſt, ut ab hujuſmodi Pharmaco ingrato perturbentur, & exagitentur magis: propterea namque illi tamquam a loris inflictis ex-

ti, & velut flagellati, ἀταξία priores relinquunt, & sponte sua in ordines regulares, & pristina officia redeunt. Dos. ℥ ij. vel ℥ iij. Hoc autem remedium non omnibus æque convenit; siquidem cernere est aliquas, quibus Oleum Succini ructus odiosos excitat, & valde est ingratum.

*Julapii Idæi* ℥ xij.

♃ Vini Canar. ℥ iv. Rad. Irid. Florent. incis. ℈ iv. Infunde leni tempore hor. j. col. adde Aq. Rosar. Dam. ℥ iv. Cinnam. hord. ℥ ii. Aq. Cœlest. Spir. Hormini, Succi Chermes col. ana ʒ ii. Syr. e Rubo Idæo ℥ j. ß. Fol. Auri N. ii. m.

Cardiacum est.

*Julapii Moschati* ℥ xii.

♃ Aq. Rosar. Damasc. ℥ vj. Naphæ ℥ j. Cinnam. hord. ℥ ii. Pœon. comp. ℥ j. ß. Mosch. Ambræ gris. (cum Sal. cc. gr. j. tritæ) ana gr. ii. Croci (sciss i, & in nodulo lig.) ℈ j. Ol. Caryoph. gutt. j. Confect. Al. Kerm. ʒ ii. Syr. Caryoph. ℥ j. ß. m.

Mulcimine pergrato, Spiritus in Ventriculum copiosius allectat, & languidos refocillat. Temperatum quidem est; sed Nobile prorsus Cardiacum. In Febribus mali moris, quæ vapores deleterios ad Stomachum suffundunt, Spiritusque labantes irritant, in confusiones, & spasmos adigunt, & Singultum inde excitant; nondum hactenus præstantius novi remedium; aliquando enim divinitus succurrit, & Singultum superat. Ut ingenue tamen fatear, hoc Symptoma adeo indomabile, & funestum sæpe observavi, ut neque hoc, neque aliud quodcunque remedium, vel excogitare, vel invenire mihi adhuc licuit, quod illi par esset, sed totis viribus licet certaverim: Fatis tamen frustra obnisus, mortem depellere non potui. Dentur cochl. v. tertiis horis.

*Julapium Moschatum Infantum.*

♃ Aq. Ceras. nig. ℥ ii. ß. Pœon. comp. ℥ j. ß. Sp. Lavend. comp. gutt. xii. Moschi (cum Sal. CC. gr. i.) & Sacch. cand. albi ʒ i ß. optime super porphyritem lævigati gr. vi. Margarit. lævig. ℈ i. m.

Dentur ʒ ii. vel ʒ ii. ter in die, vel sæpius, Infantulo recens nato, contra Convulsiones: atque ita plus, pro ætatis ratione, bimulis, trimulisve, Tussi convulsiva vexatis.

*Ju-*

*Julapii Pectoralis*.

℞ Aq. Fœniculi ℥ vj. Puleg. Hyssopi ana ℥ ij. Tinct. Dulc. Tinct. Croci (Aq. Theriac. paratæ) ana ℥ j. Tinct. G. Ammon. Benzo. Ol. Aniſi, Sp. Sal. Armon. ana gutt. xij. Sacc. alb. ʒ vj. m.

Conſtat particulis volatilibus, oleoſis, & balſamicis, pulpoſo dulcium craſſamine acceptis, & incorporatis; atque ea de re conpoſite, & diverſimode operatur: etenim incidit; & lenit; attenuat, & maturat; Serum ſalſum corrigit; & Pituitam craſſam eliquat; Pulmonum tonum roborat, & bronchia ab infarctu liberat: Summatim, optimum eſt Thoracichum, & cujuſcumque fere generis Tuſſi convenit. Dos. cochl. ij. ſtatim a ſingulis Tuſſiendi nixibus finitis.

*Julapii Perlati Attemperantis* ℥ xij.

℞ Aq. Borag. Lujulæ ana ℥ iv. Roſar. Damas. Cinnam. hord. ana ℥ ij. Margarit. præp. ʒ j. Sacch. candi. ʒ iij. Ol. Nuc. Moſc. gutt. j. m.

Febricitantibus angore patientibus, valde grato, & præſentaneo eſt ſubſidio: quippe, dum neque ſanguinem exagitat, aut rarefacit; neque æſtum promovet, aut intendit; Ventriculo iterim fœculentiis acribus, & aduſtis humoribus, (a ſanguine deſpumationem conanti ſuffuſis, & a fermentatione præternaturali excocti) laboranti, & fere ſuccumbenti, ſubvenit: grato enim, & edulcoranti embammate illum perfundit; exindeque illo recreato, Spiritus, & influi, & inſiti, per totam machinam novo vigore inſpirati, confeſtim refocillantur; plurimum & ſuſtentantur. Dos. cochl. vj. ad libitum.

*Julapii Perlati Cordialis* ℥ xij.

℞ Aq. Ceras. nigr. Aq. Lact. Alexit. ana ℥ iv. Cinnam. hord. ℥ ij. Epidem. Pœon. comp. ana ℥ j. Margarit. pp. ʒ j. Sacch. candi. albi ʒ iij. m.

Iiſdem pollet viribus, ac proxime prægreſſum: at, quoniam aliquanto magis calidum, ſpirituoſum, & activum eſt, rectius præſcribitur, quoties non ſolum Ventriculus aggravatur, & male patitur: ſed inſuper debita ſanguinis fermentatio deficit, Spiritus labaſcunt, Pulſus vacillant, & regimen animale univerſim fatiſcit. Dentur coch. v. vel vj. in languoribus.

*Julapii Perlati Hyſterici* ℥ xij.

℞ Aq. Ceras. nig. Artemis. ana ℥ iij. Puleg. Rutæ

Bryon. comp. ana ℥ ij. Margarit. ʒ j. Sacch. candi. albi ʒ iij. m.

Hujus usus indicatur, non ( ut superiorum ) quando Ventriculus, aut Sanguis, primario, & præcipue laborant; sed quando Spiritus ipsi, vel inordinate agglomerantur, & spasmodice exploduntur; vel copula heterogenea onerantur, & torpide subsident: uti evenit, cum Vapores, & Languores Hysterici, Tremores, Subsultus, aut Affectus Convulsivi, Comatosive, febricitantibus, vel adsunt, vel intentant. Propin. cochl. v. ter in die, vel sæpius, pro re nata.

*Julapii Perlati Phthisici* ℔ j.

♃ Aq. Limac. Pect. nost. ℥ viij. Cinnam. hord: ℥ vj. Syr. Balsam. ℥ ij. Margar. præp. ℈ iv. Ol. Nuc. Mosc. gutt. i. m.

Utile est ad Spiritus reficiendos; & vires fulciendas; ad Ventriculi acidum retundendum, ejusque tonum conservandum; ad Tubercula Pulmonibus nata dissolvenda, & vasorum oscula conglutinanda; ad humorum acrimoniam demulcendam, & colliquativam sanguinis diathesin corrigendam; denique ad Calorem Hecticum extinguendum, & ne lympha copiose per Trachæam & Glandulas Pulmonum expuatur, exhibendum. Dos. ℥ iv. ter in die; vel cochl. v. in Languoribus, ab libitum.

*Julapii Pleuritici* ℥ xij.

♃ Aq. Papav. errat. ℥ vj. Tussilag. ℥ iv Syr. Papav. err. ℥ ij. Lap. Prunel Sang. Hirc. ana ℈ iv. m.

Ad sitim alleviandam; Sanguinem refrigerandum; Obstructionem inde natam expediendam; dolorificam membranarum crispationem relaxandam; Circulationem per partem restituendam; Expectorationem, & Diuresin promodam; dentur ℥ iv. ter in die.

*Julapii Proprietatis* ℔ j.

♃ Vini Canar. ℥ x. Aq. Ment. ℥ ij. Aq. Gent. Comp. ℥ iv. Rad. Angel. Hispan. Caryohp. ana ℈ iv. f. infus. tepida. & clausa 2. horas. Col. adde Elix. Propr. tartaris. ʒ ij. m.

Ad Appetitum excitandum, Nauseam tollendam, & Concoctionem juvandam. Propin. ℥ ij. hor. ß. ante Prandium, & statim a Prandio, quotidie.

*Julapii Puerperarum* ℥ xij.

♃ Aq. Melissæ, Ceras. nig. ana ℥ iij. Cinnam. hord. Stepha-

Stephani, Syr. de Mecon. ana ℥ ij. Laud. liq. gutt. 40. m.

Ad Dolores post Partum, expertum, & benedictum est remedium. Neque quis hic, nisi plane inexpertus, metuat Lochiorum obstructionem ab ejus usu subsecuturam; cum e contra maxime frequens occasio suppressionis eorum ab intenso dolore repetenda sit; inde enim turbatur spirituum ordinatus motus; stringuntur undique in corpore fibræ, & tenduntur; simul Uteri, ejusque membranosæ Vaginæ fibrillæ: hinc excernendorum per hæc loca debitus supprimitur fluxus. Unde memorato in casu (non tantum Ratione, sed & Experientia annuenttbus) Opiata, præ cœteris, fausto cum successu exhibentur: ab eorum siquidem usu, cessante dolore; relaxata fibrarum constrictione; & in ordinem restituto spirituum motu, tantum abest, ut suppressus inde sit purgamentorum effluxus, ut e contra auspicato magis, placidius, & copiosius, redeat.

Et quamvis aliqui non infimæ classis Authores hanc medicationem vituperent, & vitent; alii tamen magni nominis Medici, experientiæ innitentes, magnopere celebrant; & ex animo consulunt.

Si quando (inquit Willis, de Febr. cap. 16.) cum Lochiorum suppressione, Sanguinis perturbatio insignis, cum Vomitu, Siti, & Vigiliis adfuerit; sæpe Laudanum Croco admixtum felici successu exhibitum novi.

Si. aliis remediis frustra usurpatis, Lochia adhuc supprimantur, hoc in casu(inquit Sydenham, Epist. ad Cole, p.169.) Laudanum, una saltem vice tentandum. Hinc Laudanum,quantumlibet suapte indole astringat, cum tamen Spirituum perturbationem (a qua solemnis Lochiorum evacuatio fuerat interrupta,compescat,quandoque plurimum juvare, & Emmenagogis nihil proficientibus)Lochiorum fluxum postliminio revocare possit.

Sedulo interim animadvertendum est, quod si telo hoc semel misso, scopum non attingamus, nec sequantur Lochia, Opium nullo modo est repetendum.

Hanc suam Cautionem non de nihilo esse, concedendum est, quoties Partus difficilis, enorme sanguinis dispendium, Spirituum jactura, & Naturæ subsidentia, totalem jam Lochiorum suppressionem, & Febrem putridam, induxerunt.

Cum vero ( viribus mediocriter adhuc conſtantibus ) Catamenia debito parcius effluerent, Laudanum, ſingulis noctibus repetitum, illa acceleraſſe, Vapores Hyſtericos repreſſiſſe, Vigorem ( ultra quælibet Cardiaca ) reſtituiſſe, ſæpenumero obſervavi.

Doſis; cochl. a vj. ad viij. bis in die, ſi caſus repetitionem poſtulaverit.

*Julapii Refocillantis* ℔ j. ß.

℞ Vini alb. Gall. ( vel Rhen. ) ℔ ß. Aq. font. xviij. Succi Limon. recent. expreſſi ℥ ij. Rob. Ribium ℥ j. Syr. e Rubo Idæo ℥ iv. m. & col.

Febrientibus, æſtu, ſitique languentibus, pergratum eſt ſubſidium.

*Julapii Refrigerantis* ℔ j.

℞ Aq. Portulacæ, Borag. Lujulæ ana ℥ iv. Aq. Roſ. Dam. Succi Limon. depur. ana ℥ j. Syr. e Rubo Idæo ℥ ij. m.

Remedium eſt Febricitantibus expertiſſimum; ad ſaburram nempe in ventriculo aduſtam corrigendam; pituitam craſſam incidendam; fervorem Stomachi extinguendum: Sitim inexplebilem alleviandam; & Sanguinis ebullitionem enormem deprimendam. At vero, Ne quid nimis. de Succo enim Limonum ( inquit River. ) hoc notandum eſt, cautum eſſe debere illius uſum; quia frequentius, aut nimia copia exhibitus, Apthas facit in Ventriculo, & excoriationes; unde Lienteria ſuccedit: quod multo magis de Acidis mineralibus dicendum eſt. Dos. ℥ iij. vel ℥ iv. ter in die.

*Julapii Scorbutici* ℔ ij.

℞ Aq. Flor. Samb. ℥ xx. Ap. Raph. comp. Syr. Bacc. Samb. a ℥ vj. Sp. Cochlear ℥ ß. Ol. Saſſafraſs. gutt. iv. m.

Titulus vires incidat. De Scorbuticorum operandi ratione, conſulantur, Cerev. Scorb. Cal. Decoct Scelotyrh. & Elect. Scorb. Cal. Doſis ℥ iv. bis in die.

*Julapium de Sedo.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥ viij. Succi Sedi depurati, Syr. Limon. ana ℥ ij. m.

Potenter refrigerat; ebullientis Sanguinis æſtum coercet; Ventriculum ferventem recreat; Sitim ſedat; Fauciumque ardorem alleviat.

*Ju-*

*Julapii Splanchnici* ℔ ij.

℞ Aq. Ari, Fumar. Fl. Samb. ana ℥ vj. Aq. Gent. comp. Lumbric. Magiſtr. Syr. e 5. Rad. ana ℥ iv. Tinct. Sal. Tart. ℥ j. ß. Sp. Coch. Elix. Propr. Tartariſati, ana ʒ ij. m. His addi poſſunt ( pro re nata ) Salis Chalybis ʒ ij. ut ante in Julapio Chalybeato.

Ventriculi ſuccum acidum, & nidoroſum, corrigit, Phlegma incidit; Tonum ſtabilit: Scorbuto medetur. Sed, quoad ulteriores ejus vires, quas in Viſcerum regione, & Sanguinis maſſa, & Emunctoriorum receſſibus edit, ne Crambem bis coctam apponam, ad Cerevis. & Decoct. Splanchn. Lectorem relego. Doſ. ℥ iij. vel ℥ iv. mane, & quarta pomerid. per aliquot hebdomadas.

*Julapium Stomachicum*.

℞ Vini Xeroenſis, Aq. Cinnam hord. ana ℥ iv. Aq. Ment. Gent. comp. Abſint. comp. Syr. Cydon. ana ℥ ij. Ol. Caryoph. Nuc. Moſc. ana gutt. ij. m. Addi poſſunt Theriacæ Ven. ʒ ij.

Saginam mucaginoſam, & putrilaginem fœdam, Ventriculi plicis, & villis adhærentem, & illum polſuentem, corrigit, incidit, & dimovet; Fibras ejus debiles, & flaccidas, ſale volatili oleoſo perfundit, & roborat; Spiritus hoſpites copioſius eo allicit, & recreat: atque ita Tonum reſtaurat; Calorem nativum reſtituit; Appetitum revocat; Coctionem juvat; Ructus curat; Flatus diſſipat; Nauſeam, & vomitum tollit. Exhibeantur, ad cibi Appetentiam excitandam, ℥ iij. vel ℥ iv. hora j. ante Paſtus, vel Paſtus tempore, vel ad Coctionem auxiliandam, immediate poſt Paſtum.

*Julapii Styptici* ℥ xij.

℞ Aq. Plantag. ℥ vj. Aq. Sperm. Ranar. ℥ iv. Syr. e Coral. Comp. ℥ ij. Terræ Japon. Croc. Mart. aſtring. ana ℈ ij. Sacch. Saturni gr. vj. Laud. liq. gutt. 40. m.

Sanguinis turgeſcentiam inordinatam compeſcit; ejuſque impetum male ſanum cohibet: Serum nimis acrepræcipitando corrigit; auſteritatemque in ferendo, ejus eruptionem prohibet, tandemqne hiatum, & aperturam vaſorum occludit. Conducit in Hæmorrhagia narium; Hæmoptyſi; Hæmorrhoidum; & Menſium fluxu; Mictuque cruento. Dentur ℥ iij. bis, terve in die.

*Julapii Succinati* ℥ xij.

℞ Aq. Petroſel. & Fœnic. ana ℥ iv. Aq. Lumbric. Magiſtr. Raph. comp. ana ℥ j. Syr. e 5. Rad. ℥ ij. Sal. Succini ʒ ß. m.

In Anaſarca ( non vero Aſcite ) plurimum poſſunt Aperientia, Diſſolventia, & Diuretica; Oritur enim hicce Affectus, quatenus Lympha morboſe redundans in partes fibrilloſas ( quæ canaliculatim per totum corpus ſunt undique diſpoſitæ ) ſuffunditur; atque propagatur, & augetur, quatenus Lympha iſta in craſſamentum gelatinoſum concreſcens, obſtructioneſque figens, ulteriori adhuc lymphæ affulentis ſuffuſioni occaſionem præbes. Ideoque, quæcumque poſſunt iſtiuſmodi gelatinam eliquare, e fibrillis extrudere; in maſſam circulantem reducere, & per Urinam denique ablegare, magnæ eſſe efficaciæ, & utilitatis, liquido pateat: Hoc vero opus, cum a ſolis Aperientibus, & Volatilibus Diureticis expectandum ſit, præſens Julapium contra Hydropem ( dummodo carnes ipſas dumtaxat afficit, & non in Abdominis cavo devenitur ) multum levaminis afferre ſolet. Catharticis debitis intercalatis; propinentur ℥ iv. ter in die.

*Julapii Volatilis* ℔ j.

℞ Vin. Canar. ℔ j. Aq. Cinnam. ℥ ij. Sem. Fœnic. dulc. Carui, ana ʒ ij. Nuc. Moſc. Cubeb. Cardam. ana ʒ j. Caryoph. Croci, ana ʒ ß. Digerantur Hypocauſti calore hor. j. col. adde Syr. Balſam. ℥ ij. Spir. Lavend. comp. Spir. Sal. Armon. ana gutt. octoginta m.

Non immerito Stomachicis, Cardiacis, & Cephalicis acceſetur; ſiquidem ventriculum maxime confortat; Sanguinem blande exagitat; & Spiritus æquabiliter expandi facit.

1. *JusculumCancrorum Fluviatilium.*

℞ Cancros fluviatil. Num. 100. Contundantur vini; dein coq. in Aq. ℔ iv. ad ℔ ij. ß. Sub finem adde Mac. fol. ij. Nuc. Moſc. raſ. N. j. Vini Malacens. ℔ ß. col. Abſorbeatur hauſtus, bis in die.

2. *Jusculum Cancr. Fluviatilium.*

℞ Caudas xx. Cancr. fluviatil. Rad. Eryng. cond. ℥ j. Cruſtam Panis albi, Paſſul. exacin. ℥ ij. Glycyrrh. ʒ iij. coq. in Aq. font. ℔ iij. ad ij. f. col.

Sumatur ad ℥ iij. aut ℥ iv. ter in die. Eodem modo paratur Juſculum Limacum, & Lumbricorum.

Tan-

Tanta, Gammaris, Cancris, Aſtacis, & Squillis, ineſt Edulcorandi vis, ut Aceti ipſius aculeos manifeſte obtundant: & intra corpora noſtra aſſumpti, Stranguriæ acrimoniam mire tollunt. Ideoque in Febre Hectica, exinde orta Atrophia, ubi maſſa Sanguinis ſucco alibili, blando, ſubdulci, & oleoſo privata, acris eſt, fervet, & Nutritionis penum nimis parcum, aut depravatum, ſuppeditat, hujuſmodi Juſcula apprime reperiuntur utilia. Aliquibus etiam prædicantur ad præcavendum Abortum.

*Juſculum Conſummatum.*

℞ Caponem (eviſceratum, & in fruſtula concis.) Num. j. Ped. Ovil. & Vitul. ana Nu. iv. Raſ. CC. Eboris ana ℥ ß. Lig. Sant. citr. ℥ iij. Dactyl. Nu. xx. Paſſul. ℥ iv. Hord. perl. ℥ j. coq. in Aq. Cong. j. ad ℔ iv. ſub finem addendo Flor. Bellid. maj. Herb. Tuſſilag. Capil. Ven. Pulmonar. macul. ana M. j. Mac. fol. ij. Nuc. Moſc. Nu. j. Vini Malacens ℔ j. col.

Commodiſſime præſcribitur Valetudinariis; e Morbo longo emaciatis reconvaleſcentibus; & Phthiſicis, ubi Vires languent, & Nutritio plenior requiritur; nec tamen Ventriculus ſolidis cibis concoquendis par eſt: minimo enim cum negotio coquitur; facile diſtribuitur; cito agglutinatur; nec a calore partium ſtatim diſcutitur. Inſuper, iſtiuſmodi mollem, roridum, & glutinoſum ſuccum ſuggerit; qui particulas ſanguinis ſalinas, aſperas, duras, & efferas demulcet, quaſi viſco oblinit, emollit, & compeſcit, ne per corporis meatus impetuoſius delatæ, & duriter affricantes, partium ſolidarum ſubſtantiam prædentur, & abripiant. Concedatur largus hauſtus bis, vel ter in die.

*Juſculum Galli.*

℞ Rad. Ering. cond. ℥ ij. Rad. Chinæ, Scorzon. Paſſul. Corinth. Dactyl. ana j. Raſ. C. C. Ebor. ana ℥ ß. Sem. quat. frig. maj. ana ʒ ij. Capil. Vener. M. ij. Cruſtam Panis albi veteris, Gallum (ſtrangulatum, deplumatum, eviſceratum, & probe contuſum) coq. in Aq. Hord. ℔ vj. ad ℔ iij. Col. adde Vini Canar. ℔ j. Elect. Saſſaf. Succi Chermes; ana ℥ ß. Syr. Balſ. q. s. m.

*Juſculum Phthiſicum.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ iv. Rad. Symph. maj. ℥ ij. Raſ. C. C. ℥ j. Capil. Vener. M. j. Pulmonar. macul. M. ij. Plantag: M. ß. Paſſ.

maj.

maj. ℥ ij. Dactyl. N. iv. coq. cum Pullo Gallinaceo, & Fruſtulo Colli Vervec. & Micæ Panis albi. ℥ iij. in Aq. q. s.

Poſt coctionem, colaturam, & pinguedinis ablationem, ſumatur ſcutellum, bis, terve, in die.

*Lapis Alexiterius.*

℞ Succini, Coral. rub. ana ʒ ß. Antimon. diaphor. Rad. Contray. Ocul. Cancr. ana ʒ j. Chel. Cancr. ℥ ß. Pulv. ſuper Porphyritim lævigandus, qui Gelatina C. C. exceptus, form. in Globulos. Addi poſſunt Amb. gris. gr. xij.

*Lavamentum Hydrophicum.*

℞ Sp. Vini rectif. ℥ iij. Sp. Lavend. ℥ j. Pil. Coch. maj. ℥ ß. Opii crudi ʒ ij. m. pro Lavamento.

Per ſe uſurpari poteſt, vel (quod melius) miſceatur cum æquali quantitate Ol. Fl. Sambuci per Infus.

Efficax habetur Remedium contra Tumores Aquoſos; Abdomen puerorum tumidum; & Fedes Hydropice tumefactos, ſi bene inungantur Partes, coram igne luculento, bis in die. Neque ullum erit Gangrænæ periculum ex hujus uſu; quoniam (ob particulas ſpirituoſas) calorem nativum fovet; Poros partium aperit; & Lympham viſcoſam, ſtagnantemque, aut expirare facit, aut circulanti ſanguini reſtituit. Ita Communicator.

*Laudanum Hyſtericum.*

℞ Laud. Lond. Aſſæ fœt. ana gr. ij. Ol. Succini gutt. j. m. f. Pilulæ ij.

*Linimentum Cephalicum.*

℞ Ol. Nuc. Moſc. expreſs. & Ol. Palm. ana ʒ j. ß. Ol. Caryoph. Roriſmar. Salv. ana ℈ j. m.

Ad Capitis debilitatem, dolorem, hebetudinem, Affectus frigidos, pituitoſos, & Catarrhoſos. Utrum vero externe applicata, Cerebrum ipſum afficiant, nec ne, equidem dubito; illud enim intra Cranium (quaſi pixidem oſſeam) adeo ſecure, & strictim includitur, ut cum Pericranio vix ullam habere communicationem ſuſpicer: Utut vero iſta res ſe habuerit, multi tamen poſſunt eſſe Pericranii primario affecti caſus, qui externorum uſum permittunt, & poſtulant. Atque licet materia Catarrhi non defluat e Cerebro; nihilominus Defluxionum origo fere a Sincipite, & e ſummo Vertice ducitur, in quo humor extra Calvariam, & ſubter Cutim, con-

congeri solet, qui per Pericranium in adhærentem membranam destillat; ac demum in Oculos, Aures, Maxillas, Cervicem, Dentes, Uvulam, &c. irruit.

Nil mirum vero, tenues hosce Humores ita descendere posse; cum Sanguini etiam ipsi (quando ob contusionem, & vasorum rupturam ibi suffunditur) meatus sat facile patent. Ita enim Meekren in Epist. ad Barbette.) In aperto Cranio P. Jacobi, sententiam Tulpii veram inveni; In Vulneribus nempe Capitis sanguinem per Aures copiose sæpius affluentem, a superiori Capitis parte, sensim intra Cranium, & Pericranium descendere; sicque simul spatium, quod est inter Os Parietale, & Petrosum, intrare: inde ulterius transcolari (quasi per cribrum (in meatum auditorium.

*Linimentum Frontale.*

♃ Ung. de Alabastro ℥ ij. Ol. Ros. ʒ vj. Opii. gr. xxvj. Camph. gr. viij. Ol. Nuc. Mosc. gutt. iv. m.

Fronti, & Temporibus adhibeatur, ad Somnum conciliandum, & Cephalalgiam demulcendam. Locum habet vero, non quando causa est in Cerebro ipso, sed in partibus dumtaxat Externis: atque de eo certi sumus, si Frons multum caleat, & Dolor sit pulsatilis.

*Linim. Hæmorroidale.*

♃ Ung. Popul. ℥ ij. Ol. Ovor. ʒ vj. Sacch. Saturni ℈ ij. Opii gr. viij. Ol. Succini gutt. xvj. m.

Hæmorrhoides cæcæ fiunt, propter mucosam, crassam materiam, stagnantem, vasa obstruentem, & circulationem prohibentem; exindeque necessario Tumorem, Tensionem, Inflammationem, & Dolorem, excitantem. Atque hoc Linimentum ideo multum prodest, quod attenuat, discutit, dolorem sopit, inflammationem sedat, & vasa varicosa, ad justum tenorem contrahendo reducit.

*Linimentum Laterale.*

♃ Ung. Dialth. ℥ vj. Ol. Lil. Ol. de Later. ana ʒ iij. Cam. ʒ ß. m.

Lævigat, lubricat, & in ordinem componit fibrillas, quæ (ob spasmos dolorificos) tensas, rigidas, & confusa serie corrugatas se habentes, canaliculos internos torquendo depravant, & spiracula cutanea stringendo obserrant, Dein porro, liquat, exagitat, & discutit lympham gelatinosam, minu-

minutissimos patium transitus obstipantem, Cruoris præpedientem, & inflammationem inducentem. Atque his modis; cum poros aperit, circulationem restituit, inflammationem tollit, & dolorem sedat, summe conducat, necesse est in cruciatibus lateralibus, quando Musculi præsertim & partes externæ afficiuntur. In Vera autem, interna, membranosa Pleuritide, & Peripneumonia, numquam, vel minimum quid opis attulisse, adhuc memini: neque eo usque pertingere posse, verisimile est. Pannus VVallicus, hoc calido imbutus, super locum dolentem applicetur; & illinitio bis in die repetatur.

Antequam Linimentis, aut Inuctionibus utamur, conducet, fovere partem spongia, Decoctis attenuantibus, & discutientibus imbuta; ut & Inunctiones altius penetrent, & materia, ab actuali, & potentiali calore attenuata, aut per se dissipari possit, aut medicamentis e corpore educatur.

*Linimentum Paralyticum.*

♃ Ung. Martiati ℥ ij. Petrol. Ol. Spicæ, ana ʒ iij. Pul. Euphorb. ℈ j. Ol Succini ʒ j. ß. Ol. Rorismar. ʒ ß. m.

Membrum resolutum hoc Linimento fortiter affricetur bis, terve quotidie; ad Nervos sc. succo viscido obstructos deobstruendos; & Spirituum irradiationem redintegrandam, ad Fibras, laxe conniventes, in ordinem vindicandas; & tensionem rite tonicam iis conciliandam; atque ad sanguinis cursum per partem promovendum; & Calorem naturalem resuscitandum. Summe notandum vero, aliquando usuvenire, partem Paralytice affectam, ab intense nimis calidis, rigidam contracturam, cum maximo ægrotantis damno, pati: Idque tunc præsertim evenire duxi, cum temperamentum adest calidum; & Resolutionis causa, non in parte resoluta ipsa, sed in Cerebro, aut Membro longe dissito subsistit; unde pars satis ex se sana, & rite conformata, solummodo per Ecclypseos modum patitur: in isto enim casu, si immoderata, & ultra quam partis temperies ferre potest, adhibeantur calentia, & exsiccantia, Fibras motrices torrendo, siccando, & contrahendo, spiritusque insitos dissipando. noxam illis ægre curabilem inferre queunt; ad Motum quippe illæ omnino sunt ineptæ, nisi molles, flexiles, humidæ, & lubricæ perstent. *Li-*

*Linim. Spinale.*

℞ Urinæ sanæ, Vini Moscatel. Ol. e Ped. Bov. ana ℥ ij. Sperm. Ceti ʒ ij. Mac. ʒ j. cop. ad ℥ iv. & col.

Ad Rachitidem quidam hoc habuit pro Secreto, quo Spinam Dorsi, a Nucha primum ordiendo, atque deinceps successive descendendo, confricare solebat. Quoniam hic morbus a Medullæ Spinali obstructione, & debilitate oritur, Unguenta corroborantia, & Aperientia, proficua: sed quoniam Infantes solummodo tenellos, & carne flaccida donatos, invadere solet; non impense calida in usum duci debent.

*Linimentum Volatile.*

℞ Ol. Amy. dulc. ℥ j. Spir. Sal. Armon. q. s. ad consistentiam continua agitatione in mortario marmoreo perfecte uniantur.

Mire penetrat; & valet ad frigus, laxitatem, obstructionem, dolores partium nervosarum.

*Lintea Somnifera.*

℞ Opii ʒ j. Dissol. in Aq. font. ℔ ß. Huic Lintea mollia intinge, & sicca, ad tertiam vicem.

Deinde ℞ Aq. Regin. Hungar. ℥ iij. Spir. Lavend. comp. ℥ j. Ol. Nuc. Mosc. Carioph. ana gutt. xvj. Ol. Rhod. gutt. ji. m. & huic intinge eadem Lintea; & sicca.

Fronti Linteum alligetur: &, si Somnus justo longior acciderit, Frons lavetur cum Aceto, vel Spiritu Sal. Armon.

*Litus Aluminosus.*

℞ Pulv. Alum. crudi, & usti ana ʒ ij. Boli, Ter. Japon. ana ʒ j. Ol. Sassafr. gutt. vj. Mel. Ros. q. s. m.

Ad Gingivas Scorbutice affectas, putridas, flaccidas; fungosas, cruentas, minusque dentibus adhærentes.

*Litus ad Aphtas.*

℞ Sperm. Ceti ℈ ij. Ol. Nuc. Mosc. expr. ℈ j. Butyri recent. sine sale ℥ ß. Vitel. Ov. Nu. j. Cretæ albæ lotæ ʒ j. Mel. Ros. q. s. m. f. Litus.

*Litus Facialis.*

℞ Fell. Bov. Nu. iij. Sp. Vin. rect. ℔ iij. Extrah. Tinct. quæ ad Mellis consist. exhal. Tum dissolve totum Extractum in Succi Limon. ℥ ij. Adde Mercur. dulc. pul. ʒ iij. Sal. Vitrioli ʒ ij. Borac. Ven. ʒ j. Fœcul. Ar. ʒ j. ß. Digere ad Solem. 4. dies; f. col. quæ exhalet ad Mellis consistentiam.

Ad

Ad Maculas, Ephelides, Lentiginem, Ruborem, Puſtulas, Guttam Roſaceam; Faciei quæcumque deturpamina, illinatur pars, ter in die.

*Litus Infantum.*

℞ Aq.Roſ.Dam.℥ ij.Vitel.Ov.Nu.j.Sacch.alb.cribellati q.s.m. Ad Oris eroſiones, & Aphthas.

*Litus Joelis.*

℞ Ærugin.ʒ j. Mel. Roſ. ʒ. j. Aceti ℥ ß. Ad Aceti conſumptionem coquantur; iisque per ſe refrigeratis, admiſceantur pul. Alum. uſti ℈ ij. Maſtic. Thur. Myrrh. ana ℔ j. m.

Ad Gingivas ulceroſas, & putridas, poſt lotionem cum Gargariſmo (e fortioribus, & putredini reſiſtentibus parato) petia huic calenti intincta, partibus aliquoties applicetur.

*Litus de Lacca.*

℞ Pul. Gum. Laccæ ʒ i. ß. Boli Arm. ʒ j. Alum. crudi, & uſti ana gr. xv. Aq. Regi Hungar. ʒ j. ß. Tinct. Benzo. ʒ ß. Mel. Roſ. col. q. s. m.

Ad Dentes carioſos, & Gingivas purulentas.

*Lixiv. de Calce.*

℞ Ciner. Abſint. ℥ xij. Aq. Calc. Vin. alb. ana ℔ iv. Infunde levi calore xij. horas, & liquor ſæpe per pannum VVallicum tranſcolando depuretur.

Sanguinem Sale muriatico abundantem corrigit, & Diureſin promovet. Valet ad Hydropem, & præſertim in Phthiſi, ubi pedes tument.

*Lixivii Hydropici* ℔ iv.

℞ Ciner. Geniſtæ, & Cort. Fabar. ana ℥ ij. Succi Petroſel. ℥ iv. Vini alb. ℔ iv. s. ℔ xiv. col: adde Sal. Tart. ʒ j. Lig. Saſſaf. ℥ j. Bacc. Lauri, Junip. Sem. Dauci Sylv. Sinap. Cymini, & Aniſi contus. ana ℥ ß. Infunde frigide 2. dies. Col. adde Aq. Raph. comp. ℥ iv. m.

Ebibantur ℥ iv. bis in die, ſingulis Doſibus addendo Spir. Cochl. gutt. xxx.

*Lohoch de Allio* ℥ ij.

Lohoch. ſan. ℥ j. ß. Allii cond. (ſecundum Pharm. Bat.) ℥ ß. Gum. Ammon. (Vino albo ſolut. & col.) ʒ j. Pul. Ari comp. & Myrrhæ. ana ʒ ß. m.

Materiam craſſam: Bronchiorum tubis, quinimmo & Tra-

Tracheæ vesiculis ultimis impactam, potenter incidit; illamque dein, Fibras motrices pungendo, ( Tussimque provocando ) fortiter exterminat. Allium enim particulis acribus, volatilibus, tam mire penetrantibus, omnia pervadentibus, & stimulantibus donatur, ut ejus odorem ( inquit Bonuet ) exhalando, Fonticulos pervadere, & eorum labra incidendo vellicare, comperiamus. Et ( observante Lovvero ) si Emplastra ex Allio contuso Pedum plantis applicentur, Oris halitus Allium spirabit. Hoc vero remedium minime convenit, ubi datur Catarrhus tenuis acris; Sputum cruentum; Constitutio calida: Sanguinisve, aut Præcordiorum æstuatio.

*Loboch Anginosum.*

℞ Alb. Canis subtiliter pulv. & creti ℥ j. Mell. liqu. col. ℥ iij. vel q. s. Spir. Sal. Armon. q. s. ad acorem intensum m. & quoties acor iste exhalando perierit, addatur denuo Spiritus.

*Loboch Apophlegmatici* ℥ iv.

℞ Syr. Hyssopi ℥ ij. ß. Ol. Amy. dul. ʒ j. Ol. Anisi gutt. ij. Tinct. Myrrhæ ʒ i. Pul. Rad. Ireos Florent. ℈ iv. Flor. Benzo. ℈ ß. Pul. Nicotianæ gr. iv. Spir. Sal. Armon. gutt. xvj. m.

Partes pungendo, Salivam limpidam alliciendo, Pituitam crassam incidendo, Glandulas exonerando, & vias lubricando, Phlegma viscidum e Gulla educit: atque usui est, quandocumque Uvula, Parotides, & Gulæ partes internæ tument; Saburra mucosa aggravantur; & quando excreatus fuerit provoſandus, & Tussis deficiens arte revocanda.

*Loboch Asthmatici* ʒ iv ß.

℞ Syr. Hed. terr. De Prassio, ana ℥ j. ß. Oxym. simpl. ℥ j. Pul. Ari comp. Rad. Ireos, Gum. Ammon. ( Aq. Cinnam. sol. & col. ) ana ʒ j. Elix. Propr. ( cum Ol. Sulph. parati ) ʒ ß. Flor. Benzo. g. xij. m.

Viribus insignitur iisdem, ac illud de Alio: nempe potenter incidit; Tussim provocat; & expectorat; hoc vero obtinet privilegii, quod Sanguinis massam non exacuit, aut accendit; atque id propter, crasi calida constitutis, & actu febricitantibus ( uti sunt Asthmatici ) magis est idoneum.

*Loboch Balsamici* ʒ iij.

℞ Bals. Tolut. Pulv. & solut. in Vitello Ovi ) ℥ ß. Loboch. san. ʒ j. Bals. Peruv. gutt. iv. Syr. Tussilag. q. s. m.

In-

Integre possidet omnes illas dotes; quæ de Electuario Balsamico supra memorantur; hoc tamen cum electuario quod, quoniam palato longe magis gratificatur, delicatulis nauseantibus, & Copalivi amarorum horrentibus, commodius offertur.

*Lohoch Bechicum.*

℞ Troch. Bech. nig. pulv. & cribrat. ʒ ij. Lohoch san. ℥ ß. Syr. sujub. q. s. m.

Acorem obtundit; irritationem sedat: oblinit, lubricat, incrassat, & maturat. Tunc præsertim ex usu est, cum Serum acre, & tenue, e glandulis extillans, Laryngem continuo titillat, & Tussi perpetim recurrenti crudeliter fatigat.

*Lohoch Commune.*

℞ Troch. Bech. alb. pul. ʒ iij. Ol. Amygd. dulc. Syr. de Alth. a ℥ j. ß. m.

Partes Gulæ, æstuantes; torrefactas, & asperas, magis refrigerat, aumectat, & lubricat, quam superius illud Bochicum, momento minus autem oblinit, incrassat, & maturat. Febricitantibus, Gullæ asperitate, deglutiendi difficultate; aut Raucedine affectis; item Tussi, a materia, medio modo inter crassam, & tenuem constituta; vexatis, utilissime præscribitur.

*Lohoh Enulati ℥ iv.*

℞ Pul. Rad. Enulæ, Ireos Florent. Glycyrr. Terræ Japon. ana ʒ. ij. Ol. Anisi gutt. ij. Syr. de Mecon. ℥ iij. vel. q. s. m.

Mixto modo operatur; sc. primo materiam in Gula aggestam attenuat, & educit; deinde irritationem sedat, ulterioremque seri acris extillationem refrænat; atque tunc præcipue indicatur, quando materia Catarrhalis lente defluit; & aggestionis potius, quam acoris, ratione. Tussim excitat: qualis est ista Tussis, quæ mane potissimum repetere solet, & saburra aggravante plenarie evacuata, per totum diem inducias concedit; neque multum inde amplius ante fatigat, quam nova colluvies, ad turgescentiam deposita, eam denuo resuscitet.

*Lohoch Kaly ℥ ij.*

℞ Pul. Haly recens parati ℥ ß. Diacodii q. s. m.

Potentissime incrassat, Acorem obtundit, partes demulcet, & titillantem Tussim secat; atque ita Catharrho tenui præcise appropriatur, Phthisicis quidem con-

fert

fert, non diffitear; illud vero secundario tantum, quatenus nempe Tussim gutturalem placet, quæ, continua successatione, Pulmones alias exagitare, & (antliæ in modum) serum acre in eos attrahere solet; non vero primario Pulmones afficit, in quos descendere nequit. Aspera enim Arteria, quadam Naturæ providentia, nervea membrana, tam exquisiti sensus intus cooperitur, ut nihil omnino (præter aerem) ne guttulam quidem aquæ limpidæ, nedum vel Salivæ ipsius (quamvis congeneris adeo liquoris) absque gravi molestia, & renitentia, aemittere possit; eamque statim totis viribus, & strangulatoriis nexibus, rejicere conetur. Ratum ergo habeatur, quod nullum Eclegma, neque quicquam aiud medicamenti (præter Vaporer, & Suffitus) in Pulmones direĉte, & immediate convehitur; & quodcumque remedium eos maxime afficit (uti Balsamica, & Volatilia) mediate solum, & per Sanguinis curriculum (neque Natura aliam novit viam) in Euĉtus Tracheales suffunditur.

*Lohoch Hæmoptoicum.*

℞ Aq.Ros. Damasc. Aceti acidissimi, ana ℥ß. Album. Ovor. conquassat. N.ij. Syr. Boy. ℥ j. Inter commiscepdum in mortario, sensim adde pulv. Amyli q. s. ad consistentiam debitam. m.

*Lohoch Japonicum.*

℞ Pul. Ter. Japon. ʒ ij. Album. Ovi conquass. ʒ vj. de Symph. q. s. m.

Optime meretur adversus Hæmoptoeo; Sanguinem enim refrigerat, & incrassat; Tussim catarrhalem, Pulmones lacerantem, sistit; vasoeumque ora rupta, & dehiscentia, claudit, & obsignat,

*Lohoch Incrassans.*

℞ Pul. Rad. Alth. ʒ iij. Flor. Suph. ʒ j. Gum. Arab. pul. ʒ ß. Alb. Ovi conquass. ℥ j. Syr. Alth. q. s. m.
Egregie prodest in omnibus Defluxionibus calidis; tenuibus, acribus, & salsis, in Asperam Arteriam suffusius, & tussi continua insomnium creantibus.

*Lohoch. Lævigans.*

℞ Syr. Alth. Alb. Ovi couquars. a ℥ j. Sacch. penid. ℥ ß. m.
Febricitantibus, contra Linguæ, fancium, & Gutturis æstum, siccitatem, scabritiem, rigiditatem, excoria-

tionem, & dolorem, a Salivæ, vel deficientis, vel depravatæ, culpa ortas, ſolatio est insigni, & adjumento.

*Lokoch de Lino.*

♃ Ol. Lini recens. expres. Pul. Sacch. candi. albi, Syr. e succ. Hed. terr. ana ℥ ß. Pul. Ireos Florent. ℥ j. Flor. Sulph. ℥ ß. Tinct. Gum. Ammon. gutt. xij. Ol. Anisi gutt. iv. Sal. CC. volat. gr. vj. m.

Phlegma crassum incidit; expectorat: & optime inservit adversus Pleuritidem, & Orthopnœam.

*Lohoc Lucatelli.*

♃ Cons. Ros. rub. ℥ ij. Cons. Fruct. Cinosb. ℥ j. Bals. Lucatel. ʒ iij. Syr. e Symph. q. s. m.

Quamvis Flegmatum descensum immediatum in Pulmones supra pernegaverim; eorum tamen in eos (mediante sanguine) admissionem animitus astruxit hicque jam subnectere libet, omnia vera Pulmonica ex ejusmodi particulis constare, quæ, in cruorem suffusæ, a massa sanguinea subigi, & assimilari nequeunt; & quia non miscibiles sunt, denuo statim exterminatæ ex Arteriis Pneumonicis, in Ductos Tracheales penetrant; ibique varie, pro varia qua pollent, indole, operationes edunt: ita Volatilia incidunt, aperiunt, stimulant; & Balsamica, Tubercula discutiunt, & distentiones, rupturasque sanant. Sed speciatim, ut de hujus Balsamici Linctus virtutibus breviter dicam, Tussim gutturalem, Pulmones exagitantem, & lacerantem, sistit; Vesiculasque Tracheales tumidas, tensas, & læsas, detergit, & sanat.

*Lohoch. Mucilaginosum.*

♃ Sem. Psylli, Cydon. ana ʒ j. ß. Decoq. in Aq. Ros. q. s. ad Mucilaginis extractionem; col. ℥ iv. adde Alb. Ov. conquass. Nu. j. Sacch. candi. albi pulv. ʒ v. m.

Hoc viribus æquat, forsan & superat, supradictum Lohoch Lævigans.

*Lohoch Myrrhisatum.*

♃ Myrrhæ pulv. ʒ ij. Croci ℈ ß. Nuc. Morc. ʒ ß. Mellis ℥ ij. m.

Fido huic Thoracico concessum est, ut (mediante sanguine) ad intima Pulmonum penetralia prompte admittatur; ibique materiam crassam, impactamque resolvat; putredinosam corrigit; tubulos, & vesiculas detergat; tubercula dissipet; excoriationes, minutiasque,

que, & continui solutiones sanet; totos Pulmones balsamo condiat; fibrisque tonum, roburque imperriat. Phthisicis, ( ut compendio agam ) primo adhuc stadio versantibus, optatissimum est, præstantissimumque profecto remedium.

*Lohoch Oleosi* ℥ iv. ß.

♃ Ol. Amygd. dulc. Syr. Capill. Vener. ana ℥ j. ß. Pul. Sacch. canvi. albi creti ʒ j. Glycyrrh. ℥ ß. m.

*Lohoch de Olibano.*

♃Pul.Olib.ʒj.Fl.Balaust.℈ j.Mel.Ros.℥ij.Sp.Vitrioli q.s.m. Faucium,& Gulæ excoriationibus sanandis commode inservit.

*Lohoch Peruvianum.*

♃ Lohoch sani ℥ j. ß. Bals. Peruv. ʒ j. Vitel. Ov. ʒ iij. m.

*Lohoch Pleuriticum.*

♃ Syr. Papav. errat. Ol. Lini ana ℥ ij. Ol. Anisi gutt. ij. Sacch. ʒ ij. m.

Idoneum est in vera Pleuritide, & Peripneumonia: (anhelitus difficultate, & sputo cruento comitata ) dolorem lenit: aperit, vias lubricat, & expectorat.

*Lohoch Puerperarum.*

♃ Sperm. Ceti ʒ ij. Pulv. Bals. Colut. ʒ j. Bals. Peruv. Tinct. Benzo. ana ʒ ß. Vitel. Ov. Nu. j. Sacch. candi. albi cribellati ℥ ij. Syr. Alq. q. s. m.

*Lohoch ad Raucedinem.*

♃ Sperm. Ceti ℥ ß. Sacch. albi ℥ j. Optime simul contusis in mortario, sensim adde Syr. Bals. ℥ iij. q. s. m. a.

*Lohoch Rubrum.*

♃ Cons. Fruct. Cynosb. ℥ ß. Syr. Bacc. Samb. Ol. Amygd. dulc. ana ℥ j. m.

Elegantissimum visui, & jucundissimum gustui, hoc Lohoc, Fauces, & Gulam, torrefactas, asperas, rigidas, contractas, fere combustas, rimis, fissuris, & excoriatione affectas, grato mucore obducit; oleositate leni imbuit; Sapores, in ore perceptos, odiosos obliterat; Salivæ acrimoniam minuit; Sitim fallit; partes reddit lubricas, & flexiles, Deglutitionemque facilitat. Memini cujusdam, Variolis misere decumbentis, qui avidissime hunc Linctum devorabat; tamque ardenter illi inhiabat, ut sine suo Aureo remedio ( quo titulo illum honestabat ) se vivere non posse, claman-

ter, sæpe, & urgenter, profiteretur. Novi etiam infantulam, unum annum natam, tussi violentissima, ad internecionem fere confliꝛantem, hoc unico Linctu, cito, & perfecte curatam.

*Lohoch de Spermate Ceti* ℥ iv.

℞ Toch. Bech. albi. Sperm. Ceti ana ʒ j. ß. Ol. Amygd. dulc. Syr. Balsam. ana ℥ j. Cons. Fruv. Cynosb. ʒ vj. m.

Felici cum successu exhibetur ad Tussim Catarrhalem ferinam, quæ acerbam Pectoris teneritudinem, & excoriationem indxuit. Acorem namqne obtundit, partes lubricat; & mirifice sanat.

*Lohoch Stypticum.*

℞ Syr de Symph. Ol. Lini ana ℥ j. Croc. Mart. astring. ℈ j. Sacch. Saturni ℈ j. Sacch. candi. albi pul. ʒ j. ß. m.

Ad Vomitum Sanguinis, Sputumque cruentum, apprime utile. Cautiones vero circa Astringentium usum in Hæmoptysi, vide sub titulo Infus. Ros. Comp.

*Lohoch Viride.*

℞ Sapon. Ven. ras. ℈ ij. Ol. Amig. dulc. Syr. Viol. ant. ℥ j. m.

Laryngem irritando, Tussim provocat; & (ultra omnia fera, quibus dicatur Respublica Medica) vias lubricat, & Excreationem facilem, promptam, & expeditam, reddit.

*Lohoch Vitellinum.*

℞ Sper. Ceti ʒ ij. ß. Subigatur in mortario cum Vitel. Ol. Nu. j. & adde s. a. Ol. Amygd. dulc. Syr. Alth. ana ℥ j. m.

Usui est contra Oris, & Linguæ æstum, siccitatem, erosionem, fissuras: item contra Tussim catarrhalem, & Raucedinem, cum fructu præscribitur.

Atque hic, ad calcem Eclegmatum, Notatiunculas quasdam de Pectoralibus, forsan non omnibus passim clare, distincte perspectas, nec Practicantibus omnino observatu inutiles, libentissime subnectam.

Primo. Dulcia, Mucilagiosa, Incrassantia, licet Excreationem Pituitæ e Gula ipsa juvare possint; licet etiam Sanguinem molliorem reddat; Humoresque ad Maturationem, & Evacuationem disponere queant; Nil tamen omnino (proprie loquendo), e Thoracis profun-

do

do exhaurire valent: atqne ideo, quoties Sanguis est effœtus, & in Pulmonibus subsistit saburra crassa eliminanda; perperam, & pessime prorcribuntur: Sanguinem enim mucoso, gravique chylo ulterius inquinabunt; Pulmonesque ipsos copiosiori adhuc recrementorum collivie refercient.

Secundo. Acria stimulantia, quæ in Pulmones non vere descendunt; sed solummodo Laryngem titillando, pungendo, & irritando, Tussim excitant; exindeque Pulmones per consensum exagitando, humores ex iis secundario excutiunt; hæc, inquam, materiam dumtaxat fistulis pneumonicis laxe fluitantem exantlant: atque ideo frustra tentantur, quoties materia copiosa, ac tenax Bronchiis, & Vesculis adest impacta: quinimmo & sæpe damnose usurpantur, quia Pulmones inutiliter fatigant; eorumque tonum necquicquam labefactant.

Tertio. nulla dantur (proprie dicta) Expecturantia, præter Volatilia, & Balsamica: atque hæc; non directe per Trachcam delapsa, sed per Sanguinem circulantem avecta, in Pulmonum vasa, & intimos recessus, suffunduntur; eaque sola penes est Phlegma tenax, & materiam purulentam, gypseampue, e Bronchiis e Vesiculi, & Tuberculi crudis submovere, & exterminare: atque ideo, ubicumque conjectura Medicus assequitur, Phthiscos veræ fundamina cuipiam jam in Pulmonibus jacta esse: futilibus aliis quibuscunque post habitis, nis a primario, & præcipue insistendum esse, usus postulat; atque ille, qui secus fecerit, Experientiæ scutica sero percutietur.

*Lotio Aromatica.*

♃ Sal. Tart. ℥ ℔. Lig. Sassaf. ℥ ij. coq. in Aq. font. ℔ v. ad ℔ iv. col. adde Herb. Serpil. Majoranæ, Rorismar. Lavend. ana M. j. Sem. Sinap. g. ß. N. Mos. ana ʒ j. ß. Caryoph. ʒ j. Infunde super ignem duas horas, in vase clauso.

Col. calica, vel cum panno (aut Spongia) Capiti applicetur, vel per clepsydram, (aut gutturnium) Capiti instilletur, vacuo ventriculo, Et lotione peracta, pannus, Linimento Cephalico illitus, ac Thure accenso fumigatus, Capiti adhibeatur.

Ad Affectiones Capitis frigidas.

*Lotio Camphorata.*

♃ Camph. incis. ʒ ij. Teratur in Mortario vitreo, sensim affundendo Succci Limon. ʒ j. Dein adde Vini

albi ℔ j. Coletur; & Camphora residua, petia ligata, in vitro suspendatur.

Ad Faciei Maculas, & dehonestamenta discutienda.

*Lotio Cephalica.*

℞ Fol. Lauri, Herb. Beton. Verbenæ, Majoranæ, Rorismar. Lavend. ana M. ij. coq. in ℔ xiv. ℔ iv. ad ℔ iv. sub finem addendo Caryohyl. Nuc. Mosc. pul. ana ʒ ij. col.

Vires petantur e Linimento Cephalico; potentius vero discutit, & per Diaphoresin evacuat. Domina quædam perhonesta mihi retulit, se tribus suis liberis balbutientibus Lotionem Cephalicam frequenter adhibuisse; exindeque factum esse ut (Vocis Organis, prout visum, roboratis) inhæsitanter, & recte, postea loquelam edere potuerint. Spongia huic immersa, & expressa, Caput rasum calide foveater, per horæ quadrantem, pro vice, horis matutinis; rigoris inde susceptionem diligenter cavendo.

*Lotio de Cerussa.*

℞ Cerussæ ℔ ß. Aceti Aq. flor. Samb. ana ℔ ij. coq. ad ℔ ij. Per subsid. depur. col.

Hoc Decocto calido pars lavetur: vel linteolis duplicatis (aut triplicatis) illi intinctis, contegatur.

Egregie extinguit Inflammationes externas, Erysipelas, &c. calidasque cutis Eruptiones repellit.

*Lotio ad Eruptiones.*

℞ Vitrioli virid. Anglic. ℥ ij. Alum. crudi ℥ ß. coq. in Aq. font. ℥ xvj. continuo despumando. Liquor clarius perfecte depuratus, in lagena vitrea diu potest asservari.

*Lotio ad Erysipelas.*

℞ Spir. Vini ℔ ß. Sacch. Saturni ʒ j. m. Expertus laudo.

*Lotio Facialis.*

℞ Litharg. Argenti pul. ʒ ß. Aceti ℥ iv. coq. ad tertias; & in alio vase coq. Alum. & Salis ana ʒ ß. in Aq. Ros. ℔ ß. ad despumationem: dein misce utrosque liquores.

Maculas dispungit; Fermentum fœdum cutaneum destruit; Materiam repellit, & intus adigit; porosque occludit, ne denuo repullulescat. Facies bis in die lavetur, blande confricetur; & per se siccari sinatur.

Lo-

*Lotio Mercurialis.*

♃ Pul. Mercur. sublim. ʒ j. Pone in vase stanneo cum Aq. ℔ iij. Stent 24. horas ( cum spatula lignea subinde agitando ) donec liquor nigrescat, ac ita perstet; tandem coletur per chartam, ut fiat liquor limpidus.

Mercurius sublimatus probetur, si affricetur illi Sal Tartari; vel si eidem guttæ aliquot Olei Tartari per deliquim affundantur; tunc enim Mercurius sublimatus ( alias candidus) si est legitimus, flavus fit; cum contra, si de Arsenico is participet, fiet nigerrimus.

Medicamentum hoc, contra Turpitudinem quamcumque Cutaneam insigniter juvat; quatenus nempe humores intra porulos, & foraminula ( ut minutissima ) impactos expedit; Salium, & Sulphorum combinatione inveteratas, & pertinaces, dissolvit; totamque, ubi applicatur, cutim, quoad meatus ejus male conformatam, restituit, & ε' υοων facit: quapropter, non tantum ad Faciei maculas abstergendas; sed etiam ad Pustulas, & Ruborem ejus; nec non ad Affectus Erysipele ἀ δεις, & Puncta in facie nigricantia tellenda, & Animalcula ibi nidulantia necanda, utile est.

Attamen aliquando male cedit; namque Hydragyri particulæ, una cum Salibus, ( a quibus in minutias dividuntur, acuunturque ) Faciei applicatæ, materiam inde noxiam, & defœdatoriam, poris excutiunt, ac depellunt; eam vero intus repercussam insequuntur, & propediem Sanguini, & Nervis ( quorum crases lædunt ) se facile insinuant: quinimmo horum commeatu, sæpissime Cerebro, & nonnunquam Præcordiis, Dentibus, & Partibus aliis virulentiam suam, non raro postea indelebilem, imprimunt.

Hoechsteterus, Dec. 3. Cas. 4. p. 233. asserit, quod Rumlerus, Decocto usus est Diaphoretico, & Diuretico, ut Mercurium nimis illitum, in cura Luis Venereæ, propulsaret.

*Lotio Decoctum dictum.*

♃ Rad. Ennulæ Camp. ℥ ij. Rad. Fœnic. ℥ j. ß. Vini ℔ ij. ß. Infusam per diem naturalem, coq. ad casum tertie partis ℔ ij. col. in partes iv. Bibat partem unam mane, & alteram vesperi; ac sudet coopertus: & exibit Sudor citrinus. Hac potione utendum donec talis color non videatur amplius. Quidam Theriaca, ejus loco, utuntur.

Est, ubi Mercurius, licet Sanguinem haud subintret; tamen phlogosin maculosam, tum oremque acrem, & periculosum, externe concitat.

Hoc in casu ( venæ sectione nequaquam omissa ) foveatur pars Lacte calido. Decocto Glycyrrhizæ & Malvæ; & postea sequenti.

℞ Aq. Calc. ℥ xiv. Sp. Vini ℥ ij., Troch. alb. Rhs. ℥ ß. m.

Wepfferus, de Cicuta aq. cap. 20. p. 290. hæc habet: Memorabile est, quod tradit Kunkelius, qui nimirum cuidam tenellæ ætatis contra Pediculos suasum fuit Linimentum.

℞ Mercur. dulc. ʒ ij. Mercur. vitæ ℈ j. Ungu. Pomati ℥ j.

Pharmacopæus imperitus, loco Mercurii dulcis, permiscuit Sublimatum: inde Caput valde intumuit, cum Inflammatione, ut brevi infanti pereundum fuisset, nisi a Medico intellexisset, præsens antidotum Lixivium forte esse: quo cum linteo applicito, brevi convaluit; ita tamem, ut Capilli deciderint.

*Lotio Pedalis.*

℞ Capit. Papav. albi ( cum Sem. contus. ) ℥ iv. Fol. Salicis, Herb. Lactucæ, Malvæ, Viol. ana M. ij. coq. in Aq. & Lact. ana ℔ v. ad ℔ viij. col. dissol. Nitri ℥ iv. m. In Pediluviis ponatur.

Æger, in hac calentissima facta, immissis pedibus, sedeat per horam dimidiam; deinde lectum petat: & quieti se componens, sommum expectet.

Joel vult, ut, post Lotionem Plantæ pedum Sale, & Aceto, simul mixtis, asperius confricentur; & Plantæ calido asseri querno applicentur: mirifice enim, ea ratione, fluentes ex Cerebro humores deorsum evelluntur.

In Febribus plurimum æstuosis, quando Sanguis acer, fervidus, & ebulliens, impetu facto, Cerebrum tumultuarie petit, & Spiritus accendit; hincque Distractiones, & Furias agit; unde Capitis ardor, susurri, bombi, strepitus, conturbatio inexplicabilis, truculentæ rerum imagines, terror, & Vigiliæ concitantur; in hoc inquam casu, Pediluvium, & potentia frigidum, & actu calidum, suppetias afferre potest; propterea, quod Sangurnis motum Inferiora versus sollicitet; nec tamen eum magis accendit; & conturbat; sed potius, e contra, refrigerat, & sedat.

Scien-

Sciendum enim est, primo, in Corpore nostro, duos plane distiuctos esse Sanguinis Magnos, & Provinciales, Circulos; unum nempe per Arteriam Ascendentem in partes supra consitas; atque alterum per Descendentem, in subtersitas. Secundo, quo rapidibus, & pleniori fluento, Sanguinis in Inferiorem provinciam irrui; eo placidius, & minori rivo in oppositam superiorem influere; necesse est; & e contra. Atque hoc fundamento nititur rationalis doctrina de Revulsione Universali.

At vero hic summe notandum, quod in Febribus mali moris, quando Sanguis non violenter effervescit, & irruit; sed potius Cerebrum vix satis irrigat, & vivificat; etiam & quando Spitituum inopia, abrupta serie, ab invicem distractio, & dissipatio, Vigilias, & Deliria pariunt; in hoc, inquam, casu, Pedum Lotio prorsus noxia esse deprehenditur; quia Circulum Inferiorem, quo magis adaugat; eodem dimenso Superiorem minuit; exindeque Cerebrum, sanguine, & Spiritibus, defraudat.

*Masticatoria.*

℞ Pul. Rad. Pyreth. ℥ ß. Mastich. ʒij. Ol. Caryoph. Origani, ana gutt. iij. Oxy. Scill. & Ceræ, ana q. s. f. Pile justæ magnitudinis.

Conveniunt in Catarrhalibus Capitis, & vicinorum locorum Affectibus; item in Uvulæ prolapsu, Dentiumque doloribus. Licet non immediate evacuent e Cerebro; quia tamen lympham evacuent e Cerebro; avertunt, secundario opem fuerunt in Cephalalgia, Hemicrania, Apoplexia, Paralysi, Lethargo, &c.

Sepe etiam Sternutatoriorum viccarii sunt, ubi ea minus tuta sunt; & nihilominus seri uberioris evacuatio per Nares, aut loca vicina, immediate institui debet.

*Mel Passulatum.*

℞ Uvar. Pass. Malacens. a staminibus, & acinis mundat. ℔ ij. Uvar. Corinth. lot. ℔ j. Jujub. ℔ ß. Terantur in mortario. Cor. in Aq. Hord. q. s. f. Expressio fortis, cui per subsidentiam depur. & rursus col. adde Millis despum. & Sacch. crystal. ana ℥ iv. coq. lento igne, & redulc. ad Mellis consistentiam.

Inter Pectoralia Incrassantia, & Demulcentia præstantiora, locum habere meretur.

*Mel*

*Mel Passulatum, Juxta Mayerne.*

℞ Uvar. Passularum ℔ iv. Aquæ ℔ xij. Macerentur horis 24. Deinde coq. ad remanentia tertiæ partis. Col. & colatura decoquatur ad Mellis consistentiam.

Passulæ, Solis dictæ, propter Tartaream Aciditatem cum Saccharino Dulcore delectabiliter combinatam, magis, quam Malacenses, palato gratificantur, Sitim alleviant, Obstructiones expediunt; atque in siticulosa Febre, & Affectione Hypocondriaca, commodius usurpantur.

Malacenses, rarius quidem præscribuntur, sed tamen illas alteras Mucagine medicamentosa longe antecellentur; atque eo nomine, in Morbis Pectoralibus, & ubicunque, vel Partes leniendæ, & lubricandæ; vel Serum acre crudum obtundendum, aut maturandum, venerint, multo expetibiliores sunt habendæ.

*Mel Pectorale.*

℞ Mellis ℔ j. Rad. Enulæ, Glycyrrh. ana ℥ j. Sem. Cymini, Anisi, Fœnic. dulc. Flos. Sulph. ana ℥ ß. Ponantur omnia in vase figulino invitreato ℔ vj. capacipasta obducatur; & in furno (post panes domesticos extractos) xij. horas coquatur: per colum liquor clarus (fœcibus in fundo relictis) decantentur. Dos. occhl. j. Sæpe.

*Mistura Acustica.*

℞ Tinct. Castor. ʒ ij. Ol. Salv. Rorismar. Caryoph. Major. ana gutt. ij. m.

Auris partes internas roborat; Tympani laxatum tonum restituit; Nervum Auditorium obstructum aperit; Spirituumque commeatum liberiorem allicit. Multum valet contra Tinnitum, & Surditatem. Sin vero Auris cerumine, & sordibus infarciatur, ante jus usum, debet, ope liquoris appropriati, per syringam injecti, repurgarique. Gutt. iij. Cotene, vel Lana exceptæ in Aurem immittantur; & singulis diebus vesperi renoventur.

Aliquot (ex Sennerto) regulas generales, in omnibus Aurium morbis curandis observandas, proponam.

1. Medicamenta quæcumque Auribus immittuntur, sint Tepida; non intense Calida, vel Frigida.

2. Nova Medicamenta non imponantur, nisi Auris a sorde præcedentis Medicamenti optime expurgata sit.

3. Una

3. Una vice iij. vel. iv. guttas immittere sufficit.

4. Post Medicamenti in Aurem immissionem, æger super Aure sana jaceat.

5. Auribus immittenda ne sint valde Unctuosa, aut Viscosa.

6. Caput in omni Surditate digenter roborandum, tum internis, tum Externis.

Et ex VVedelio sequentes.

7. Suffitus magis exsiccant; Vaporosa humida magis demulcem: Oleosa, & spirituosa magis discutiunt, & roborant; sed in singulis cavendum est semper, ne quid nimis.

8. Immissis Topicis, masticare consultum est, ut magis penetrare possit Medicamentum.

9. Si aurium adfuerit Tinnitus, Tubæ Acusticæ rarius prodesse solet, inquit Nuck. p. 55.

Oleum Amygdalarum amararum, in Surditate, & Tinnitum quidem Aurium, commendatur; sed ob Aurium amfractus, in hujus usu, cautela opus est. Id enim ad Tympani membranam ( ubi profluxit, cum haud facile extergi queat, laxat interim Membranam, atque ita gravi Auditui non modo non medetur, sed porro eum auget: Sim. Paulli, Quadripat. de Amygd. p. 16.

*Mist. Alcalisata.*

♃ Goral. rub. in subtile Alcochol lævigando redacti Ʒ ij. Sal. Absint. Ʒ ß. Aq. Lactu. Alexit. Ment. Cinaam. Gent. comp. ana ℥ ij. Spir. Sal. Armon. Spir. Lavend. com. ana gutt. 80. m.

Contra Vomitum, Angorem stomachalem, & dolorem; dentur cochl. ij. singulis horis.

*Myst. Ammoniaca.*

♃ Gum. Ammon. Succi Glycyrrh. Hisp. ana Ʒ ij. Dissolv. s. a. in Aq. Hyssopi ℥ ij. Col. adde Syr. e Succo Hed. terr. Oxym. simpl. ana ℥ ïj. Ol. Anisi gutt. ij. Tinct. Benzo. Ʒ ij. m.

*Myst. Apopletica*

♃ Bals. Peruv. gutt. xxxij. Ol. Nuc. Mosc. gutt. iv. Ol. Caryoph. gutt. ij. Sacch. alb. Ʒ ij. Vitel. Ov. Nu. j. Rite commistis, adde Spir. Lavend. comp. Ʒ j. Spir. Cochl. ℥ ß. Aq. Ceras. nig. ℥ j. ß. Aq. Pœon. comp. ℥ ß Sp. Sal. Armon. gutt. xviij. m.

Detur cochleatim.

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

*Myst.*

*Mist. Arenulas.*

♃ Syr. Alth. Ol. Amygd. dulc. ana ℥ iij. Spir. Vini tart. ( vel Aq. Regin. Hungar. ) ℥ j. ß. V.tel. Ov. Anisi gutt. viij. Spir. Sal. Armon. gutt. 60. vel 80. m.

Dos.cochl. iij. alternis horis.

*Mistusa Aromatica.*

♃ Tinct. Sal. Tart. ℨ vj. Ol. Cinnam. Caryoph. Nuc. Mosc. ana gutt. vj. Piperis, Absint. Ment. ana gutt. iv. m.

Vel fieri potest Aromatica volatilis, recipiendo Tinct. Tart. ℥ ß. Sp. Sal. Armon. ℨ ij. & Olea dicta.

Stomacho apprime utilis est; cujus Calorem, & Robur fovet, Inflationes discutit; Cibi fastidum tollit; Appetentiam excitat; Concoctionem promovet. Dos. gutt. xx. vel xxx. ex haustu Vini Canar. vel albi.

*Mistura Asthmatica.*

♃ Aq. Papav. errat. ℥ ix. Oxym. Scillit. ℥ iij. m.

In hoc affectu, ut plurimum, deprehendere est, Sanguinem æstuose bullientem; Obstructione Bronchiorum phlegmaticam, Costrictionemque fibrarum spasmodicam: quibus omnibus directe it obviam hæc Mistura. Deotur ℥ iv. bis, terve in die, Paroxysmo urgente.

Infantum Asthma, ut plurimum, e Ventriculo onerato oritur; dum mucilagines acidæ coacervatæ, & flatulenta turgescentia tumefactæ, irritant orificium superius Ventriculi; unde per consensum firmissimæ connexionis Diaphragmatis, & Musculorum Expirationi inservientium, Pectus tenellum aggravantur. Ab hoc Asthmate, provocato Vomitu, statim liberabuntur, autoribus Primerosio, Etmull.

*Mistura Aurea.*

♃ Succi Chermes col. ℥ ß. Syr. Caryoph. & e Rubo Idæo, ana ℥ ij. Ol. Nuc. Mosch. gutt. ij. Ol. Caryoph. gutt. j. Fol. Auri Nu. v. m.

Virtutis magis, quam Substantiæ respectu, vere Aureum hoc Remedium: tum Matrem, tum Fœtum, singulariter adeo reficit, vigoremque, & vitalitatem utrique impertit; ut, si per Mensem ante Puerperium, ad cochl. j. bis in in die, usurpetur, felicissimum Partum, vividumque Infantem reddere, perhibeatur.

*Mi-*

*Miſtura Balſamica.*

℞ Balſ. Copaiv. ℥ ß. Vitel. Ov. Nu. ij. Syr. albi ℥ ij. Vini albi ℥ viij. m. & col.

Copayba, longe nobiliſſimum eſſe remedium, expertus ſum; ac inter Balſama præſtantiſſima primum obtinere dignum, judico: Quoniam vero nondum ſatis pro merito paſſim omnibus innotuerit; quaſdam ejus proprietates hic coram ſiſtere, & breviter explicare, lubens ſuſtinebo.

Saporem donatur Amaro, Acri, Terebinthinaceo, admodum penetranti, & in ore durabili: atque, licet videatur eſſe quædam Terebinthinæ ſpecies, urinam tamen Odore violaceo minime inficit; illam vero Sapore manifeſte amaro inbuit, ejuſque, & Seri ſanguinis, & Salivæ, muriaticam ſalſedinem mirifice delet.

Sanguini Balſamicum characterem imprimit, illiuſque Cachexiæ, ſcorbuticæ, rancidæ, & putredinali medetur. Valet (non tantum externe applicatum, ſed & interne etiam exhibitum) ad ulcera ſananda; ad paralyſin; Arthritidem; Dorſi debilitatem, doloremque, nec non ad Fluorem album, & Gonorrhœam.

Renes, Uretheres, & Veſcam, Arenulis, Mæco, aut Pure obſtructos, relaxatos, aut Ulceroſos, mirum quantum detergit, firmat, & ſanat.

Urinam ciet; ejus Ardorem extinguit: Contentaque cruenta, fœda; & purulenta, præ omnibus (quantum novi) aliis, efficaciter expurgat. Novi quemdam, chylum pro lotio excernentem, hujus beneficio integre ſanitati reſtitutum.

Thoracicum juſte audit Optimum; Bronchia detergit; Pulmonibus tonum, & ſanitatem conciliat; atque (uti opinatus ſum) Tubercula cruda diſſolvit: Etenim obſervavi, Tuſes horrendum periculoſas, & Phthiſin aperte minitantes, hujus ſolius uſu (ultra omnium expectatione) penitus percuratas: Atque, licet intenſe amarum, & manifeſte calidum ſit, Hecticis tamen optime convenire, notavi; quia ſalſedinem nempe, & acrimoniam tam potenter domat; putredinalemque inquinationem obliterat.

Si ad ʒ ij. vel ʒ iij. pro doſi, ſub forma potionis albæ, propinetur, æque Catharſim molitur, ac ipſa Terebinthina.

Ali-

Aliqui celebrant ad Diarrhœam, & Disenteriam, de hisce vero Virtutibus, nihil adhuc habeo experientia compertum.

Ut finem tandem faciam, Nemo potest hanc Misturam ullius culpæ causare; nisi forsan, id illi vitio verterit, quod palato non nimium adblandiatur. Detur cochl. j. mane, & vesperi, quotidie, per sat longum temporis cursum: si vero alvum justo magis laxaverit, vel dosis minuatur, vel per vices aliquot subinde omittatur.

*Mist. Balsam. Cephalicæ* ℥ xij.

♃ Bals. natural. Peruv. ʒ j. Ol. Nuc. Mosc. Caryoph. ana gutt. iij. Rorismar. gutt. vj. Ovi Vitel. j. Subactis in mortario, adde Sacch. alb. ʒ ij. Spir. Lavend. comp. ʒ ij. Aq. Bryon. com. Pœon. comp. ana ℥ j. ß. Aq. Cera. nig. ℥ vij. Spir. Sal. Armon gutt. sexaginta m.

Dos. cochl. iv.

*Mist. Balsam. Gileadensis.*

♃ Bals. Gilead. veri ʒ j. Tinct. Benzo. Spir. Lavend. Comp. ana ʒ j. ß. Vittello Ov. rite malaxatis, adde Syr. Bals. Tolut. ℥ j. ß. Vini Malacens. ℥ iv. m.

Pro Phthisi, dosis cochl. j. ex Lacte, aliove idoneo vehiculo.

*Mist. Balsamica Nephritica.*

♃ Bals. Copaiv. ℥ ß. Ol. Junip. chem. ʒ j. ß. Vitel. Ov. N. ij. Sir. de Alth. com. ℥ ij. ß. Aq. Persicar. ℥ x. m.

Nobilissimis donatur viribus; ad Ulcera interna sananda; ad Arthritidem; Dorsi debilitatem: & dolorem Fluorem album, & Gonorrhœam. Urinam ciet; & Calculos, tam ex Vasca, fellea, quam ex Renibus, pellit, uti nuper, non sine stupore, per experientiam edoctus fui; exemplo cujusdam Artificis, in hoc Oppido (sc. Peters fiuldia) degentis, qui, doloribus Nephriticis, & Colicis horrendis excruciatus; in motus Convulsivos omnium membrorum tam fortes incidit, ut a plurimis robustis vtris in cathedra sua detineri non potuerit. Pensitatis morbis Symptomatibus, Salia volatilia, & Remedia Antiepileptica forte inutilia, credidi; ergo propinare Misturam laudatam, in animum induxi. Assumptis plurimis cochlearibus, Urinæ (cum sabulo arenoso) magnam quantitatem reddidit. Atque varios Lapillos) Capparum magnitudine) per anum excrevit; qui procul dubio per Ductum Bilarium ex Vesicula Fel-

lea

lea deſcendebant: atque ita priſtinæ ſanitati fuit (plaudentibus Amicis) reſtitutus. Ita Communicator.

*Miſt. Balſam. Pectoralis* ℔ ij.

℞ Bals. Capaiv. ℈ iv. Bal. Peruv. gutt. xvj. Ol. Nuc. Moſch. gutt. iv. Ol. Aniſi gutt. ij. Tinct. Benzo. ℈ viij. Vitel. Ovi j. ſimul, triturando, incorporatis, adde Syr. Bals. Tolut. ℥ ij. Decoct. Pectur. ℥ xxx. m.

Dos. ℥ iv. cum Spir. Sal. Armon. gutt. xij.

*Myſt. Bals. Peruviana.*

℞ Bals. Per. Ol. Mac. exp. Tinct. Ben. ana ℈ iv. Ol. Aniſi gutt. j. Vitel. Ovi j. perfecte ſubactis, adde Tinct. Dul. ℔ ß. (vel Vini Canar. ß. & Sacch. albi ℥ j.) m.

Balſamicus Peruvianus, cum Vitelio Ovi ſolutus, longe acrior, & penetrantior eſt, magiſque fauces vellicat, quam per ſe guſtatus, inquit Ettmuller.

Dos. cochl. j. in vehiculo grato, & idoneo.

*Miſtura Bechica.*

℞ Diacod. ℥ j. ß. Mitrid. Diaſcord. ana ℥. j. Lohoch. ana ʒ ij. Aq. Puleg. ℥ iv. m.

Strenue militat contra Tuſſim, a frigore ſuſcepto contractam, dum adhuc redens eſt, tenueque rheuma e glandulis expuitur: Incraſſat enim, obtundit, lubricat, ſpirituum irritationes placat, & Diaphoreſin promovet. Detur pro hauſtu ſingulari, lectum petito.

*Miſt. de Bolo.*

℞ Aq. Cin. hord. ℥ iv. Ap. Men. Syr. Myr. (vel e Roſ. ſicc.) ana ℥ j. Boli pul. ℈ ij. Dias. ʒ ij. Ol. Caryo. gutt. j. Laud. liq. gutt. xxx. m. pro duabus doſibus.

Inteſtina confortat, roborat, & moderat; conſtringit; eorum, nixuſque ſpaſmodicos conſopit; humorumque, vaporumque acrium radios ad corporis circumferentiam, & foras, per diaphoreſin amandat: atque ita ad Diarrhœem ſymptomaticam, Hypercatharſinque medicandam, remedium eſt omnibus numeris inſtructum.

Quoniam Bolus hanc Miſturam ingreditur, arrepta obiter occaſione, paragraphum ſequentem ex VVedelio (Alcali, Patronis legendum) huc transferre, fert animus.

Notandum (inquit ille) teſte experientia, Terrea, &

B:lem

& Bilem precipitare; ac Acidos Succos, ipsosque Serasos absorbere: Unde concludi absolute non valet, Ubicunque prosunt medicamenta Alcalina, ibi peccare Acidum; testatur enim Experientia, in plurimis ægris, & Affectibus, Terrea prodesse, ubi, omnium consensu, Acidum non peccat, sed Bilis, regurgitat, & spumescit: quam dissociant, inhibent, & in motu suo præternaturali refrænat.

Quibus consentaneum est hoc Domini Floyeri experimentum, quod Species Decocti amari, Lixivio, e Testis Ostrearum parato, incoctæ, Amaritudinem deponunt, & subsulcescunt.

*Mist. Cardiacæ Aquosæ* ℔ ij. ℥ x.

♃ Aq. Ceras. nig. Aq. Lact. Alexit. ana ℥ xij. Cinnam. hord. Epidem. ana ℥ viij. Aq. Cœlest. ℥ ij. m.

*Mist. Cardiacæ Edulcorantis* ℥ vj

♃ Syr. Caryoph. ℥ iv. Syr. e Rubo Idæo ℥ j. ß. Confect. Alkerm. ℥ ß. Ol. Nuc. Mosc. gutt. iv. m.

Hæ duæ Misturæ ideo sunt excogitatæ, ut compendiose agatur; & exinde subito, & extempore, Julupium Cordiale dispensetur. Si enim in Officinis præsto semper non asservantur; vix horæ minutum exiget tota compositio, in hunc modum præscribenda, si adsit.

♃ Mist. Card. Aq. ℥ x. ß. Mist. Card. Edulc. ℥ j. ß. m.

*Mist. Cardicæ Oleosæ* ℥ x.

♃ Vitel. Ov. N. j. Ol. Cinnam. Nuc. Mosc. ana gutt. iv. Sacch. alb. ℥ ß. Succi Cherm. ʒ ij. Vini Canar. ℥ viij. m. col. Ingeratur cochl. iij. in Languoribus.

*Mist. Carminativæ* ℔ j.

♃ Vin. Canar. & albi. ℥ vj. Spirir. Vini opt. non rectif. ℥ ij. Vitel. Ov. N. j. Sacc. albi ℥ j. Ol. Junip. gutt. xxxij. Ol. Nuc. Mosc. Cauri, Fœnic. Anisi, ana gutt. viij. m.

Pro Dosi, præbeantur cochl. v.

*Mist. Carminativæ Anodynæ* ℔ ij.

♃ Rad. Alth. ℥ ij. coq. in Aq. font. ℔ ij. ed ℔ j. col. Deinde.

♃ Sem. Anisi, Fœnic. dul. Carui, Coriandri, ana ʒ ij. Bacc. Junip. ʒ ß. Contusis, affunde Aq. Rutæ. Puleg. Gent. Comp. ana ℥ iv. Bryon. com. Pœon. comp. ana ℥ ij. Macerentur in vase clauso, & loco tepido, 4. ho-

4. horas. Col. & utrisque colaturis, simul mistis, adde Syr. de Mecon. ℥ iv. Laud. liq. Sydenh. gutt. xi. m.

Contra dolorem, & vigilias, ex Colica, aut Calculo.

Dos. ℥ iv. ad ℥ vj.

*Mistusam Clysterisans.*

℞ Syr. e Spina Cerv. ℥ ij. Elect. Lenit. ℥ j. Spec. Hieræ ʒ j. m.

Vide Enema Purgans.

1. *Mist. Colica.*

℞ Tinct. Rhab. ℥ j. ß. Pul. Rhab. ʒ ß. Syr. Ros. Sol. ℥ ß. Pul. Piperis longi gr. iij. Ol. Anisi gutt. ij. m.

In enormi Vomitione, & horrendis Torminibus, adjici debent Laud. Liq. gutt. xx. vel xxx. & Sal. Absint. ℈ ß.

2. *Mist. Colica.*

℞ Aq. Men. ℥ ß. Cin. fort. ℥ j. ß. Elix. Propriet. tartarisati ʒ j. Ol. Junip. gutt. ij. Rhab. pul. ℈ j. (vel ʒ ß.) Sal. Absint. ℈ ß. Spir. Sal. Armon. gutt. xv. m. f. Haustus.

*Mist. ad Concretiones.*

℞ Aq. Hyss. Fœn. ana ℥ ij. Aceti stil. ʒ vj. Spir. Vini rectis. ℥ ß. Ocul. Can. ʒ j. Spe. Cete, Mumiæ, ana ℈ j. Laud. Londin. gr. iv. Syr. e 5. Radicib. ℥ j. ß. m.

Si Acetum in vase figulino invitreato coquatur ad quartæ partis evaporationem, erit instar Aceti destillati; iisdemque usibus inserviet.

Hujus ope, non tantum impedietur Sanguinis effusi concretio; sed partes ipsius Crassiores incidentur, attenuabanturque paulatim; Tenujores autem, una cum Sudore aut insensibili Transpiratione, discutientur continuo; quin, temperatis ejusdem partibus acrioribus, Dolor lenietur; tandemque in totum tolletur; ipsaque adeo solvetur, ac dissolvetur Obstructio. Quali sola, in tempore, atque diligenter usurpata, curatæ sunt non semel incipientes Pleuritides, & Peripneumoniæ, aliarumque partium Inflammationes satis graves; atque anxietatibus, doloribusque acutis molestæ. Sylv.

Assumat sæpius æger cochl. j.

*Misturæ Consolantis* ℔ j.

℞ Vini Xeroensis ℔ ß. Aq. Cinnam. fort. ℥ iv. Aq. Ros. Sacc. candi. albi, ana ℥ ij. Succi Chermes col. ℥ j.

 Spec.

Spec.Lætif.Galeni ℥ ij.Fol.Auri Nu.iv.Ol.Nu. Mos.gutt.iv.m.

Hoc Pharmacum, expiscatus sum a Generoso quodam perhonorando, in cujus familia pro sacro deposito, & summo secreto fluit conservatum, atque a Matre ad Filiam, constanti successione, per aliquot Generationes, religiose traditum. Concoctionem juvat; Cruditates corrigit; Flatus dissipat; Calorem naturalem fovet; Gravidas languentes specifice recreat; fœtum debilem consolatur; Abortum, a Spirituum dejectione oriundum, præcavet; viresque, vigoremque, quo Partus opus felicet peragatur, optato suppeditat. Solum languentibus inscribitur; & nullo modo suaderem Constitutione firma, & calida utentibus; Plethoricis, & Mensium fluxioni obnoxiis non usurpandum. Propinentur ℥ ij. mane, & vesperi, quoties virium lapsus exposcerit. atque ultimo præsertim ingravidationis mense, usque ad Partum.

*Mistaræ Corallatæ ℥ vj.*

℞ Coral. rub. subtilissime lævigate ʒ ij. Sal. Absint ℈ iv Succi Limon. ℥ iv. Aq. Cinnam. font. ℥ ij. m. Stent in vitro capaci.

Ventriculi subversionem, nixumque Vomitorium, quasi θε'ς ἀπὸ μηχανῆς mire reprimit. In Febribus continuis, Angore Stomachali, & vomitione symptomatica affligentibus, sæpius observavi plus levaminis ab hoc unico remedio, quam ab omnibus aliis, quæ, anxie studendo, & varie tentando, invenire potui. Dentur cochl. ij. singulis horis, vase prius probe agitato

*Mistura Diasulphuris.*

℞ Syr. e Succo Gynogl. ℥ iv. Bals. Sulph. Anisati gutt. 80. m. Dos. cochl. j. vesp. & mane.

Contra Tussim vespertinam, a sero tenui, acrique ortam.

*Mist. Diureticæ ℥ xij.*

℞ Vini albi ℥ xij. Ol. Junip. gutt. xxiv. Ol. Anisi gutt. xij. Sacch. ℥ j. ſs. m.

Pro 4. dosib. cum Sp. Sal. Arm. gutt. xx. ad Aren.

Diuretica, non nisi præmissis Universalibus, primas vias abstergentibus, & laxantibus, item cruditates Massæ Sanguineæ corrigentibus, aut nonnihil evacuantibus, sunt usurpanda. Ex usu Terebinthinæ, post cibos crudos, &

viscidos

assumptæ, Urinam suppresa observavit Hildanus, Ce. 5. Obs. 59.

*Mistura Ecphractica* ℔ vj.

℞ Summi Pini con. M. v. j. coq. in Aq. ℔ vj. ad ℔ ij. col. fortiter expressæ, adde Succi depurati Coc. hort. ℔ j. Bec. Nastu. aq. Tarax. ana ℔ ß. Aq. Rap. com. ℔ j. ß Huic Misturæ dissolve Vitrioli Martis ℈ viij. per noctem reponatur, ut subsidat fæx lutea; dein, liquori claro effuso, adde Sal. Absint ℈ iv. Sacch. albi ℥ xij. m.

Sanguinem depauperatum exaltat; feculentum depurat; in partes secendentem remiscet; & cunctantem accelerat: dein saburram Scorbuticam, aut Atrabilariam, in Mesenterio, Liene, Hepate, Utero, vel Habitu corporis depositam, ostructiones figentem, dissolvit; poros, & succorum itinera aperit, detergit: & tranabiles reddit: Denique, circutionem per minimos machinæ humanæ meatulos liberiorem vindicat, omniumque functionum vitalium munia redintegrat, & commode, ut obeantur, efficit. Dos. ℥ iv. mane, & quarta pomeridiana.

*Misturæ Epilepticæ* ℥ vj.

℞ Aq. flor. Tillæ, Fœn. ana ℥ ij. Syr. Stœc. Syr. de Mec. ana ℥ j. Spir. Sal. Armon. ℈ j. m. pro duabus dosibus.

Vide Haustum Bephal. & Julap. Cephal. Ad me transmittebantur hæc formula a Lugduno-Batavorum: & dicebatur, esse Secretum Frid. Deckers, quod plurimum ille æstimat, & frequentissime præscribit: Atque revera, quæ Flatus dissipant, Spiritus depurant, & Explosiones reprimunt, (quæ hujus remedii manifestissimæ sunt intentiones) ad Paroxysmum Spasmicum dissolvendum, rite destinata esse, videntur.

*Mistura ad Erysipelas.*

℞ Spir. Vini ℔ ß. Theriacæ Ven. ℥ ij. Piperis longi, Caryoph. ana ʒ ij. m.

Dr. Sydenham, cujus hoc est præscriptum) Phlebotomia, & Catharsi primum celebratis, Fotu utitur Emollienti, Discutienti, & Diaphoretico; dein, charta emporetica haç Mistura madefacta, partem affectam ciscumvolvit: nempe ad materiam impactam evocandam, discutiendamque. Emplastica enim. Refrigerantia, & Repellentia (præsertim

si Faciem, aut Caput; Erysipelas occupaverit) longe sunt periculosisissima.

Sed Spiritus Vini convenit (inquit Heide) quia subtilitate, & particularum motu, distortos cutis tubulos, & fibras, in naturalem ordinem reducit; atque ita poros aperit, & materiam per Diaphoresin educit.

Atque hic observatiunculam quamdam, nonnullius quidem momenti, adjiciam; quod hujus applicatio nigrorem parti inducere solet, qui inexpertis, & causam nescientibus, Grangræne terrorem incutere potest; at vero, luridus iste color nil mali ominatur; siquidem, non Morbo spiritus perimenti, sed Remedio cutim pingenti, omnino debetur.

1. *Mistura Expectorantis* ℥ xij.

♃ Tinct. de Benzo. ℥ ß. Tinct. Croci (Sp. Vini paretæ) Tinct. Myrrhæ, Tin. Gum. Ammon. Spir. Sal. Armon. ana ℥ j. Aq. Hyssopi ℥ vj. Aq. Lumbricor. Magistr. ℥ iij. Syr. de Prassio ℥ ij. m.

E volatilibus, acribus, penetrantibus, Gummis, & Balsamicis conflatur; Titulusque Vires ejus satis indicat. Sumantur cochl. ij. quoties Pituita tenax Guttur, Thoracemve aggravat; & Anhelitum, Tussimve laboriosam infert.

2. *Mist. Expect.* ℥ x.

♃ Aq. Hyssopi ℥ viij. Tin. Ben. ʒ ß. Tin. Gum. Am. Sp. Sal. Arm. ana gutt. 40. Ol. Anisi gutt. viij. Sacc. ℥ j. m.

*Mist. de Glycyrrhitia.*

♃ Succ. Gly. Hisp. ʒ ij. Dissolve super ignem in Aq. Hyssopi ℥ iv. col. admisce Syr. de Mecon. ℥ iv.

Subinde, inter dissolvendum, adde Croci gr. xvi. & coaturæ Ol. Anisi gutt. ij. Tinct: Benzo. ʒ ij. atque, loco Diacodii, Oximel simplex.

Advertus Tussim Catarrhalem, dentur cochl. iv. vesp. vel cochl. j. per vices, urgente tussi.

*Mist. ad Gulam.*

♃ Sem. Psylli, Cydon. ana ʒ ij. coq. in Aq. ℔ ß. col. ℥ iv. adde Alb. Ovi conquass. N. j. Aq. Ros. Dam. ℥ ij Syr. e Rubo Idæo ℥ j. ß. m.

Ad Gullæ Ardorem, Siccitatem, & Asperitatem, sumatur cochl. j. post singulas oris collutiones.

*Mi-*

*Mysturæ Hystericæ aquosæ* ℔ iij.

♃ Aq. Artemis. Ceras. nig. ana ℥ xij.. Aq. Rutæ, Puleg. Brion. comp. ana ℥ viij. m.

In Officinis asservari vellem, ut exinde Julapia Hysterica, raptim, & sine temporis dispendio, hanc juxta formulam, parentur; scilicet.

♃ Mist. Hysi. Vq. ℥ xij. Margarit. præp. ʒ j. Sacch. candi. albi ʒ iij. m.

Vel, ♃ Mist. Hyist. aq. ℥ x. ß Tinct. Castor. ℈ iv. Syr. Caryoph. ( vel Melissoph. de Artemis. Stœchad. Pœon. comp. ) j. ß. m.

*Mysturæ Hystericæ Spirituosæ* ℥ ß.

♃ Tinct. Assæ fœt. ( Spir. Vini extractæ ) Dinct. Galb. Tinct. Castor. & Spir. Sal. Armon. ( vel. CC. ana ʒ j. Succini gr. xxxij. m.

Hujus Misturæ elementa, quoniam heterogenea sunt, non adeo strictim adunari possunt; quin facile a se invicem secedant, & post brevem quietem separatim conspiciantur: si vero paululum vas agitetur, confesti denuo simul confunduntur, & in liquorem, lactis instar albidum, coalescent.

Hystericis summo est solamini: speciatim vero Parturientibus, quoties ( spiritibus Hystericæ conturbatis, & non vide satis ad Musculus Abdominis, Partesque partum promovente, influentibus, ) dolores necessarii deficiunt. & uterus ad Expellendi conamina non fortiter assurgit: in hoc, inquam, casu, hujus usos divinitus quasi opem ferre, & supra omnia pene auxilium ministrare solet. Præbeantur gutt. xx. vel xxx. in vehiculo idoneo; & repetantur per debitas vices.

*Mistura Juniperina.*

Ol. Junip. ʒ j. Vitel. Ov. N. j. Syr. albi ℥ ij. m. & col.

Eodem artificio efficacissimæ possunt institui Misturæ ex quibuslibet Oleis Chemicis, pro varia præscribentis intentione.

Ventriculum, & Intestina refrigerata, flatuosa, tono fracta, & dolentia, summe relevat: Renes, & Uretheses, debilitatos, a muniis ferientes, & infartos, egregie reficit, stimulat, & purgat. Dos. cochl. j. bis, terve, in die, vacuo ventriculo.

*Misturæ Moscatæ* ℥ vj.

Succi Ment. dep. ℥ iv. Absint. com. Cin. fort. ana ℥ j. Castor. pulv. ʒ j. Mosc. gr. iv. Sacc. candi. albi ʒ iij.

Contra Stomachi dolorem, Vomitum, & Singultum, instruitur. Vide Julap. Mosch. Ministrentur cochl. iij. per vices debitas.

*Mist. ex Oculis Cancrorum* ℥ xij.

℞ Aceti acidissimi ℥ iv. Ocul. Cancr. in tenue Alcoh. redact. ℥ ß. Misce in mortario vitreo; &, cum deferbuerint, adde Aq. Lact. Alexit. ℥ iv. Aq. Theriacal. still. ʒ ij. col. edulc. cum Syr. Balsam. ℥ ij. m.

In Febre Intermittenti, vaga, anomala, vel vulneraria: itidem in Conturbationibus, & Doloribus Hypochondriacis; dosis sit ℥ iij.

*Mist. ad Oris Ulcera.*

℞ Pul. Balaust. Alum. crudi, & ust. ana ʒ ß. coq. in Aq. Plan. q. s. col. ℥ v. adde Mel. Ros. ℥ j. Ung. Ægyptiaci ʒ ß. m.

In Oris Ulceribus, usurpantur a multis Vitriolum ustum, & Ærugo, & Unguentum Ægyptiacum: monet tamen Fab. Cancrosis illud Ulceribus esse adversissimum. Sennert. tom. 2. p. 647.

Unguentum Ægyptiacum, in Cancro exulcerato nunquam usurpandum est: mirum enim in modum nocet. Muys, Podal. 71.

*Misturæ Oleosæ* ℥ xij.

℞ Ol. Amygd. dulc. ( vel potius Ol. Nuc. Jugland. ) ℥ ij. Syr. Alth. ℥ iv. Aq. Pariet. ℥ vj. Sal. Prun. ʒ j. m.

Lubricat, Relaxat; Acrimoniam obtundit, & moderatam Diuresin promovet. Universaliter observandum est, quod in Paroxysmo Nephritico, quo gravior est, Dolor, eo minus, & mitiora, sunt adhibenda Diuretica; cujus satio petenda est a supradictis, sub titulo: Haustus ad Arenulas, & Julap. Diuret, Aromat. Dos. ℥ iij. vel ℥ iv.

*Mistura Pacifica.*

℞ Laud. liq. tartaris. ʒ ij. Ol. Nuc. Mosch. Cinnam ana gutt. iv. m.

Vires habet cum Laudano communes: sed specialius respiscit Vomitionem, & Diarrhœam. Insuper, hoc modo larva Laudano obducitur, ne facile Patienti, aut Astantibus su-

suboleat: quod quidem artificium ex usu sit perquam necessario, quoties nimis ii, vel curioſi, vel abhorrentes fuerit.

*Mistura Papaverina.*

℞ Aq. Lact. Alexit. ℥ ij. Aq. Cinnam. ℥ j. Syr. de Mec. ℥. ij. Fol. Auri N. iij. m. Dos. cochl. iv. ex vehiculo appropriato.

*Misturæ Paraliticæ* ʒ ß. *vel* ʒ vj.

℞ Spir. Cocl. ʒ ij. Sp. Lavend. com. & Castor. ana ʒ ß. Elix. prop. Tartaris. ʒ j. Ol. Nuc. Mosc. gutt. iv. Cin. Caryoph. ana gutt. ij. m. Addi possunt Sp. Sal. Armon. vel. C. C. ʒ ij.

Ventriculi fermentum iners acuit; ejusque collapsum tonum restituit: Sanguinem, pituitosa colluvie inquinatum attenuat; materiamque defæcatam, & subtilem, Cerebro suppeditandam, præparat; Spirituum elasticitatem vindicat; Nervos obstsructos deoppilat; Fibrasque notorias detergit. Commodissime exhibetur ad Ventriculi debilitatem, sive resolutionem, propter Nervos alicubi obstrutos, excitatam; ad Paralysin, præsertim Scorbuticam, atque summatim ad quoscumque Functionum Animalium deficientium affectus.

Paralyticis autem Biliosis (nempe quorum Sanguini acri, & calido, multum Salis, & Sulphuris, serique perexiguum inest) hujusmodi Pharmaca calidiora, & particulis valde activis prædita, minus congruunt; immo sæpius officiunt; quæ tamen Pituitosis, quorum Sanguis frigidior plurimum Seri, paucioraque elementa activa continent, maxime prosunt.

Concedantur gutt. xxx. in vehiculo appropriato, ter in die.

*Misturæ Pectoralis* ℔ ij.

℞ Dec. Pect. ℥ xxx. Tin. Croci (Aq. Ther. paratæ) ʒ vj. Tinct. Ben. ℥ ij. Syr. Hed. terr. ℥ j. ß. O. Anisi gut. j. m.

Decoctum Pectorale (ob mucilaginosam, incrassantem, & mitigantem, substantiam) succos molles generat, Sanguini, acrimoniam retundit; ejusque colliquationem inhibet: Dein Crocus, Benzoe, Anirum, & Hed. terr. (propter aromaticas, balsamicas, & volatiles, particulas) Pulmones ipsos roborant, delicatule suppungunt. & in nixius excretoris istigant: Atque ita hæc Mistura, & materiam Tussis pres-

cindit; & saburram impactam exterminat. Propinetur calide ℥ vj. ter in die.

*Misturæ Peruvianæ* ℥ xxiv.

℞ Pul. subtil. Cort. Peruv. ℥ j. Aq. Lact. Alexit ℥ xij. Aq. Ment. Cinnam. fort. Epidem. Syr. Caryoph. ana ℥ iij. Ol. Nuc. Mosc. gutt. iv. m.

Hic elegans, & jucundus modus exhibendi Corticem in substantia, vix ulli unquam fastidium, & non, nisi raro, Diarrhœam excitat. Assumantur ℨ iij. tertiis, quartisve horis, durante lucido intervallo. Vide Elect. Paruv.

*Mistura Plateri.*

℞ Spir. Vini ( vel Aq. Regin. Hung. vel Tinct. Castor. ) ℨ ij. Succi Cæp. ℨ j. Ol. Speciæ gutt. ij. m.

Ad Aurium Tinnitum, & Dolorem.

*Mistura Pleuritica.*

℞ Aq. Hissopi ℥ ij. Fœnic. ℥ j. Epidem. Theriacal. still. ana ℥ ß. Ocul. Cancr. pulv. Bezoard. Miner. ana ℈ j. Sap. Sal. Armon. gutt. xv. Laud. Opiat. gr. ij. Syr. e Succ. Flor. Papav. errat. ℥ j.

Post Venæsectiones debitas, Pleuritidi convenit; Dolorem punctiorum, & Tussiculam tollit. Æger sumat coch. unum, alterumve, singulis horis.

*Mistura Puerperum.*

℞ Sper. Citi ℨ j. Bals. Peruv. gutt. x. Ol. Nuc. Mosc. gutt. iv. Ol. Anisi gutt. j. Vitel. Ovi N. j. Subactis in Mortario, adde Sac. alb. ℨ iii. Aq. Ceras. nig. ℨ ß. Ment. Puleg. Theri. ana ℥ j. Aq. Cin. ℥ ß. Spis. Sal. Armon. Laud. liq. ana gutt. xxx. m. pro duabus dosibus.

*Mistura Salina.*

℞ Aq. Puleg. ℥ vj. Sal. Tart. ℨ ii. m.

Capiatur cochleatim in Jusculo, contra Vomitionem.

*Misturæ Saponaceæ* ℥ vj.

℞ Sapon. Ven. ras. ℨ j. Dissol. in Aq. Puleg. ℥ ii. adde Syr. Capill. Ven. ℥ iii. Syr. de Prassio ℥ j. Ol. Anisi gutt. iii. Col.

Efficacissime lubricat, attenuat, dimovet, stimulat, ac e Pulmonum profundo expectorat. Dentur ad Phlegma tenax, Orthopnæam, Tusimve laboriosam concitans, cochl. ii. sæpius in die.

*Mistura Saturnina* .

♃ Spir. Terebint. ʒ ij. Sacch. Saturni ℥ ß. Camph. ℈ j. m. In Gonorrhœa, ( exturgescente Genitura ) Nocturna Pollutione, Furore Uterino, dentur gutt. a xv. ad xxx.

*Missuræ Scorbuticæ* .

♃ Aq. Raph. comp. ℥ ß. Sp. Cochl. ʒ ij. Elix. Prop. Tartaris. ℥ ij. Spir. Sal. Armon. ʒ j. Ol. Junip. gutt. 40. m.

Scorbuticis, quoties Ventriculi laxitatem, Inappetentiam, Ευρανεωσι'αν, Corporis languorem, & lassitudinem, Membrorumque stuporem, aut resolutionem patiuntur, Aromatica hæc, & Volatilis Mistura, multo cum fœnore ministratur. Capiantur gutt. xxx. in vehiculo parco, solidiori hora j. ante Prandium, & Cœnam, si Ventriculo prospiciendum fuerit. In copiosiori autem, liquido, & longe a pastu, bis in die, si res Corpori publicæ magis curandæ venerint.

*Misturæ de Spermate Ceti* ℥ vj.

♃ Vini Canar. Ol. Lini ana ℥ iij. Ol. Terebint. gutt. x. Sper. Ceti, Ocul. Cancr. ana ʒ ß. Sacch. albi ʒ iij. m. calide, pro unico haustu.

Prodest (post Phlebotomiam) præcipitatis ab alto, ruptis fractis, & quibus Sangnis in Corpore coagulatus, & extravasatus subsistit.

*Mistura Stomachica* .

♃ Aq. Cinnam. fort. ℥ j. Ol. Veutrioli ʒ j. Ol. Caryoph. gutt. xxiv. m.

Appetitum excitat; Stomachum roborat; Nauseam tollit; Vomitum sedat; denique pollet viribus, ac operosum illud Elixir Vitrioli Mynsichti. Dentur gutt. xl. plus, minus, ex haustu Vini Canarini, vacuo ventriculo.

*Mist. Succinata* .

♃ Vin. alb. Ulyssopon. ℔ j. Vin. Canar. Aq. Raph. comp. ana ℔ ß. Sal. Succini, Sal. C. C. Prunel. tart. ana ʒ ß. ad ʒ j. Ol. Terebint. gutt. 40. Sacch. alb. ℥ j. Syr. e 5. Rad. ℥ ij. Spir. Cochl. gutt. 160. m.

Ad Diuresin promovendam, propin. ℥ iv. mane, & vesp. atque vespertinis dosibus instill. Laud. liq. gutt. xx.

*Mist. Tartarea* .

♃ Aq. Cinnam. fort. ℥ vj. Ol. Tart. per deliq. ℥ ij. Spir. Sal. Armon. gutt. 90. m.

Cochleatim assumatur, ex haustulo Vini Canarini, in Co-

Colica, post Purgationem; addendo Laud. liqu. q. s. pro re nata.

*Mist. Terebinthinacea.*

℞ Terebint. Ven. ℥ j. Vitel. Ov. N. ij Ol. Anisi gutt. iij. Solutis, sensim admisce Syr. Alth. Vini Malacens. ana ℥ vj. m.

Ad Urinam ciendam, Arenulas, & Ulcus Renum, aut Vesicæ, dentur cochl. iij. vel cum, vel sine Laudano.

*Mist. Thebaica.*

℞ Laud. Lond. ( vel Opii. Thebaici) gr. xij. Dissolve in Aq. Ceras. nig. ℥ xij. & Sp. Vini rect. ℥ ß. Adde Sacch. ℥ ß. Col. instill. Spir. Sal. Armon. gutt. 36. m.

Pro vj. vel ix. dosibus, vase diligenter agitato.

*Mist. ad Tormina.*

℞ Aq. Ment. Cynnam. Steph. ana ℥ j. Syr. de Mecon. ℥ ij. Vitel. Ov. N. j. Ol. Junip. Spir. Sal. Armon. ana gutt. xx. Sal. Absint. gr. xvj. m. pro duabus dosibus.

Ad Colicam Flatuosam, & Ventris tormina.

*Mist. Tabularis.*

℞ Cort. Pistach. ʒ vj. Nicot. ʒ iij. Fol. Tussilag. ℥ j. Ol. Anisi gr. viij. m.

Fumus ejus, instar Nicotianæ, suffletur, ad Catarrum sistendum, & Phthisin præcavendam.

*Mist. Volatilis ℥ vj.*

℞ Syr. Bals. Tolut. ʒ iv. Spir. Lavend. Comp. Spir. Sal. Armon. ana ℥ ß. Ol. Nuc. Mosc. gutt. xiij. Ol. Carioph. gutt. vj. m.

Cephalica est, Stomachica, Cardiaca. Detur cochl. j. ex vehiculo appropriato.

*Nodulus Hystericus.*

℞ Assæ fœt. ℥ ß. Castor. Camph. ana ℈ j. Ol. Succin. ℈ ß. m. f. Nodulus.

Naribus admotus, Hystericis succurrit; namque Spiritus efferatos reprimit; ab excursibus, & exorbitantiis retro cogit; in ordines compellit; &, ne motus convulsivos concipiant, impedit.

*Oleum Austicum.*

℞ Ol. Amygd. amar. ʒ j. Ol. Nuc. Mosc. Camini. Majoranæ, Petrolæi ana gutt. iv. Zibethi gr. ij. m.

Iisdem gaudent virtutibus, ac Mist. Austica.

*Oleum*

*Oleum Cephalicum.*

℞ Bals. Peruv. ʒ j. Ol. Rorismar. Salv. Majoranæ, Nuc. Mosc. ana gutt. iv. Camp. ʒ ß. m.

Externe usurpatum, calefacit, diſſipat, & roborat: Usui est ad. Capitis(præsertim Pericranii) Affectus frigidos, & Catarrhosos.

*Oleum Paralyticum.*

℞ Ol. Succini, Saſſafraſs. ana ʒ j. Ol. Rorismar. Piperis, ana ℈ j. m.

Cum valida frictione, usurpatur ad partem primario affectam; nequam vero ad secundario patientem.

Partis autem affectæ dignotio, ex Anatome desumitur, in qua Nervorum Origines, & insertiones docentur.

Si enim pars Faciei dextera, vel sinistra resolvatur, reliquis partibus illæsis; Cerebrum tantum afficitur, secundum eam partem, a qua Nervi ad partes deferuntur.

Si vero partes Capiti subjectæ, una Facie, lædantur; Spina Dorsi, & Cerebrum afficiuntur.

Et si partes subjectæ lædantur, Facie illæsa; in sola Spina vitium consistit.

Et quidem in principio illius, si omnes simul lædantur: Si vero dimidia pars Corporis paralytica sit, dimidia tantum Spinæ portio obsidetur. Cruribus resolutis, affectio est circa finem Spinalis Medullæ, juxta Vertebrar Oſſis Sacri. Sic in cæteris inquirendus est locus, quo nervi exoriuntur, qui ad partem paralyticam deferuntur. Hæc a Riverio. Vide Linim. Paralyt.

*Oleum Rhabarbari.*

℞ Ol. Amigd. dulc. Rhabarb. pulv. ana q. v. Fiat stratum super stratum in olla, digerantur per noctem tepide; dein prælo fortiter exprimatur Oleum, colore aureum.

Hidelburgi frequenter ( prout audivi ) usurpatur ad Colicam, Dysenteriam, & Vermes. Infanti dant. ℥ ß. Nunquam ipse quidem in usum adhuc duxi; sed, quia singulare videtur, omittere nolui.

*Oxymel Asthmatici* ℔ ij.

℞ Rad. Zedoar. ℥ j. coq. in Aq. font. ℔ ij. ad ℔ ß. col. adde Gum. Ammon. ( in Aceti ℥ iv. dissoluti) ℥ j. Coll. adde Mellis ℥ iv. Coque, despuma, & cola.

Hoc,

Hoc, Domini, & Doctoris J. F. (nuperi Auctoris) experimentum, contra Orthopnæam, & Asthma, Pulmonum infarctus expedit; eorumque tonum stabilit. Dentur Cochl. iij. mane, & vesperi, per menses aliqnot.

*Oxymel Chalybeatum.*

♃ Aq. ℔ ß. Mellis ℔ j. coq. igne lento, ad despumationem: deinde adde Aceti Chalybeati (supra descripti) ℔ ß. Percoque, usque dum Syrupi consistentiam acquirat.

*Oxymel de Peto.*

♃ Fol. Peti (pulv. & nodulo inclus.) ℥ j. ß. Agar. (in nodulo) Glycyr. ana ʒ j. Sennæ, Passul. sol. ana ℥ ij. Aceti ℥ iv. coq. ab ℔ ij. ß. sub finem addendo Thymi, Hyssopi, ana M. ij. Sem. Anisi ℥ ß. Caryudh. ʒ iij. col. clarificatæ, adde Mellis ℔ j. ß. & percoquatur ad consistentiam debitam.

Usu postulante, inquit Quercetanus, qui Oxymel de Peto quoddam concinnavit operosius, cujus hoc videtur Epitome, præbet cochlearia aliquot, vel per se, vel cum aliqua Aqua Pectorali.

Sane Medicamentum hoc optime, & valide purgat, e toto corpore, e Thorace, & Ventriculo, pravorum humorum saburram; & eluviem exhaurit, detergit, & extiroat. Asthmaticis accommodatissimum, & maxime peculiase est.

In ejus usu Cautione, & Diacrismo opus est; augenda enim, vel minuenda dosis pro ægrorum ætate, & viribus, necesse est. Aliquando (ratione Peti) Vomitum ciet. Sed alia Purgantia; quæ admiscentur cum Aceto, (quod primas dotes in corrigendo obtinet) vehementiam ejus remittunt; &, eorum ope, præstantissimum, & efficaci.simum remedium constituunt, ad pituitosos Thoracis, & Ventriculi Affectus. Hæc ille.

*Oxymel Purgans Pectorale.*

♃ Passul. sul. exacin. Rad. Ireos Florent. ana ℥ j. Rad. Enulæ, Calami arom. ana ℥ ß. Sennæ ℥ ij. Agar. ℥ ß. Herb. Marub. albi, Saturejæ, Syssopi, Hed. Terr. ana M. j. Zinzib. ʒ iij. Nicotianæ sicc. ʒ j. Aq. foat. ℔ j. ß. Aceti ℔ ß. coq. ad ℔ ij. sub finem adjiciendo Sem. Anisi ʒ ij. col. adde Mellis ℔ j. coq. iterum ad consistentiam, diligenter despumando.

Pituitam crassam tenacem, in Visceribus, Pulmonibus,

bus, vel Habitu Corporis delitescentem, varias Obstruct'o-nes, Diathesinque Œdematosam, Catarrhosam, Phthisicam, Paralyticamve inducentem, potenter attenuat, extirpat, & eliminat. Dos. ℥ iij. mane, singulis, vel alternis diebus, pro re nata.

*Passulæ Anthelminthicæ.*

℞ Uvar. Passul. Corinth. (a fæcibus perpurgat.) ℔ ß. Rhabarb. (radula rasi, & linteo raro laxe ligati) ℥ ß. Corallinæ (pulv. & nod. inclusæ) ℥ j. Aq. Portulacæ ℥ iv. Ponantur in Olla fictili vitreata; pasta contegarur, in furno (post panes extractos) coquatur, dum Passulæ turgescant, & emolliantur. Cap. Puer cochl. j. mane, per aliquot dies.

*Passulæ Laxativæ.*

℞ Sennæ (a stipitibus repuigatæ, & fractæ) ℥ jv. Bacc. Junip. (contus. & tela rara ligar.) ℥ ij. Vini albi, Aq. font. ana ℔ j. Fiat Infusio calida, clausaque, sex horas; col. subsidendo, depuratæ, adde Passul. corinth. (mundal.) ℔ j. coq. super lenem focum, dum turgescant, & emolliantur: deinde, cum liquore (per incerniculum, sine expressioue, transmisso) & Saccharo, pari pondere, paretur Syrupus tenuis, sub finem coctionis addendo Rad. Zinfiib. Sem. Coriand. ana ʒ ij. Denique Syrupus iste col. affundatur supra Passulas dictas, & usui simul recondantur.

Mannæ ℥ iv. adhiberi possunt, sed tunc sacchari quantitas minor expetitur.

Dos. cochl. circiter ij. Sirupi, & Passularum, ana, ut sumptarum.

*Passulæ Purgantes.*

℞ Cassiæ cum siliquis contus. Sennæ, ana ℥ ß. Rad. Catami aromat. Bacc. Junip. ana ʒ ij. Sem. Curiand. Fœnic. dulc. aua ʒ iij. coq. in Aq. q. s. ad tersia. Col. adde Passul. Corinth. ℥ iv. Sacch. albi ℥ j. Tart. Vitriol. ℈ j.

Passulæ in col. ad turgescentiam lente coquantur: exceptæ deinde, in patina terrea reponantur. Restitans vere liquor, cu℔ Saceharo, ad Syrupi consistentiam coctus, super Passulas fundatur; qua facta affusione, Tartarem Vitriolatum admisceatur, additis etiam Ol. Anisi gutt. vj.

*Pa-*

*Paſta ad Aphthas.*

℞ Butyri, ſed ſine ſale, ( loti in Aq. Roſ. ) ℥ j. ß. Pul. Glycyrrh. ʒ j. ß. Sacch. cand. albi ſubtil. Pulv. q. ſ. f. Paſta mollis. Hujus particula Ori indatur, quoties adeſt Pituita lenta, Oris ſiccitas; aut Reſpirandi difficultas.

*Paſta Gallica.*

℞ Boli ℥ j. Alum. uſti, Panis cremati, Pul. ſubtil. Laterum, Terræ figuline Chinenſis, ana ʒ ij. Mellis deſpumati q. ſ. ad conficiendam Paſtam.

Ad Dentes, a ſordibus fœdis, a lapide dentali, a quibuſcunque, & inquinationibus, & fœtoribus, repurgandos, poliendos, & dealbandos, uſurpetur quotidie mane; & frictio lacinia lanea adhibeatur. Dentes vero ipſi, potius, quam Gingivæ, affriccari debent; crebrior enim, & durior attritus Gingivarum eas atterere, & abſumere ſolet.

*Paſtilli Odoriferi.*

℞ Rad. Cyperi ℥ j. ß. Calam. arom. Carbon. e Salice, ana ℥ j. Styr. Calam. Benzo. ana ʒ ij. Mucilag. Gum. Dragac. ( Sp. Vini extract. ) q. ſ. f. Paſtilli. f. a. Super prunas ardentes conjecti, ſuaviſſimum odorem exhalando, conclavium fœtorem corrigunt.

*Peſſaria.*

℞ Pul. Myrrh. ʒ ij. Rad. Helleb. nig. ( vel Fol. Sabinæ ) Ol. Aniſi, ana ʒ ß. ( quibus grana aliquot addi poſſunt vel Moſch. vel Zibet. ſi Medico viſum fuerit ) Vitel. Ov. N. j. m. inſtar Unguenti, quocum illinatur Radix Gentianæ raſæ, digitum Indicem longæ, & Pollicem craſſæ.

Inter utendum, filo coxæ alligetur, ut extrahi poſſit; quod fieri debet poſt 4. aut 6. horas, ne exulcerationem inferat.

Fr. Syvius aſſerit, ſolum Raphanum, in Peſſi formam fectum, in Uteri Cervicem intruſum, acrimonia, & halitus aſſurgentibus, Menſes ciere.

*Petum Phtiſicum*

℞ Cort. Piſtach. ʒ iij. Herb. ſic. Hyſſopi, Marrub. alb. Roræ ſolis, ana ℥ ij. Auripigmenti ſcintillantis, Dabaci Indici, ana ℥ ß. f. Omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui Vitelo Ovi exceptus, & ſupra Porphyritim lævigatus, inſtar Pigmenti Pictoris, penicillo, vel cultro extendatur ſuper folia Tuſſilaginis, ad partem villoſam.

Folia sic delibata, siccata, & forcipibus scissa, suſſlentur per tubum ( instar Nicotianæ ) mane, & vesperi ; ita, ut fumus ex ore, ( eo repleto ) inspirando, attragatur in Pulmones, sedulo extussiendo.

Empirici ( inquit Willis ) ordinarie præscribunt Auripigmenti, instar Nicotianæ) tubulo accensi, fumum ore hauriendum; adeoque interdum bono cum successu. Porro, apud vulgus, in praxi est Panni, cum Auripigmento picti, (quo scilicet cauponarum parietes obducnntur ) frustula minutim incisa, instar Nicotianæ, in tubulo accendere, & Fumum in Pulmones Tabidos, curationis causa haurire.

*Pila Emmenagoga*

℞ Theriacæ Ven. ʒ j. Pul. Sabinæ ℈ j. Ol. Anisi gutt. iv. Sal volat. Armon. gr. ij. Cum hapso lanæ, compingatur in Pilam, vel Nasale.

*Pila Odontalgica.*

℞ Assæ fœt. gr. viij. Camph. Sang. Drac. a gr. j. Ol. Pipe. gutt. ij. m. Dentis cariosi cavernis immissa, atque ibi detenta, dolores acutissimos sedare, ac solvere, sæpæ solet.

*Pilulæ Alexiteriæ.*

℞ Pulv. Serp. Virgin. ʒ j. ß. Camph. Sal. Succini, ana ʒ ß. Diascord. q. s. in Massam cogantur; & ex singulis Scrupulis Pil. iv. conficiantur.

*Pil. de Allio.*

℞ Succi Allii ℥ ß. Gum. Ammon. ʒ j. ß. Millep. præp. ʒ j. Croci ℈ j. Flor. Benzo. ℈ ß. Ol. p Anisi gutt. iv. Rad. Enulæ pulv. q. s. ad consistentiam Pilularem.

Potentissime incidunt, attenuant, & expectorant.

*Pilulæ de Ambra.*

℞ Ambræ gris. gr. ij. Moschi, Sal. CC. Croci, ana gr. j. Opii. gr. iij. Bals. Peruv. q. s. m. s. Pil. N. iij. pro 3. Dosibus.

Singultui compescendo inserviunt ; hoc vero symptoma, si superveniat Febribus continuis, & Malignis, ab Opio cavendum. Vide Julap. Mosch.

Ettmullerus asserit, Senes subinde Doloribus Stomachi gravioribus corripi ; ad quos, ut alias etiam Cardialgias, cum virium prostratione, hujusmodi Pilulas egregias esse.

Sunt quædam Mulieres Hystericæ, & Hypocondria-

ci Mares, qui vix Odorem Moschi ferre possunt, propter raram Spirituum Animalium texturam: nimis commoventur a talibus Odoribus; adeoque in inordinatos motus abrepti, facile Spasmos Viscerum internorum patiuntur. Vid. Pil. Solenandri.

*Pil. de Ammoniaco Stomachicæ.*

℞ Gumm. Ammon. col. Alois, ana ℥j. Myrrh. Sennæ, Croci, ana ʒ ß. Oxym. Scill. q. s. m. Cogantur in justæ censistentiæ Massam.

Addi possunt Sal Chalybis, Ol. Junip. Anisi, Carui, Abſint. Ment. Caryoph. &c.

*Pil. Antemetice.*

℞ Pul. sobtil. Meni. ʒ ij. Absint. ℈ ij. Balaust. ℈ j. Ol. Cinnam. gutt. ij. Diascord. ʒ j. Syr. Cidon. q. s. m. Componantor in Massam.

*Pil. Antiphthisicæ.*

℞ Sacchs Saturni ʒ j. Sal. Chalya. ʒ ß. Sang. Drac. ʒ j. ß. Bals. Copaiv. q. s. m. f. Pil. N. 48. pro xij. Dosibus.

Vid. Tinct. Antiphthis.

*Pil. de Apibus.*

℞ Pulv. Apum, Rhab. ana ʒ ij. Ol. Anisi gutt. vj. Terebinth. Ven. q. s. m. f. Pil. usualis magnitudinis.

Ad Urinam ciendam, detur ℈ j. bis in die.

*Pilulæ Arbriticæ.*

℞ Pul. Chamæpit. ʒ vj. Ent. Ven. q. s. m. f. massa, pro xvj. Dosibus

Pepseos, & Chylificationis munia juvant; fibrillas laxatas restituunt; Salia fermentescibilia subigunt; & per Urinam eliminant. Deglutiatur Dosis mane, & 4. pomerid. quotidie; superbibaturque hausrus Decocti Edulcorantis vel e Lignis, vel Sacri, vel Trifolii fibrini.

*Pil. Asthmaticæ.*

℞ Gum. Ammon. col. ʒj. Croci, Sal. C. C. Sal. Succini, Flor. Benzo. ana ʒ ß. Ol. Rorism. gutt. vj. Syr. Bals. q. s. m. f. Pil. Nu. 48.

Dos. N. iij. ter. in die.

*Pil. Astringentes.*

℞ Boli, Sang. Drac. Coral. rub. Succini, Mastich. Croci Martis astring. ana ℥ j. Ol. Cinnam. Nuc. Mosc. ana gutt. vj. f. pulv. qui cum Tereb. Ven. q. s. cogatur

in Massam: Pil. N. iv. e singulis Scrupulis formentur; & Sanguinis Drac. pulvere obvolvantur.

Exsiccant, absorbent, edulcorant, constipant, astringunt, & roborant: Diarrhœam, & Dysenteriam cohibent; Sputum, Vomitum, & Mictum cruentum sistunt; Mensium, & Lochiorum profluvium compescunt; Lumbaginem, a sanguinis dispendio, aut Fluore albo ortam, leniunt. Dentur N. iv. his, vel sæpius, in die, donec Indicationi satisfiat.

*Pil. Balsamica.*

♃ Milep. præp. ʒ iij. Gum. Ammon. col. ʒ j. ß. Flor. Benzo. ʒ j. Pul. Croci, Bals. Peruv. ana gr. xv. Bals. Sulp. q. s. m. f. Massa, & Pil. iv. e singulis Scrupulis.

Probatissimæ, & præstantissimæ sunt, ubi datur Tussis Chronica, Scrupulosa, & Phthisica; atque ubi Pulmonumque meatus, & glandulæ phlegmate viscoso infarciuntur; ac Tubercula cruda suboritura, suspicari licet. Sumantur iij. ter in die, superbibendo haustum Decocti appropriati.

*Pil. Benedictæ.*

♃ Alois ℥ ß. Sennæ ʒ ij. Assæ Fœt. Galb. Mirrh. ana ʒ j. Sal. Martis ʒ vj. Croci, Macis, ana ʒ ß. Ol. Succini gutt. 20. Syr. de Artemis. q. s. f. Massa, & Pil. N. 160. pro 40. Dosibus, sc. iv. pro Dosi.

Sanguinem eepauperatum, & inertem, exaltant, & acuunt; Humores limosos, & subsistentes attenuant, & expurgant, Uteri vasa, muco infarcta, & a muniis feriantia, aperiunt, & stimulant. Fœminino sexui sunt appropriatæ, & Expertissimum, Fidelissimumque præstant remedium, ad inveteratam Mensium Obstructionem amovendam. Atque, licet alvum subducant, facile tamen ferri solent; quia Vaporibus. & passioni Hystericæ adversantur. Dentur singulis, vel alternis noctibus, pro Medici judicio, per aliquot septimanas.

*Pil. Cachecticæ.*

♃ Gum. Ammon. purissimæ in granis, Alois lucieæ, ana ʒ vj. Chalyb. cum Sulp. ʒ v. Ol. Casyoph. & Anisi, ana ℈ ß. Sp. Vini (vel Elix. Prop.) Tartaris. q. s. f. massa.

Ex Pharmacopœja Leovardensi desumptæ hæ Pilulæ, maribus potius, quam Fœminis dicantur; quia Vapores Hystericos non adeo respiciunt: nihilominus vero,

calidiores sunt, quam supra scriptæ Benedictæ; Sanguinem fortius exagitant, & evehunt; Obstructiones æque expediunt; Fibris laxatis tonum consiliant; Habitumque corporis exonerant, & emendant. Dentur eodem modo, ac Dosi, ac Pil. Benedictæ.

Non sum nescius quidem, quod cl. Sydenham, toto illo spatio, quo Chalybeata sumuntur, a Catharticis omnino abstinendum esse, contendit, quia Chalybis vires a Cathartico infringuntur; & quando id palmarium illi sit, ut Spirituum systema redintegretur, firmeturque, quod toto vix octiduo resuscitatur Chalybis ope, Cathartico (vel lenissimo, exhibito, die unica rursus demolitur: Et haud illi dubium est, quin Apuæ etiam Minerales ferreæ, Purgantium intercalatorum usu, minus reddantur efficaces.

E contra vero, sæpissime notavi Effectus satis felices ex Chalybeatis, & Catharticicis, simul maritatis; ideoque, ut Difficultatem hanc expediam, hoc modo distinguendum esse, judico.

Si Chalybeatorum exhibitorum Intentio sit unica, ut Sanguinis depressi crasis exaltetur, & Spirituum Sistema corroboretur; tunc quidem a Catharticis prorsus abstinendum erit.

Sin vero, una cum Sanguinis exaltatione, Obstructiones insuper sint amovendæ, & colluvies limosa eliminanda; tunc Cathartica, Chalybeati adjecta, optime operabuntur; &, unitis viribus, prospere rem conficient. Atque huic opinioni constans Mepicorum praxis abunde suffragatur; certaque, & fidelis Experientia semper astipulatur.

Atque Authorem ipsum, non semper, & ubique, a Purgantibus abhorrere, liquidissime constat. Hoc modo enim consulet, (Process. integr. p. 10.) Si Chalybis justo plus corpus calefaciat; tum per ejus usum, quarta quaque aurora, sumatur Aq. Mineralinm purgantium ℔ iv. quæ, tametsi alvum moveant, haud tamen tumultum ciet.

*Pil. Camphoratæ.*

℞ Pul. Glycyrrh. Sacch. Camph. ana ℈ ij. f. pulv. subtil. ex quo, & Tereb. Ven. q. s. concinnentur Pilulæ.

*Pil. Carminativæ.*

℞ Gumm. Ammon. col. ℈ ij. Myrrhæ, Succini, Mast. ana

ana ℈ j. Olibani, Croci, Castor. ana ℈ ß. Sal. Martis ( ad albedinem calcinati ) ʒ ß. Ol. Nuc. Moſch. gutt. viij. Elix. Prop. q. s. m. f. Pil. N. 49.

Sylvianæ hæ sunt; & optimi quidem comearatæ ad Pituitac, ) Ventriculum, & Inteſtina aggravantes, Flatusque, Dolores, & malorum Iliada excitantes ) attenuandas, & abradendas.

Flatus discutientia, non disringuuntur a pituita incidentihus, inquit Riverius; & recte: nam Flatus generantur, quando pituita conquassata in bullas elevatur. Quæ ergo pituitæ visciditatem corrigunt, Flatuum parentem confodiunt. Dentur Pil. v. bis in die, vacuo Ventriculo.

*Pil. de Castoreo.*

♃ Pul. Castor. ℈ iij. Sal. CC. Sal. Succini; ana ℈ j. Bals. Peruv. gutt. xvj. Diascord. q. s. m. f. Pil. N. xxx.

Amicissimæ sunt Mulieribus, Hysterice affectis.

Non possum non vehementer mirari, qu.d Zvvelfero in mentem venerit, cum hoc modo (Phtrm. Reg. claf. *6. p. 546.*) sese expresserit. Ipsa testatur Experientia, quod Castoreum; odore tenus quidem, Hystericis prosit Mulieribus; at, intra corpus sumptum, magis sit nocumento. ------ Ergo contrarium morbo moliuntur, qui Castoreum Hy.terieis infundunt. Cujus facinoris felicem successum videre, mihi nondum licuit.

Singulis Dosibus addi possunt ( si Medico visum fuerit) Sal. Chalybis gr. iij.

*Pil. Catarrhales.*

♃ Pil. Ruffi ℈ j. Pil. de Styrace gr. vj. Ol. Anisi gutt. j. f. Pil. Num. v.

Lymphæ transudationem prohibent; Serum acre vellicans mitigant; irritationis sensum obtondunt; Tussim sistunt, & Somnum accersunt; postero vero die, materiam per alvum leniter subducunt, novumque ejus influxum præcavent. Ab omnibus autem Catharticis, fortioribus religiore, hoc in casu, abstinendum est; quandoquidem ista, non tantum Naturam debilitant; verum etiam ( sanguinem acuendo, & exagitando ) Colliquationem adaugent, Febremque accendunt. Sumantur vesperi, sine regimine; & singulis, vel alternis noctibus, repetantur.

*Pil. Catholicæ.*

♃ Pil. Coch. maj. ℥ j. Extracti Rubii ℈ ij. Res. Jalap. ℈ j. Ol. Anisi gutt. ij. Bals. Peruv. q. s. m. f. Pil. N. xxiv. pro 4. Dosibus.

Optime, & efficaciter purgant; mane primo sumantur, horam unam super dormiendo.

*Pil. Cephalicæ.*

♃ Pil. Pœt. xv. Res. Jal. Castor. Sal. Succini, gr. v. Ol. Succini gutt. ij. Spir. Lavend. comp. q. s. f. Pil. Nu. vj.

Vulgata apud plurimos invaluit opinio, Pilulas commodius, quam Pstiones, in Capite purgando exhiberi; nempe quia non statim solubiles, Ventriculum diutius irritant, & consequenter fortius e Capite, & partibus remotioribus, humores alliciunt.

Mediocris hæ sunt operationis; & apprime conveniunt, ubi Capitis Dolori, Paralysi, Affectibus Soporosis Convulsivis, aut Hystericis obnoxii, purgatione opus habent. Dentur iij. vesperi, & iij. mane sequenti, cum levi regimine.

*Pil. Chalyheatæ.*

♃ Sal. Chalyb. ʒ j. Chalyb. cum Snlph. præp. & subtil. lævig. Pul. Rad. Serp. Virg. ana ʒ ij. Caryoph. Marrh. Croci, Alois, ana ʒ ß. Ol. Nuc, Mosc. gutt. x. Ol. Anisi gutt. v. Mellis q. s. m. f. Pil. Num. lxx. pro xv. Dosibus, sc. v. pro Dosi.

*Pil. Chalybeatæ Balsamicæ*

♃. Sal. Chalyb. ʒ j. Gum. Guajaci, Alois ana ʒ ij. Scammon. Gum. Ammon. ana ʒ ß. Balr. Pəruv. q. s. s. Pil. Nu. 60. Nu. v.

*Pil. Chalybeatę Fœtidæ.*

♃ Sal. Chalyb. ʒ ß. Galb. ℈ j. Ass. fœt. ℈ ß. Nyrrh. Castor. ana gr. xv. pul. Rad. Zedoar. ( Rad. Ser. Virg. vel Cort. Peruv. pro intentione Medlci ) ℈ j. ß. Extrac. Gent. ( vel Rutæ, vel Ther. Androm. ) ʒ ij. Ol. Succini gutt. ivs Syr. Pœon. q. s. f. Pil. N. 60. pro xij. Dosibus.

*Pil. Chalyb. Volatiles.*

♃ Myrrh. ʒ ij. Croci, Sal. Chalyb. ana ℈ ij. Sal. CC. Succini, ana gr. xvj. Bals. Peruv. gutt. viij. Ol. Nuc. Mosch, gutt. iv. Ol. Cinnam. Caryoph. Rorism. Origani, ana gutt. j. Syr. Bals. q. s. m. f. Pil. Nu. 80. pro xvj. Dosibus,

1. *Pil.*

1. *Pil. Chalydeatæ Purgantes.*

℞ Pil. Ruffi ℈ j. Sal. Chalyb. gr. v. Bals. Peruv. q. s. f. Pil. N. v.

2. *Pil. Chalybeatæ. Purgantes.*

℞ Gvm. Ammon. ( mediante Vino Rhenano depurati) ℥ ij. Vitrioli Martis ( ad levem rubedinem calcinati ) ʒ ß. Scammon. sulphurati ʒ x. Nl. Ment. gutt. xij. Syr. de Spina Cer. q. s. m. f. Massa.

In Melancholsa Hypochondria, Cachexia, & Obstructionibus pertinacibus, conducit.

Dosis a gr. v. ad ℈ j. Sæpius enim minor Dosis præstat.

*Pil. e Cinnabare.*

℞ Cinnaa. nativ. in Alcohol. redact. Cran. Hum. ana ʒ ij. Castor. Sal. Succini, ana ʒ j. f. pulv. exquisite tenuis, cui adde Ol. Major. gntt. xii. Bals. Peruv. ʒ j. & Syr. Pœon. q. s. Contundendo in Nortatio, elaborentur in Massam Pilularem.

Ad Epilepsiam, pro 24. Dosibus.

Cranium est ( si quid ego judicem ) non tantum Os aridnm, viribus cassum; sed insuper cadaverosum, sed humanum; atque eo nomine ægris ( si non Anthropophagis ) horrificum, & execerandum: ideoque salubre, esse, & honestum ex Pharmacopoliis omnibus efferre, & Ossa sepulchrali contumulare domo.

*Pil ad Solluviem.*

℞ Calomel. ʒ ii. Sacch. Saturni ʒ j. Camph. Amyli, ana ʒ ß. Bals. Copaiv. q. s. f. Pil. Num. 36. pro IV. Dosibus.

Contra Gonorrhœam, & Fluorem album.

*Pil. de Coccinella.*

℞ Coccinel. ʒ ij. Croci ʒ j. mellis q. s. f. massa pil.

Alexipharmacæ sunt, & in Febribus malignis ( præcipue Diarrhœa Symptomatica comitatis ) præscribi possunt.

*Pil. Colicæ.*

℞. Pil. e duob. ʒ ß. Calomel. ℈ ß. Ol. Succini gutt. ij. Laud. Londin. gr. ij. Diacod. q. s. f. pil. N. v.

In Colica Hysterica, purgationem quamvis noxiam esse, deprehenditur. In Biliosa vero, quando dolore sævus in uno quodam loco ( præsertim Centriculo, & Intestinis superioribus ) defigatur, Alvusque sit pertinacissime clausa, & nullum Clysma possit injici, propter

Spasmum Intestina retrahentem, hæ Pilulæ in subsidium venire solent: primo enim dolorem sedant, & Spasmum solvunt; dein Motum Peristalticum fortiter stimulant; & Materiam Morbosam exterminant. Quod, si prlma vice exhibitæ (prout sæpe evenit) operationem non sortiantur, (Fotibus Carminativis non interim neglectis) repeti debent, nt operatio sequatur: quamprimum enim per intestina viam ibi faciunt Spasmus, & Morbus solvitur.

*Pil. Cratonis*

♃ Cubeb. Calamint. Nuc. Mosc. Caryoph. Mastich. ana ℨ j. Ambræ gris. ℨ ß. Mosc. gr. vj. Cum Succo Major. f. Pil.

Contra Apoplexiam, dentur ℈ j. vesperi, & mane circa Novilunium, & Plenilunium.

*Pil. Croceæ.*

♃ Extrac. Croc gri .xvj. Flor. Benyo. gr. xxiv. Succ. Glycyrrh. Hisp. ℈ ij. ß. Ol. Anisi gutt. ij. Elix. Prop. q. s. m. f. Pil. Cu. xxiv.

Harum vis (sanguinis vehiculo) in Pulmones ipsos transjertur; ibique, partim lymphæ acrimoniam temperando, ejusque transudationem præpidiendo; partim pituitam crassam attenuando, & stagnuntem dimovendo; partimque demum membrans Bronchiorum irritando, earumque tonum rertituendo, Pulmonibus oppletis, & oppressis, fortiter succurrunt. Sumantur Pil.ij.ter.in die,superbibaturque haustus appropriatus.

*Pil. Diachalciteos.*

♃ Alum. rup. ust. xij. Vitrioli albi gr. viij. Terebinth. Eenet. q. s. m. f. Pil. Nu. xij. pro sex Dosibus.

Ad enormem fluxum Mensium dentur per vices, prout usus fuerit.

Schroderus Pilulas exhibet Diureticas Clossæi, ex Vitrilo albo, & Terebinthina comparatas; quas sumendas esse ait a ℨ j. ad ℨ ji. (Dosin plane prodigiosam) asseritpue Terebinthinam, Vitriolo additam, vim ejus Vomitivam refrænare, & Diureticam concitare. Sed eredat Judæps Appella.

Novimus, quosdam (inquit Wedel. Amæ nit. lib. 2. Sect. 2. C. 16.) cum successu uti Vitriolo aibo, saltem ad gr. j. quotidie dato, & per aliquot dies continuato: unde blanda quædam Salivatio oriebatur.

lum

lum enim est Vmeticum, juſta Doſi datum; minori vero continuetum, cum movere Vomitum non puſſit, ſaltem Salivam in os movet, uti id ipſum fit in vomiturientibus.

*Pil. Diacurcumæ.*

℞ Pul. Rad. Curcumæ ʒ j. Croci gr. xvii. Sal. volat. Sal. Armon. Sal. Succini, aob ʒ ß. Piperis longi gr. xij. Theriacæ Ven. ʒ j. ß. Ol. Roris. gutt. vi. Spir. Lavend. comp. ʒ ß. Syr. de 5. Rad. q. s. m. f. Pil.

Valent in Cachexia, Ictero, Hepatis obſtructione.

Dos. ana ℈ j. ad. ʒ ß.

*Pil. Diaphoreticæ.*

℞ Rnd. Strp. Virgn. ℈ iv. Croci, Camph. Sal. CC. Succini, ana ℈ ß. f. pulv. ſubtil. qui cum renioris partis Diaſcore. q. s. formetur in Pil. Nu. xxxv.

Aliqui a Bolis, & Pulveribus (præſertim amaris) abhorrent, qui tamen Pilulas ſine faſtidio deglutire poſſunt. Febribus malignæ notæ dicantur. Quoad operandi modum vero, conſulatur Cecoct. Sactum. Dentur Nu. v. tertiis, quartis, vel ſextis horis, cum vehiculo ideoneo.

1. *Pil. Diureticæ.*

℞ Pul. Apum. ʒ ij. Sal. Prunel. ʒ j. Sal. Succin. volat. Sem. Sinap. ana ʒ ß. Ol. Aniſi gutt. xij. Terebinth. Den. q. s. f. Pil. pro xij. Doſibus.

Sanguinis compagem liquant; Glandulas, & interiores corporis receſſus detergunt; Renes iſtimulant; Mucum & Arenulas expurgant; Urinamque potenter ciet. Porro, veſperi exhibitæ, egregie ſpbveninnt, & Aquarum Tumbrigentium potatoribus, quoties Aquæ epotæ, aut propter pituitoſas Obſtructiones defixat, aut propter inertiam fibrarum propellentium, in Habitu Corporis reſiſtentes, non ſatis copioſe redduntur. Duo vero ſunt Practicis obſervandi cauſa, in quibus hujuſmodi acria minime conveniunt. Primo, quando Aquæ ſtagnant in Habitu Corporis, ob febrilem intemperiem, aliamve acrem ſanguinis diatheſin, quæ Spiritus turbando; fibrillaſque irritando, tubulos criſpat, meatulos occludit: atque in hoc caſu opportune veniunt Venæ ſectio, Laxantia, Refrigerantia, Lenia, & Demulcentia. Secundo, quando non in Corporis Habitu, ſed in Ventriculo ipſo, & primis viis moras nectunt Aquæ; mi-

nime enim tunc Diuretica; sed Aromatica, Carminantia & Ventriculum confortantia, & Cathartica, rectius indicari, & Ratio suadet, & Usus docuit.

2. *Pil. Diureticæ.*

℞ Test. Ovor. calcin. ℥ ß. Camph. Cantharid. ℈ j. ß. Tereb. q. s. form. Pil. Nu° ix.

Deglutiantur iij. tertiis horis.

Potentissime omnium Urinam pellunt Cantharides, idque ob Sulphur volatile, atque ob Sal copiose acre causticum, in Urina liquabile, quod in vasa raptum, in Renis, & Vesica hinc adeo stimulat, ut & erodat, & Urinam cruentam efficiat.

Neque enim tam propter hispidas, aculeatasque partes agunt, quo nonnulli pro ratione allegant; nam tritu, & mixtime cum aliis viscidis, rotandis, oleosis, pereunte illa figura, nihilominus potenter id præstant. Sed caute illis est utendum, ac Dosi refracta, inquit Wedel.

*Pil. Dysentericæ.*

℞ Boli pul. ℥ ij. Ol. Carthæ gutt. iv. Galb. cel. q. s. f. Massa Pi.

Peregrinus quidam Medicus mihi communicavit; & harum vires in Hibernia se satis expertum esse, sancte asseveravit. Bolus, humorum acrimoniam retundere; & affluxum sistere, deinde Galb. & Ol. Chartæ, corrugationes dolorificas compescere posse videntur. Dos. ℈ j.

*Pil. Ecphracticæ.*

℞ Pil. Stom. cum Gum. Pil. Aloephang. Pul. Rhab. Gum. Guajaci, Sal. Chalyb. ana ℈ iv. S-l. Absint. Extrac. Gent. ana ℈ ij. Elix. Prop. q. s. f. pil. N. 80. quarum Dosis sir. N. v.

Vires obtinent Mist. Ecphract. & pil. Cachect. quas vide. Sumantur vesperi, vel quotidie, vel alternis noctib. per mensem integrum.

*Pil. Emmennagogæ.*

℞ Borac. Ven. Myrrhæ ana gr. 45. Rad. Aristol. rot. Croci ana gr. xv. Ol. puleg. Sabinæ, Caryoph. ana gutt. ij. Syr. e 5. Rad. q. s. m. f. pil. xxiv. pro vj. Dosibus.

Titulus vires edocet. Dentur (post pilularem Benedict. usum) Menstruitionis tempore: quotidie irritatio fortior requiritur, bis in die.

*Pil.*

*Pil. Expectorantes.*

℞ Gum. Ammon. col. Millep. ana ʒ ß. Castor. Flor. Benzo. Sal. Succini, ana ʒ ß. Camph. Croci, ana gr. xv. Bals. Sulph. q. s. Reduc. in Maſſam, & confice Pul. Nu. v. e ſingulis Scrupulis.

*Pil. Febrifugæ.*

℞ Pul. Flor. Chamæm. ʒ ij. ß. Antimon. diaph. ʒ j. Sal. Abſint. ʒ ß. Mucilag. Gum. Tragac. u. s. f. Pil. N. 60. pro xij. Doſibus.

Non ſemel (licet non ſemper) efficaces novi ad Febrem intermittentem (ſine recidiva) profligandam, quum Corticem Peruvianum fruſtra prius tentaſſem. Sumantur tertiis horis, abſente paroxyſmo.

*Pil. Gemmæ.*

℞ Pul. Rutæ, Macropip. Sal. Germ. Camph. Bals. Peruv. ana ʒ ß. Ol. Cymini gutt. iv. Syr. de Mecon. q. s. m. f. pil. Adverſus Colicam.

*Pil. Gentianæ.*

℞ Pul. Gent. ʒ ij. Sal. Abſint. ℈ ij. Extrac. Gent. ʒ j. Syr. e Roſ. ſic. q. s. f. Pil. Nu. 60. Doſ. Nu. v.

Contra Febres intermittentes; & ad Ventriculum roborandum.

*Pil. Gileadenſens.*

℞ Sac. can. albi ʒ ij. Spec. Diarr. frig. ʒ j. Bals. Tol. ℈ ij. Flor. Benz. ℈ j. f. pulv. qui Rals. Gilead q. s. exceptus, formetur in pilulas Nu. 60. pro xij. Doſibus.

In diatheſin Phthiſicam proclivibus, & chronico lateris Dolori, Tuſſique obnoxis, commode preſcribuntur. Seri enim exſudantis acrimoniam corrigunt; Infarctus Pulmonares expediunt; Tubercula cruda diſcutiunt; Fibritiarum tonum ſtabiliunt; Vaſorumque rupturas reſarciunt. Dentur mane, & veſp. cum. vehiculo.

*Pil. de Guajaco.*

℞ Gum. Guajaci, Aloes ana ʒ j. ß. Bals. Peruv. q s. f. Pil. f. a.

MS. ex quo deſumpſi, vult, Aloen, in hac miſtura, omnem ſuam amarltudinem deponere.

Ad Affectus Ventriculi frigidos. Doſ. ʒ ß. poſ cœnam. His addi poteſt Chalybis.

*Pil. Halesanthinæ.*

℞ Sperm. Ceti ʒ j. Sacch. alb. ʒ ij. Syr. Bal. q. s. Contunde in mortorio tepide, & confice Pilulas.

Puerperis conveniunt, & contusis. Dos. ʒ ß.

*Pil. Hydragogæ.*

℞ Gamborg. pulv. a gr. xij. ad xvj. Ol. Junip. gutt. ij. Mithridat. q. s. m. f. Pil. N. iii.

Hæ Pilulæ inassuetis operationem ordiri solent cum aliquali Patientis angore, & duabus, tribusve vomitionibus: post aliquot vero assumptas Doses, vim suam Emiticam omnino deponunt, & per inferiora tantum purgant. Tam potenter vero, & confertim operantur, ut sæpius (non sine stupore) notavi 12. aut 16. sedes mere aquosas ex earum usu profluxisse; totalemque operationem intra duarum horarum, ab assumptione, spatium, penitus peractam fuisse. Atque Neotericorum licet jam passim invaluerit opinio, nullamuspiam dari Elictivam Purgationem; Experientia tamen irrefragabiliter, & ad sensum testatur, has Pilutas humores præcipue, & quasi Specifice, aquoso prolicere. Ideoque Anasarca laborantibus mirum quantum opitulantur: Tumoribus aquosis, & Ulceribus humidis, valide medicantur: Sudores istos, qui non Febri crisin molienti, sed Seri copiæ, Sanguinique fusioni, debentur, mirabiliter sistunt. Habitu Oedematoso præditis, rite appropriantur: Calidioris vero, & siccioris temperamenti hominibus, minime congruunt. De modo purgandi Hydropicos, vide Potionem Pur. Hyd. infra scriptam.

*Pil. Hystericæ.*

℞ Galb. Gal. col. Assæ fœt. Myr. a ʒ j. Cas. Cam. Sal. Succin, ana ℈ ß. Ol. Succini gutt. iv. Bals. Peruv. q. s. f. Massa. Cui (quoties res postulaverit) adjici, possunt Salis Calybis ℈ ij. exindeque dicantur Pilulæ Hystericæ Chalybeatæ.

Vires suas exserere videntur, quatenus Spiritus exorbitantes, ac desertores, in proprias stationes remandant; quod fusius sub titulo Julap. Hyst. explicatur. Sin vero ventrem moverint (quod in corporibus facillime purgatis præGummata, quæ insunt, quandoque fit) tunc ab iis, omnino abstinendum erit. Exhibeatur ℈ j. pro Dosi cum Julap. Perl. Hyst.

Pil.

*Pil. Japonicæ.*

℞ Ter. Japon. pulv. ℥ ij. Ol. Dinnam. gutt. iv. Syr. e Ros. sicc. q. s. m. f. Maſſa.

Inſigniter corrugant, & aſtringunt; Laxitatem Ventriculi emendant; Vomitionem ſedant; Diarrhœam reprimunt; internaſque Sanguinis effuſiones ſiſtunt. Addi poteſt Laudanum pro re nata. Dos. ℈ j. ter in die.

*Pil. Ictesicæ.*

℞ Crem Tart. Cocc. ana ℥ ß. Sapon. Ven. ʒ iii. Contuendo f. Pil. n. 45.

Præſtantes ſunt, expertus laudo. Dentur N. vj. ter in die, oſque adeo dum devictus ſit Affectus; quod brevi fiet, niſi invincibilis fere Jecinoris Tumor, aut Obſtructio, obſtiterit.

*Pil. Lutæ.*

℞ Res. Jala. ʒ j. Ol. Junip. gutt. vj. Croci gr. viii. Myrrh. gr. xij. Vilell. Ovi. q. s. m. f. P.l. N. 20. pro 4. Doſibus.

*Pil. de Mercurio crudo.*

℞ Argenti vivi ʒ vj. Turpet. ʒ ij. ß. Aloes, Rhab. Colocynth. Diagryd. Agar. ana ʒ ij. Hermodact. Myrrh. Mithrid. ana ʒ j. ß. Moſc. Ambr. gris. ana gr. xv. Fol. Auri N. xij. Tereb. Ven. ℥ j. ß. Cum Syr. Limon. q. s. conficiatur Maſſa Pil.

Dos. a ℈ ß. ad ℈ ij.

Argentum vivum ad uſum Medicum purgari debet, ut adhærentia concreta Saturnina, Antimonialia, Biſmuthina, Arſenicalia &c. ſeparentur, fitque variis modis.

1. Subigendo manibus cum medulla panis adhuc calentis; ita Plumbaginem deponet.

2. Per corium ſæpius exprimendo.

3. Lavando cum Spiritu Vini.

4. Optime prius triturando cum Sale, & Aceto; deinde Aqua calida abluendo, & denique Spiritu Vini perpurgando.

5. Diſtillando ex Retorta Mercurium vivum, cum pari pondere Salis Tartari, & Calcis vivæ; terque, quaterve reiterando.

6. Optiumus vero modus videtur, reviviſcendo Mercurium currentem, per deſtillationem, ex Cinnabri Sublimato, Præcipitato, aut Amalgamate.

*Pil.*

*Pil. de Mercurio dulci.*

℞ Merc. dulc. Pul. ʒ ß. Extrac. Rudii. gr. xv. Res. Ja. gr. v. Ol. Cary. gutt. j. Syr. Ros. sol. q. s. f. Pil. N. vj.

Mane assumptæ, commode operantur, atque exhiberi possunt, ubicumque Phlegmatis onus Intestina aggravat: Materia lentescens corporis Habitum obsidet; Serum salino-fixum Scorbutu infert; Succi acres Ulcera vellicanr; Ichor polluens cutim afficit; demumque ubi Vermes infestant.

Dubitari subest, utrum Sal Tartari cum Mercurio dulci apte simul præscribatur. Dum enim Sublimatus (ex quo paratur Dulcis) nil aliud sit, nisi Argentum vivum ab Acido coagulatum; si a Sale Alcali adjecto illud. Acidum infrigatur, concretionis vinculum probabilite exinde dissolvetur, & Mercurius, jam sui juris factus, emancipatus, dimittetus.

Notabile est, quod habet Ettmullerus (in Ludo. Tit.4.p.1077.) Mercurium dulcem optime conferre ad præcavendas Variolas: pro 5. annorum Infante: Recipit Mercur.dulc.gr.v.Pil.Julap.gr. j.Cons.Ros.parum; & facit Bolum. Hoc modo, sæ (inqui ille) miratus sum Mercurii effectus, cujus intuitu semper dedi eumdem in Principio Variolarum, ceu Laxans optimum, quia in hoc optimum Corrigens Ventriculum consistit.

*Pil. de Myrrha.*

℞ Pul. Myrrh. ʒ j. Croci ℈ j. Bals. Peruv. ℈ ß. Vitel. Ovi q. s. f. Massa Pil.

Dos. ℈ .j. Stomachica sunt; Pectorales; Alexiteriæ; Febrifugæ; & Emmenagogæ.

*Pil. Nephriticæ.*

℞ Nillep. pulv. Stl. Armon. crudi, Sapon. Ven. ana ʒ i.. Gum. Hed. ʒ j. ß. Croci ʒ ß. Ol. Junip. gutt. xvj. Teriach. Ven. q. f. Massa.

Cuidam Practico hæ valde erant familiares, & plurimum estimatæ, ad Urinam, Wucum, & Sabulum exdellendum. Huc referantur, quæ supra dicta sunt de Pil. Duret. Dos. ʒ ß.

*Pil. Nigræ.*

℞ Rad. Enulæ, Ireos, Sem Anisi, Sacch. candi, ana ʒ ij. Pic. liq. ʒ j. vel. q. f. N. 72.

Attenuat, incidunt, calefaciunt; Optime conducunt; expertissimæque sunt ad phlegma crudum, & tenax, e Gula,

&

& Pectore educendum; tonumque Pulmonibus reſtituendum; Ubi vero datur Defluxio tenuis aut Febris Catarrhoſa, minime in uſum duci debent. Dos. N. vj. mane, & veſp.

*Pil. de Olibano.*

℞ Olib. pul. ℈ iv. Sal. CC. ℈ j. Vitel. Ovi q. s. f. Maſſa.

Ad Lateris Dolores flatulentos, ſive Febre, & infllammatione, vage recurrentes, exquiſite pungentes, & reſpirationem inhibentes (Stitches Anglice dictos) atque etiam ad Pleuritidem ipſam (poſt debitas Sanguinis evacuationes) commodiſſime præſcribuntur. Dos. ʒ ß. ter in die.

*Pil. Pectorales.*

℞ Rad. Enulæ: Ireos, Glyc. ana ℈ j. Flor. Benzo. Croci ana ℈ ß. Sacch. candi. albi ℈ ij. pulv. qui ope Bals. Sul. Aniſi cog. in Maſſam, & f. Pil. N. xxiv.

Thoracem, & pulmones phlegmate mucoſo infarctos, & impeditos, aperiunt, tergunt, liberant: Tuſſi anhelæ, Orthopœæ, & Phthiſi (dum adhuc in primo tantum ſtadio verſatur, & antequam Febris Hectica accenditur) aptiſſime conveniunt. Dos. N. vj. ter in die.

*Pil. Piceæ.*

℞ Pul. Fuliginis ſplendentis ʒ. j. ß. Sal. CC. ʒ ß. Pic. liq. q. s. f. Maſſa.

Gelatinoſum Sanguinem liquant: Obſtructiones inde natas excutiunt; circulationem per partem affectam reſtituunt; Spiritus labentes reficiunt; & expectorationem promovent: ideoque fructuoſæ (poſt debitas Venæ ſectiones) Pleuriticis exhibentur ad ℈ j: quartis horis.

*Pil. Pleuriticæ.*

℞ Pul. Sang. Hirci ʒ j. ß. Sal. Viol. Sal. Armon. (vel CC. Sal. Succini, Camph. ana ℈ ß. Tereb. Ven. q. s. f. Maſſa, & Pil. v. ex ſingulis Scrupulis.

Eaſdem operandi intentiones implent, ac ſuperiores Piceæ. Porro utiles eſſe videntur ad Caſum; Cruorem enim coagulatum diſſolvunt, & Urinam cient. Dos. ℈ j. quartis, vel ſextis horis.

*Pil. Polychreſtæ.*

℞ Aloes lucidæ, Scammon. præp. ana ʒ iij. Troch. Alhand. ʒ ij. Maſtich. Croci opt. ana gr. 45.

Aloe, Maſtiche, & Scammonium ſeorſim in pulve-

rem

rem redacta, cum Spiritu Vini in massâm formentur; cu
reliqua dein subtilissime pulverata immisceantur.

E Pharmacopæia Leovardiensi transferuntur, & fortite
purgant. Exhiberi debent mane a gr. xv. ad xxv. vel ʒ ß.

*Pil. Poterii.*

℞ Flor. Sulph. Glycyrrh. Sacch. candi. albi, ana ʒ j.
Bals. Sulph. q. s. f. Mass.

Serum tenue, & acre, vel in Laryngen, vel in Pulmo-
nes depluens, Tussimque molestam titillando acuens, cor-
rigunt, edulcorant, attemperant, incrassant, & expuitioni
aptum reddunt; Sulphur enim Pulmonum Balsamum audit;
& nil æque Catarrhum sisit, ac Sulphur, & Sulphurata.
A Sulphure sputa quasi globosa redduntur; non aliter, ac
humidam aliquam massam a colore in rotunditatem conver-
ti videas, inquit VValæus.

Mirabile est, quod scribit Ettmullerus, (Vol.1.Pag.717.b.)
cum Spiritu Terebentinæ parari Balsamum Sulphuris egre-
gie penetrans adeo, ut si aliquot guttæ inungantur Carpis
pulsuum, paulo post sentiatur in Urina Sulphuris odor.

Gravidis medicamenta ex Sulphure parata non conveni-
unt, ne iis Abortus concilientur, inquit Sennertus.

*Pul. Puerperarum.*

℞ Fol. Sabinæ, Dacta. Cret. ana ℥ j. Myrr. Galb. Amm.
Castor. ana ʒ ij. Cum. Syr. de Ariemis. q. s. f. Massa.

Ad Parturiendi conatus deficientes revocandos; ad Secun-
dinarium retentarum, & Lochiorum subsistentium expulsio-
nem, valentissimæ sunt hæ Pilulæ. Sed ne quid nimis;
quamprimum intentioni satisfiet, ab earum ulteriori usu
omnino abstinendum erit. Vos. ℈ j. vel ß.

*Pil. Resinosæ.*

℞ Pul. Resinæ commun. Sacch. Saturn. ana ʒ j. Camp.
Bals. Copaiv. ana ʒ ß. Ol. Tereb. gutt. Vitel. Ovi q. s.
f. Pil. N. 48.

Ad Orinæ ardorem, Fluorem albus, & Gomorrhæam den-
tur a ℈ j. ad ʒ ß.

*Pil. de Rheo.*

℞ Rhab. pulv. ʒ j. Gum. Guajaci ℈ ij. Sal. Succini ℈ ij.
Ol. Anisi gutt. vj. Terebint. Ven. q. f. m. f. Pil. N. xxx.
Dos. v. vesp. *Pil.*

*Pil. e Sale Chalybis majores.*

℞ Sal. Chalyb. Gum. Ammon. ana ʒ ß. Rad. Zedoar. Extrac. Gent. ana ʒ ij. Syr. e 5. Rad. q. s f. Maſsa, exindeque concinnentur Pil. N. 60.

Dos. N. vj. bis in die.

*Pil. e Sale Chalybis minores.*

℞ Sal. Chalyb. pul. ʒ ij. Gal. col. vel Mucilag. Gum. Tragac. ) q. s. f. Pil. pro xxiv. Dos.

Aliquando hunc Salem coegi in Pilulas Melle solo: atque tunc unica Pilula (summe delicatulis non ingrata) pro Dosi ſufficeret.

*Pil. Salinæ.*

℔ Sal. Abſint. ℈ ij. Ol. Aniſi, Car. Succini ana gutt. j. Tereb. Ven. q. s. f. Pil. N. viij. pro 4. Doſibus.

Contra Vomitum, Flatus, & Ructus.

*Pils Sanctæ.*

℞ Gum. Guaiaci, Res. Guaiaci, ana ʒ j. ß. Ol. Guajaci ℈ j. Bals. Peruv. q. s. f. Maſsa Pilul.

Putredinem delent; Sudorem movent; in Arthritica ſpuria, Lue venerea, Phthiſi incipienti, bene faciunt: aiiquibus ventrem laxant. Capiat æger ʒ ß. vesp. uſuperbibatque hauſtum Decocti Sancti.

*Pil. e Sanguines Draconis.*

℞ Sang. Drac. ʒ ji. ß. Sacch. Saturni, Alum. crudi, ana gr. xv. Tereb. Ven. q. s. m. f. Maſsa, & formentur exinde Pil. Nu. 48. Inſigniter Stypticæ ſunt. Dos. N. iv.

*Pil. Saturninæ.*

℞ Sacch. Saturni, Camph. ana ʒ ij. Calomel. ℥ ß. Tereb. Venet. q. s. m. f. Pil. Nur 120.

Adverſus Gonorrhœam, & Fluorem album. Dos. Num. v.

*Pil. de Scammonio.*

℞ Pul. Rad. Jal. gr. v. Scammon. præp. Mercur. dulc. ana ℈ ß. Ol. Carui gutt. j. Mellis q. s. f. Pil. Nu. v.

Earundem fere ſunt virium, ac Pil. de Mercurio dulci.

*Pil. ad Scrophulas.*

℞ Spo. uſtæ ʒ j. Os. Sepiæ ʒ ß. Sac. Saturni gr. xxiv. Cam. gr. vj. Terebint. Venet. q. s. m. f. Pil. N. xxx. Dos. N. v.

*Pil. Smegmaticæ.*

℞ Sapon. Ven. ʒ ji. Ol. Aniſi gutt. viij. Contuendendo, f. Pil. Nu. xxiv.

Re-

Renum, & Ureterum vias singulariter expurgant: contra Dyſuriam, & Icterum egregie valent. Dos. N. vj. & superbibatur haustis Tiin. Croci, paratæ ex Croci ʒ j. & Vini ℔ j.

*Pil. Solenandri.*

℞ Moschi gr. viij. Sang. Drac. Sacch. albi, ana ß. j. Bals. Gilead. q. s. f. Massa, pro 4. Dosibus.

Conducunt ad Vomitionem, Singultum; Leipothymiam, nonnumquam & Hystericam passionem patientibus. Moſchi, Zibethique odor Hypocondriacæ Suffocationi obnoxias Mulieres repentina Syncope exanimat: tantum vero abest, ut in substantiis assumpta talia hostilia sint istiusmodi Fœminis, ut etiam paroxysmos Hystericos efficaciter sistant, & refrænent, inquit Ettmullerus. Hæc vero, tunc præcipuæ convenire dixi, quoties Spiritus, non ob copiam, & turgescentiam efferato explodantur; sed ob penuriam, & vacillationem, in confusiones labuntur; Moschus enim Sanguinem potenter exagitat, Spiritusque valde reficit.

℞ Spicæ Nardi ʒ j. Assæ fœt. Ent. Veneſ: ana ʒ ß. Ol. Succini gutt. viij. Bals. Peruv. q. s. f. Pil. Nu. iv. e ∋ j.

2. *Pil. Spleneticæ.*

℞ Ent. Vener. ∋ iv. Croci, Pip. longi, Rad. Serp. Virg. Spicæ Nardi ana ∋ j Galb. ∋ iv. Tinct. Myrrh. q. s. f. Pil. Nu. lxxij.

Dos. Nu. vj.

*Pil. Stomachicæ.*

℞ Pul. Cinnam. Mac. Nuc. Mosch. ana ∋ j. Caryoph. Pip. longi, Fl. Balaust. ana ∋ ß. Extrac. Gent. ʒ ß. Elix. Propr. Tartarisati q. s. f. Massa; & quo diutius in Ventriculo commorentur pilulæ formentur majores; sc. iij. e singulis scrupulis.

Ventriculum calefaciunt, & roborant; Flatus discutiunt; Cibi appetentiam instaurant, ejusque fastidium detrahunt; Coctionem juvant; Vomitum sedant.

Qui Ventriculo debili calefacientibus succurrit, quamprimum is viderit Urinam rubescentem, statim a calidis abstineat; alioquin Hydrops. fit, inquit VVallæus. Hoc autem de Spiritibus Vinosis, minime vero de Aromatibus, aut Amaris, dictum opinor.

Pil.

*Pil. Stomachicæ Purgantes.*

♃ Pil. Ruffi ℈ j.Res.Jalap.Sal.Absint.ana gr. v. Ol. Absint. Menth. ana gutt. j. Elix. prop. Tartaris. q. s. f. pil. N. vj.

Mon tantum phlegma viscidum, Ventriculi plicis, & villis adhærens, malorumque Iliada inducens, attenuant, excutiunt, & benigne expurgant; sed & insuper Stomachum calefaciunt, ac roborant. Dentur, vel omnes simul hora decubitus; vel iij. vesperi, & iij. mane proximo.

*Pil. Stypticæ.*

♃ Croci Mart. Astring. ʒ ij. Sacch. saturni, Cameh. ana gr. xvj. Ol. Succini gutt. j. Tereb. Ven. q. s. f. Pil. N. 24. quarum 3. sint pro Dosi.

Contra enorme Mensium, aut Lochiorum effluvium.

*Pil. Sulphureæ.*

♃ Pul. Mastich. ʒ ß. Bals. Sulph. Anisati ʒ j. ß. Vitel. Ov. ʒ ij. pul. Glycyrrh. q. s. m. f. massa pilularis.

Ad Affectus Pectorales.

*Pil. Sylvii.*

♃ Gum. Ammon. col. ℈ ij. Sal martis ( ad albedlnem, lento igne calcinati ) ℈ j. Lyrrh. Castor. ana gr. xv. Croci ℈ ß. Troch. Alhand. ʒ j. Res. Ial. Scammon. præp. ana ℈ j. Ol. Fœnic. gutt. v. Elix. Propriet. q. s. m. f. pil. n. 50.

Pituitæ viscidæ; Flatibus ex iqsa ortis dissolvendis; & materiæ blande educendæ, apprime inserviunt. Harum tres, pluresve, sumat subinde post cœnam, cubitum iturus, æger, aut mane, stomacho vacuo, 5. vel quot desiderabuntur, ut lente, benigneque vitiosi humores expellantur.

*Pil. Syncopales.*

♃ Mosch. gs. vj. Cinnam. Nuc. Mosc. ane ℈ j. Carioh. Croci, ana ℈ ß. Ccnfec. Alkerm. q. s. f. pil. pro 3. Dosibus, N. xv.

Spiritus, circa Ventriculum hospitantes, novo vigore inspirant; exindeque, undulatione facta, totam systasin collapsa erigunt, & refiiciunt.

*Pil. e Terebintbina.*

Tereb. Ven. ( in Aq. Plant. ad debitam consist. coct. ) ℥ ß. Succini, Sang. Drac. Boli Armenæ, ana ʒ ß. pil. N. *66.* quarum Dosib. sit *6.*

Stypticæ sunt.

*Pil. Testaceæ.*

♃ Test. Ovor. recens calcinat. ℥ j. Crem. Tart. Sal. Prunel. ana gr. xviij. Sal. Tar. Sal. Succini, ana gr. xiij. Terebint. Ven. q. s. m. f. maſsa pilular. pro 6. Dosibus. Potenter movent Urinam.

*Pil. Tolutanæ.*

♃ Bals. Tolut. pul. ʒ j. Gum. Guaiaci ʒ ij. Flor. Ben. zo. Bals. Peruv. ana ʒ ß. Ol. Junip. gutt. viji. Vitel. Ov. q. s. m. f. pil. Nu. 60. pro 12. Dosibus.

*Pil. Volatiles.*

♃. Sal. CC. Sal. succini ana ℈ j. micæ panis albi, e furno nuper extract. ℈ ij. Ol. Lavend. gutt. iv. Syr. Bals. q. s. m. f. pil. 20. pro 4. Dosibus.

Spiritus extimulant, & Nervos deobstruunt: valent in Affectionibus Soporosis, paralyticis, Hystericis.

*Pil. Volatiles Oleosæ.*

♃ Ol. Rorismar. Lavend. Nuc. Mosch. ana gutt. j. Ol. Cinnam. gutt. ij. Bals. peruv. gutt. xvi. Sal. Absint. Sal. volat. Sal. Arm. ana gr. xvi. Vitelli Ovi ʒ i. pul. Rad. Gent. q. s. f. maſsa pilul. & formentur pil. Nu. 5. e singulis Scrupulis, pro Dosi.

Ventriculi fibras debiles, paralytice affectas firmant; phlegma viscosum incidunt, Crustam Villosam detergunt; Flatus discutiunt; Vomitum sedant; Coctionem juvant; Et optime inrerviunt, ubi Caput male patitur, culpa Ventriculi nimis refrigerati, & infirmi.

*Placentæ Purgantes.*

♃ Amygd. dulc. excort. ʒ vj. pulv. Rad. Jalap. ʒ iij. Res. Iulap. ʒ ß. Sacc. ʒ x. mucilag. Tragac. q. s. f. placentæ pro vj. dosibus addendo Ol. Cinnam gutt. iij.

*Potio Alba.*

♃ Tereb. Ven. ʒ iij. ( vel ℥ ß. ) Ol. Nuc. Mosc. gutt. ij. Ol. Anisi gutt. j. Dissol. in Vitello Ovi: tnnc adde Vini albi ℥ iij. Syrs Alth. ℥ j. m. & col.

*Potio de Ammoniaco.*

♃ Gum. Amon. ℈ ij. Dissol. in Aq. Hyssopi ℥ ij. ß. col. adde Elect. Lenit. ℥ ß. Syr. Sol. ℥ j. Sal. ℥ j. Sal. prunel. ℈ ij. m.

In potionibus. cum purgandi sunt Hypochondriaci dissolvi bene potest Ammoniacum; cum vero Hystericæ, Assa fœtida.

Po-

*Potio Colica.*

℞ Aq. menth. ℥ j. Steph. Cinnam. ana ℥ ß. Syr. Diacod. ℥ j. Vitel. Ov. N. ß. Ol. Junip. Spir. Sal. Armon. Spir. Lavend. comp. ana gutt. x. Sal. Absint. gr. ij. m.

*Potio Lenitiva.*

℞ Crem. Tart. pul. ℈ ij. Dissol. super prunas in Aq. Flor. Samb. ℥. iij. adde Mannæ ℥ j. ß. Syr. Rossol. ℥ ß. col. pro Dosi.

Gratum, mitissimumque remedium est, ad Alvum emolliendam, & leniter exonerandam.

*Potio purgans Hydropica.*

℞ Rad. Jalap. ʒ ß Zinz. gr. ij. Sal. Tart. gr. xij. Vini albi ℥ iij, Syr. Ros. Sol. ℥ j. Syr. Domest. ℥ ß. m.

Quoad Purgationem Hydropicis instituendam, cl. Sydenham vult, primo, ea solum Cathartica esse usurpanda, quæ & fortiter, & celeriter operantur. Secundo, singulis diebus esse exhibenda; nisi, quod ( ob nimiam debilitatem corporis, sive propter Cathartici præcedentis operationem plus satis violentam) dies unus, aut alter nonnunquam intercalati possit. Tertio, a Purgatione (nisi urgente necessitate) non esse absistendum, aut cessandum, donec omnis aquarum moles omnino exantlata fuerit. Nescio, an usui sit illud Ettmulleri, dicentis, in Hydropicis commodius institui Purgationes, Luna decrescente: crescente enim malum accrescit; decrescente vero, decrescit; unde, quo tempore habemus adjuvantem Naturam, Purgatio instituenda.

*Potio purgans Nephritica.*

℞ Herb. malvæ M. j. Sennæ ʒ ij. Sal. Tart ℈ j. coq. iu Aq. font. ℔ ß. col. ℥ iij. dissol. Mannæ ℥ j. ß. Ol. Amygd. dulc. ℥ ß. Nl. Jonip. gutt. x. m.

*Potio purgans Resinosa.*

℞ Resinæ Jalap. gr. xij. Vitel. Ovi Num. j. Syr. Ros. Sol. ʒ vj. Ol. Anisi gutt. j. Vini albi ℥ ij. m.

Addi potest Gum. Gamanp. q. v.

*Potio de Rhabarbaro.*

℞ Rhab. pulv. ℈ j. vel ʒ ß. Aq. Ment. Cinnam. fort. ana ℥ j. ß. Ol. Nuc. Mosc. gutt. ij. Syr. e Ros. sicc. ʒ iv. m.

Resolutas Intestinorum vires recreando; lubricitatem modice corrigendo; & materiam acrem leniter subducendo, Alvi Profluvio felicissime medetur.

*Potio Sancta.*

℞ Gum. Guaiaci pulv. ℈ j. ß. Diſſolve in Vitello Ovi, & adde Aq. Cinnam. fort. ℥ ß. Aq. Fumar. ℥ j. ß. Syr. Roſ. Sol. ℥ ß. m.

Eodam modo ex quibuslibet Reſinis parari poſſunt potiones. Contra Arthriticos, aliosque Vagos Dolores ſpecifice valere dicitur. Purgat fortiter, & cum aliquali moleſtia, per Inferiora; nonnunquam etiam per ſuperiora.

*Potio Vulneraria Arcæi.*

℞ Rhab. ʒ ß. Rub. Tinctor. Mumiæ ana ℈ j. Terræ Sigill. ℈ ß. Aq. Scabioſæ, Bulgos. Succini Granator. ana ℥ j. m.

*Potio Warvicenſis.*

℞ Scammon. Sulphurati, Antim. Diaph. Crem. Tart. ana ℈ ß. Aq. Cichor. ʒ ij. ß. Cinnam. fort. ʒ ij. Syr. Roſ. Sol. ℥ j. m. f. Potio albeſcens, jucunda.

Antimonium Diaphoreticum (ut habet Zvvelferus) tractu temporis aeri expoſitum, pravam, & quaſi malignam, induit naturam; ſumptumque intra corpus, Cordis anguſtias, Cardialgias, Leipothymias, Vomitus, & ſimilia prava Symptomata procreat. Quæ facile tamen evitabimus, ſi, vel ſinguli, duobus, vel tribus menſibus, recenter illud conficiamus; vel jam paratum, vetuſtumque addita portiuncula Nitri (aut etiam abſque illo) per unam, vel alteram horam, Vulcano tradamus, penituſque torrefaciemus; iterumque (ſi Nitrum additum fuerit) edulcoremus, & parum reverbernus.

Certum eſt, (inquit Hoffmann) Antimonium Diaphoreticum, aliis ſociatum Purgantibus, minorem illorum doſin majori compenſare virtute, abſque ullis Ventris torminibus, v. g. Si Rad. Jalap. ℈ ß. adjungas gr. iij. vel iv. Antimonii. Diaphoretici, energia Doſin æquabit ℈ j. Radicis Julappæ.

Adeo inviſa (inquit Reidlin, Obs. 91.) nonnullis fuere Medicamenta Antimonialia, ut Romæ pulveris Cornachini uſum, ſub pœna damnationis ad Triremes, prohibitum fuiſſe, Hier. Welichius memoret. Atque tam variæ, ß. incertæ operationis eſt Antimonium diaphoreticum, ut ſemiſcrupulus ejuſdem, Mulieri exhibitus, ſupra viginti ſedes, & aliquot Vomitiones concitaverit: Juveni vero, eadem Doſis nil, præter ſudorem, moverit.

Hæc,

Hæc Potio, Viribus haud multum discrepat a pulvere Warvvicensi: inter cœtera vero, Febrim Tertianarum raro fallax remedium est, si detur duas horas ante Paroxysmum; aliquando Vomitionem ciet.

*Potus Vinosi Refrigerantis* ℔ ij.

℞ Vin. Bhen. (vel Alb. Gell.) ℔ ß. Aq. font. ℔ j. Spir. Vini Gal. Roq. Ribium, ana ℥ j. Succ. Limon. recens express. ℥ ij. Syr. e Rub. Idæo ℥ iv. m. col.

Solamini est febricitantibus æstu & siti torrefactis.

*Ptisana.*

℞ Rad. Gram. ℥ iij. Hlycyrrh. Ras. CC. Ebor. ana ʒ ij. Passul. Sol. ℥ j. ß. coq. in Aq. Hord. depur. ℔ iv. ad ℔ ij. col. disso. Sal. Nitri ℈ iv. Syr. Viol. ℥ j. m.

Febricitantium potus est satis jucundus sitim tollens, fervores mitigans, Pulmones demulcens, & Urinam movens.

*Pulv. contra Abortum* ʒ vj.

℞ Granat. Chermes ʒ j. Sant. rub. Rad. Torment. ana ℈ ß. Caryoph. Margar. Barol. rub. ana ℈ j. Manus Christi perl. ʒ iij. Fol. Aur. N. iij. m. f. pulv.

*Pulvis Acidus.*

℞ Tart. Vitriolatio ʒ ij. Crem. Tart. ℥ ß. Ol. Caryoph. gutt. vj. Sacch. Ros. ʒ iij. m. f. pulv. pro vj. Dosibus.

Hujusmodi pulveres plurimi habentur apud nuperum quemdam qui omnes fere morbos Acidis expugnabiles esse, credere videtur.

*Pulv. Alexipharmaci* ℈ j.

℞ Lap. de Goa; Lap. Contray. pul. e Chel. cancr. comp. Rad. Serp. Virg. ana gr. v. m. f. pulv.

Malignis, Pestilentibusque Febribus adversatur, Spiritus erigit; & Sudorem ciet. Nollem, ut huic nobili Pharmaco vitio vertatnr; quod ex tam numerosa rerum suppellectile sit conflatum. Alexipharmaci enim vis, non in hoc solum consistit, quod sit ob occultam quamdam qualitatem Veneni antidotus, & tota (ut ajunt) substantia ei adversarium; sed potissimum, quod Fermentationem in corpore de novo excitat: inde Spiritus, fere perempti, & subsidentes, denuo suscitantur; & Sanguis, in debita mixtione, servatur, a coagulatione, & a putredine vindicatur, Materiamque deleteriam expellit. Ad hujusmodi vero Fermentationem in-

dam, neceſſario expetuntur particulæ heterogeneæ, ſanguini non miſcibiles; & quo major eſt numerus ingredientium, eo major identidem erit heterogenitas, & conſequenter fermentatio. Ideoque præſtantiſſima Alexipharmaca (uti Theriaca, &c.) ex ingenti rerum, mire diſcrepantium, farragine comparantur. *Pulv. Ambræ Comp.* ℥ ij.

℞ Pul. e Chel. Cancr, comp. Spec. Diamb. ʒ j. Ol. Cinnam. gutt. j. m. f. pul. pro ij. Doſibus. Ad Cordis Tremorem, & Syncopen.

*Pluv. Angelicæ Comp.* ℥ ß.

℞ Rad. Angel. Hiſpan. gr. v. Ter. Japon. gr. v. Spec. de Hyacint. ℈ ß. Ol. Cinnam. gutt. j. m. f. pulv.

Vires recreat; materiam ad extra pellit: Inteſtina confortat; Diarrhœam ſymptomaticam, Variolis, Febribuſve malignis ſupervenientem, egregie reprimit.

*Pul. Aniſi Comp.* ℥ ß.

℞ Sem. Aniſi Fœnic. dulc. ana ʒ j. Cinuam. Nuc. Moſc. Caryoph. Croci, ana ʒ ß. f. pul. pſo iv, vel v. Doſibus.

*Pulv. Anthelminthicus.*

℞ Corallinæ præp. ʒ j. Æthiop. miner. (ſine igne parat.) ʒ ß. Ol. Abſint. gutt. iij. m. f. pulv.

Omnes pulveres, ex Mercurio, vel Antimonio confecti, numquam in liquoribus exhibendi ſunt; partim, quoniam ad fundum propria gravitate decidunt; partim etiam, quoniam facillime plicis Ventriculi, vel in Gutture, hærere ſolent, unde noxiæ ſæpe Salivationes, vel continui Vomendi conatus, vel dejectio alvi oriuntur. At, ſub forma recluſi, facilius deglutiuntur, & poſtea (mediante Ventriculi fermento) imminuuntur; unde Operationes ipſorum noxiæ præcaventur. Collect. Leyd.

Infantibus dentur gr. xv. mane, & veſperi, per tres dies, ante Novilunium, & Plenilunium, ad Vermes e latibulis ſuis deturbandos, & enecandos; & poſtea pulv: ſeq. purg. ad illos, eorumque ſemen, e corpore penitus exterminanda.

*Pul. Anthelminthicus Purgans.*

℞ Scammon. præp. gr. vj. Rhab. gr. iv. Calomel. gr 5. m. f. pl. pro puero 6. vel 8. annos nato.

*Pul. Arabicus.*

℞ Gum. Arab. Sacch. candi. albi, ana ℥ ß. Ol. Amygd.

mygd. dulc. gutt. xvj. f. Pulv. pro viij. Dosibus. Vide Decoct. Malvæ, & Emuls. Arab.

*Pul. Aromatici* ℥ ß.

℞ Cinnam. Mac. Nuc. Mosc. Caryoph. Zinzib. ana gr. viij. Sem. Anisi, Carui, Fœnic. dulc. Coriand. Bacc. Lari, ana gr. xvj. Sacch. alb. ʒ ij. f. pul. pro viij. Dosibus. Quoad vires, coincidit cum pul. peptico, quem vide.

*Pul. Arthriticus.*

℞ Herb. Chamæpit. Abroptani, ana ℈ ß. Gum. Guajaci, Sacch. albi, ana ℈ j. Ol. Sassafrass. gutt. j. m.

Detur mane, & quarta pomerid. cum Decocto Sancto, si patiens sit temperamenti frigidioris, vel Decocto Sarsæ, si calidiori; per totum mensem Martium, & Septembrem; ad præcavendam Arthritidem.

*Pul. Astringens.*

℞ Flor. Balaust. ℈ ß. Cinnam Nuc. Mosc. ana gr. iv. Boccinel. gr. ij. Sacch. Ros. ℈ j. m. f. pulv. Ad Diarrhœam sistendam. Sed vide Julap. Astring.

*Pul. Aurantiorum Comp.*

℞ Flaved. Ccot. Aurant. Sem. Cymini, ana gr. xij. Castor. gr. v. Pip. longi gr. j. Ol. Junip. gutt. j. m. f. pulv.

Ventriculum, & Intestina confortat; Pituitam corrigit; Flatus discutit; Spasmum solvit; & Colicæ (post Purgantia, ubi ex usu sunt, præmissa) feliciter medetur. Sumatur ter in die; superbibaturque haustus Decoct. Febrifugi Amari.

*Pul. Balsamicus.*

Bals. Tolut. ℈ ß. Benzo. Myrrh. ana gr. v. Bals. Peruv. gutt. j. Sacch. cand. albi ℈ j. m. f. pul.

Gum fructu præscribitur ab phthisim dipositis, ubi datur in pulmonibos impacta materia cruda, & putredinalis, cum Anhelitus fœtore Orthopnœa, Tussi sicca; Thoracis, Laterisve dolore; Marcore, & virium Languore. Propinari optime potest mane, quotidie, cum haustu Lactis Asinini.

*Pulv Bezoartici nostri* ℈ iv.

℞ pul. e Chel. Cancr. comp. Lap. de Goa, Lap. Contrsy. Bezoar. Oriental. ana ℈ j. Fol. Auri ß. m. f. pulv.

*Pulv. Capillaris* ℥ ij.

℞ Rad. Irid. Florent ℥ j. Rad. pœon. mas. ℥ ß. Angel. Hisp. ʒ ij. Lig. cant. citr. Nuc. Mosc. Mac. Ca-

ryoph. ana ℥ ß. Syr. liq. Bals. peruv. ana gutt. iv. Ol. Rorism. Lavend. ana gutt. ij. m. f. pul.

Suaviſſimum ſpirat odorem; & Cucuphæ ( quam vide ) vires æmulatur ; ( de Catarrho vero, conſulatur Linim. Cephal. ) Singulis noctibus inter capillos copioſe inſpergatur; & poſt 24. horas, pectine denuo eximatur.

*Pulv. Cardialgici ℥ j.*

♃ Cretæ albæ ( Aq. Roſ. lotæ. ) ℥ ß. Ocul. Canc. Glycyrrh. Sacch. alb. ana ℈ iv. Ol. Nuc. Moſc. Caryoph. ana gutt. ij. f. pulv. pro viij. Doſibus.

*Pnlv. Carminativi ℥ ij.*

♃.Sem.Aniſi,Fœnic.culc.ana gr.xxvj.Nuc.Moſ.Cinnam.ana gr.xvi.j. pip.longi, Caryoph.ana gr. vj. Maſtic.℈ j. f. pulv. pro vj. Doſibus. Iiſdem uſibus inſervit, ac pul. pepticus.

*Pulv. ad Caſum.*

♃ Tegpl. Hibern. Mumiæ, ana gr. xij. Sal. Succini, Sal. CC. ana gr. iij. m. f. pulv.

Zvvelfer vero abhorret a vulgari Mumia, dum ait, quod Mumia, quæ ad nos hodierna die tranſportatur, Cadavera ſc. nigricantia, linteo involuta; ſæpiſſime fœdiſſima morte defuncta, nihil minus ſunt, quam vera mumia Ægyptiorum; quæ ipſa etiam tantum abeſt, ut utiliter in corpus humanum aſſumi; quin magis plurimum obeſſe poſſit.

Vide decoctum Traumat. & miſt. de Sperm. Ceti, quibus, quoad vires, affinis eſt; niſi, quod Spiritus magis reficit, & Syncope ſubvenit.

*Pulv. Catharticus.*

♃ Reſ. Jalap. Scamm. præp. ana gr. v. Sennæ, Crem. Tart. ana ℈ ß. Ol. Caryoph. gutt. j. m. f. pulv.

Haud multum differt a pulvere Diaſennæ; ſed contractior eſt, &, me judice, præſtantior.

*Pulv. Catholici ℥ j.*

♃ Sennæ ℥ ij.Rhab.Ialap.Turpeti Diagryd. ana ℥ j.Caryoph. Mac. Cinnam. Zinzib. ana ℥ ß. Doſ. a ℈ ij. ad ℈ iv.

*Pfilvis Cephalicus.*

♃ Pulv. de Gutteta, Cinnab.nativ.præp.ana ℥ ß. m. f. pul. Pulvis hic eſt ſpecificus in Morbis Convulſivis, Vertigine, Gravedine capitis, & Cephalalgia.

 Ex-

Experientia compertum est, Dolores Capitis pertinacissimos, & fere ad Maniam accedentes ( irritis aliis Remediis ) soli Pulveri de Gutteta, ad ʒ j. exhibito, cum Brodio e floribus Primulæ Veris, Decocto Betonicæ, aut Infusione Theæ, cessisse.

Satis nota, & memorabilis est historia, de Puella quadam, apud nos, quæ, cum Melitæum Canem scabiosum, rabidumque, in lectum sibi admisisset, ejusque Saliva venenosa, Effluvisque insanis contaminata, Motibus Convulsivis correpta fuit, Hydrophobia laboravii, & nocte, dieque, instar Canis, involuntarie latravit: plures Medicos consuluit; ac tandem ( inter alia Remedia ) hunc pulverem cum emolumento sumpsit; & postea qristinam, integramque Sanitatem recuperavit. Hæc Communicator.

*Pul. Chalybeati* ʒ x.

℞ Rubig. Martis ℈ viij. Sal. Chalyb. Croci, Zinz. ana ℈ j. Sem. Anisi ℈ v. Mac. ℈ iv. Sacch. albi ℈ x. m f. pulv. pro xx. Dosibus.

Ad Cachexiam, Chlorosin, Obstructiones, Icterum Hydropem, & quoscunque id genus Morbos, quia Sanguinis cruditate, & pauperie prosapiam ducunt, Chalybeata sunt, instar omnium: eorum enim est, nova fermentatione accensa, adeo Massam sanguineam agitare, conqnassare, commiscere, depurare, & exaltare, ut, quæ (globulorum rubrorum ob penuriam) fere parlebat, sensim fiat coccinea, rutilans, spirituosa, & spumans, Insuper; quæ ( ob semicoctam pituitam, ubique obstructiones figentem ( inæqualiter, hic raptim, illic ægræ, circulabat, jam libere, & vivide, per vel minimos usquequaque canaliculo fluens, refluensque, omnibus corporis particuli nutrimentum, calorem, & vitam, benigne impertiat. At vero, ea si sit Sanguinis conditio, ut juvenilis istius fermentationis omnino sit incapax, ob principia scilicet inveterata, fibras attritas, tonum laxatum, meatus collapsos, & Machinæ corporeæ statum senescentem, & ruinosum; frustra tunc a Remedio (licet generoso, & præpotenti) multum adjumenti expectandum. Idem quippe opus esset, ac si quis Acetum vappidum in Vinum dulce, aut Rosam emarcidam in florentem reducere conaretur. Atque, quoad me, ingenue profiteor, quod,

Pra-

praxeos meæ seriem attente retrospiciens, raro, aut nunquam, insignem aliqnam commoditatem ex Chalybeatorum usu, Senio confectis, uspiam obtinuisse memini.

*1. Pul. Colicus.*

℞ Rad. Zedoar. ʒ vj. Bals. peruv. gutt. xii. s. pul. pro xii. Dosibus.

*2. Pul. Colicus.*

℞ Sperm. Ceti loti, sacch. albi, ana ʒ ß. pul. Castor, gr. iij. m. f. pulv. j. Dosi.

*Pul. Consolidæ Comp.*

℞ Rad. Consolidæ maj. flore rubro, Muris in clibano siccati, Ungulæ Porcinæ, Priaci Cervini, ana q. s. f. pulv.

Ad mictionem in lecto percurandam, dicitur expertum, & infallibile secretum. Detur ℈ j. vel ʒ ß. in haustulo Vini albi, mane, & vesperi, per 3. vel 4. dies, juxta Novilunium, & Plenilunium; atque insuper Lumborum, & Pectinis regioni applicitur Emplastrum corroborans.

Urinæ Incontinentia, in senibus, ut plurimum est immedicabilis; in pueris vero, subinde sponte sua ætatis progressu, curatur: Sed necesse est, ut fiat intra 25. annum: Nam, ubi tuuc non cessat, periculum est, ne immedicabile malum evadat.

*Pul. Contrayerve Comp.* ℈ viij.

℞ Lap. Contray. ℈ iv. Rad. Contray. ℈ ij. Benzo Orient. gr. xxiv. Croci gr. xvj. m. f. pulv. pro viij. Dos.

*Pul. Odontaglicus.*

℞ Nic. ℈ j. Zin. Flor. sulp. ana ℈ ß. f. pulv.

Parum hujus in narem dolori oppositam patiens attrahat; & protinus super lectum se conjiciat: tetra enim acredine illum primo percellet, ut Cerebrum, quasi ictu, penetrare, & concutere illi videbitur: vix sternutionem tamem excitabit; sed ingentem seri quantitatem extrahet: mox stuporem leviculum inducet; & Dentium dolorem profligare, raro fallet.

*Pul. Dentifricius Schroderi.*

℞ Pul. Laterum ℥ ß. Humectetur per vies Olei Tartari, pari quantitate; fiat Pasta; cui adde Tartari albi ʒ iij. Panis, ad nigredinem usti, ʒ ij. m. f. pulv. quo dentes, nigrore, aut virore infecti, confricentur, & vino calenti abluantur.

Nun-

Nunquam sanæ Gingivæ, & quæ cuspidali figura ad Dentis medium assurgunt, huncque firmo amplexu retinent, Dentalem lapidem generare solent; sed laxæ, flaccidæ, cruentæ, minusque apte Dentibus adhærentes: adeoque externis injuriis ad sensilem Dentis partum aditum permittentes; nec commodum nutrimentum suppeditantes, sed prorsus laudabile perventes, hoc malum inducunt.

*Pul. Diaphoretici* ℈ j.

℞ Rad. Serp. Virg. Contray. Augel. Hisp. ana gr. v. Myr. gr. iij. Croci gr. ij. m. f. pulv.

*Pulv. Diasulphuris* ʒ vj.

℞ Flor. Sulp. Tar. alb. Benzo. ana ʒ j. Sem. Anisi, Rad. Ireos Flor. Gly. ana ʒ ß. Enulæ, Croci, ana gr. xv. Sacch. cand. albi ʒ ij. m. f. pulv. pro ix. Dos.

1. *Pul. Diuretici*.

℞ Lap. Prunel. ʒ j. Test. Ovos- calcin. ℈ ij. sal. siccini ℈ j. Sacch. albi ʒ ij. m. f. pulv. cujus Dosis ʒ ß. vel ℈ ij. Vide Julap. Diuret. Nitrosum.

2. *Pul Diuretici*.

℞ Sem. Anisi ʒ j. ß. Sal. succini ʒ ß Ol. Nuc. Mosch. gutt. iij. m. f. eul. pro iij. Dosibus.

Optimus salis siccini; tum couservandi tum exhibendi, modus est, ut, cum salis Nitri duplo, misceatnr, inquit VVillis.

*Pul. Edulcorans*.

℞ Ter. Lemn. ℈ j. Coral. rub. Ocul. Can. Test. Ovor. Test. Ostr. ana gr. v. m. f. pul. Ubicumque datur Acidum in Ventriculo, & Intestinis; hujusmodi Absorbentia & Concentrantia, locum habet: Utrum vero illud unquam deprehendatur extra primas vias, necne, nondum satis compertum habeo. Observabile quidem est, Juscula carnea, si diu sint ( ad corruptionem ) asservata, acescere; exindeque probabile forsan dicitur argumentum, succos, in corporis recessibus occlusos, & coruptos, aciditatem contrahere. Hoc vero si concesserim, nullatenus tamen sequitur; Edulcorantia Terrea tales succos, tam longe dissitos, corrigendo paria esse; quippe quornm vis omnino in primis viis absumi solet: adeoque in sanguinis massam, & corporis habitum pervenire nequit. Si experientiam consulamus, certissimum

est,

est, Infantes Acido nocivo in Visceribus abundare solere; magnamque partem morborum eos affligentium, ab hoc fonte esse deducendam; eorumque Curationem consequenter a Testaceis, & Cretaceis, omnino esse petendam; atque tam pecularia huic ætati hæcce esse medicamenta, ut raro Pueris, consulto, & sufficienti quantitate exhibita, noverim, quin laudebilir exinde effectus sequererur. E contra vero, æque raro Adultis utiliter data memini. Ratum ergo habeo, Testacea Pueris, & primis viis; minime autem Adultis, Sanguini, & Succis appropriata esse remedia.

*Pul. Emmenagogus.*

♃ Borag. Ven. gr. xv. Myrræ gr. xij. Croci gr. iij. Ol. Caryoph. j. m. f. pulv.

Iisdem pollet viribus, ac Eecoctum Emenagogum; & cum eo feliciter exhibetur.

*Pul. Epidemici ʒ ij.*

♃ Troc. Vip. ʒ j. Rad. Serp. Virg. Contr. ana ʒ ß. m. f. pulv.

Valet, non tantum ad Febres malignas reprimendas: sed etiam, ante Paroxysmum exhibitus, ad Iutermittentes profligandas.

Dos. a ℈ j. ad ℈ ij.

*Pul. Eupragii Comp.*

♃ Euphrag. ʒ iij. Masc. ʒ j. m. f. pulv. subtilis, de quo cochlear medium ante cibum, deglutiatur.

Magis compositus est hoc modo: ♃ Euphrag. ℥ ß. Sem. Fœni. dulc. ʒ ij. Mac. Mosc. ana ʒ j. Sac. ℥ j. m. f. pulv.

Vidi homines, & decrepitos, fere ad cæciratem perductos, hoc Pulvere integræ Visioni restitutos, inquit Montagna. Sed, præter Visus debilitatem, eximie valet etiam ad Capitis Dolorem, si quotidie sub ingressum in lectum assumatur, cum haustulo Vini albi.

Caput enim medicamenta inhibet, maxime somni tempore; quia tunc Cerebti pori, & meatus, a Spirituum excursibus immunes, & vacui, succis, e Sanguine allatis, liberum præbent aditum.

*Pul. Febrifugi ℥ ß.*

♃ Sal. Absint. ʒ ß. Antimon. Diaphor. ʒ j. Flor. Chamæm. ʒ ij. ß. m. f. pul. pro viij. Dosibus.

*Pul.*

*Pul. Filipendule Comp.*

℞ Rad. Filip Sem. Anisi, ana ℨ j. Test. Ovor. ℨ ij. s. omnium pul.

*Pul. Gravidarum.*

℞ Croc. Mart. astring. ℈ ß. Spicæ Nardi, Spec. de Hyacint, ana gr. v. m. f. pulv.

Ad Uteri Laxitatem corrigendam; Sanguinis Profluvium prohibendum; & Abortum consequenter precavendum, optime inservit. Detur mane, & vesperi, cum haustu Vini rubri Ulyssiponensis.

*Pul. de Gutteta.*

℞ Rad. Pœon. Sem. ejusdem, dictam. albi, Visci Querc. ana ℥ ß. Sem. Atriplicis ℨ ij. Cran. Hum. ℨ iij. Coral. rub: præp. Hybcint. qræp. ana ℨ j. ß. Ungul. Alcis præp. ℥ ß. Mosc. ℈ j. Fol. Auri ℨ j. mf. f. pulv.

*Pul. Hæmoptoici* ℥ j. ß.

℞ Sem. Hyoscy. Papav. albi, ana ℨ ij. Ter. Sigil. Lap. Hæmatit. ana ℨ j. Sac. Ros. ℨ vj. m. f. pulv.

Vires habet cum Electuario Boyleano comunes; & exiberi poteſt commedissime ad ℨ j. cum Lacte Asinino, bis in die.

*Pul. contra Hæmorrhagiam* ℈ j.

℞ Croci Mart. astring. ℈ ß. Sang. Drac. gr. v. Alum. gr. iij. Sacch. Saturni gr. ij. m. f. pulv.

*Pul. Halosanthini* ℨ ij.

℞ Sacch. alb. crystallini, Sperm. Ceti, ana ℈ ij. Ocul. Cancr. ℨ ß. Sal. Volat. C. C. gr. vj. Sal. Succini gr. iv. Laud. Lond. gr. iij. m. f. pulv. s. a pro 2. Dosibus.

Pro Contusis, & Puerperis.

*Pul. ad Herniam.*

℞ Rad. Sigil. Salom. Rad. Symph. maj. Sem. Anisi, ana ℨ j. m. f. pulv.

Effectus edit, quatenus Flatus discutit, Tormina sedat, & partes consolidat. Iufans capiat gr. xv. ter in die. Eximie valet etiam adversus, tum Dolorem, tum Fluxum Hæmorrhoixalem. Adulti capiant ℨ ß. ex haustu Decocti Millefol. aut Stypt. nost.

*Pil. Hibernicus.*

℞ Tegul. Hibern. gr. xv. Sal. succini gr. iij. Sal. volat. C. C. gr. ij. Ol. Nuc. Mosc. gutt. j. m. f. pul.

Adversus Pleuritidem, Rheumatismum, Contusionem, & quos-

& quoscumque Affectus, ubi Serum sanguinis in gelatinam concrescit. *Pul. Hysterici* ℥ ß.

♃ Rad. Bry. alb. ʒ j. Rad. Pœoniæ flor. Albicanti ʒ ij. Castorei ℈ ij. Sal. succini ℈ j. Ol. succini gutt. iv. m. f. pulv.

Non tantum Spiritus irritat, & flagellat (quod supra dicitur de Julapio Hysterico) sed & insuper eos a copula heterogenea extricat, & depurat; Cerebrum ipsum firmat; totamque Systasin Nervosam roborat; atque ideo istiusmodi Hystericis, quibus Cerebrum præcipue affici videtur, & morbus in Epilepsiam tendere minatur, summo solet esse emolumento. Dos. ʒ ß.

*Pul. Incrassans.*

♃ Rad. Alth. Gum. Arab. sang. Drac. Gly. ana gr. v. m. f. pulv. Consulatur Decoctum Incrassans.

*Pul. Laccæ Comp.* ʒ vj.

♃ Croci Mart. astring. ʒ iij. Gum. Laccæ ʒ ij. Sang. Dsac. ʒ j. m. f. pulv.

Insigni Stypticate gaudet; & propterea contra quascumque Hæmorrhagias internas præscribitur: speciatim vero, ob notabilem vim sistendi Urinam sanguineam, miris elogiis celebratur. Dos. ʒ ß.

*Pul. Laxans.*

♃ Senne, & Crem. Tart. ana qu. v. m. f. pulv.

Pharmacum est benignissimum, alvum leniter, & sine molestia subducens. Cremor Tartari enim optimum est Sennæ Gorrectorium. Dos. a ʒ ß. ad ℈ ij. vesperi.

*Pul. Majoranæ* gr. xv.

♃ Her. Majoranæ, Flor. stœc. ana gr. v. Nuc. Mosc. gr. iij. sem. sinap. gt. ij. Ol. sassafr. gutt. j. m. f. pulv.

Cerebri, Nervorumque meatus, laxe subsidentes, aperit; & pituita obstructos, reserat: Spiritus, saburra onustos, depurat, & torpide stagnantes, exsuscitat. Ideoque ad Affectus soporosos, & Paralyticos, exoptatissimum est remedium, vesperi, & mane exhibendum.

*Pul. de Mastiche Comp.*

♃ Mastic. Olib. Ter. Japon. Flor. sulph. ana gr. v. sacch. candi. albi ℈ j. m. f. pulv.

Egregii usus est in Catarrho; & vires Elect. Mastich. æmu-

æmulatur. Detur hore 4. pomerid. & hora decubitus, cum haustu Decocti Cynogl. vel sancti.

*Pul. Millepedum Comp.* ℈ j.

♃ Mil. præp. gr. xij. Croci, gr. iij. Flor. Benzo. salis succini, ana gr. ij. Zin. gr. j. Anisi gutt. j. m. f. pulv.

Præscriptum novi ad Asthma, sed inutiliter; forsan, quia bulliens sanguis, & fervidi Pulmones frigidiora poscebant. Attamen vero, in Orthopœa, a frigida, tenacique colluvie (Bronchia opplente) orta, efficax omnino est, & optatissimum remedium: potentissime enim pituitam incidit, dimovet, expectorat. De his vero, consul. Decoct. & Elect. Expector.

*Pul. Montagnanæ.*

♃ Membranæ internæ stomachi Galli ℥ ß. Erinac. combusti ʒ vj. Herb. Agrimon. ʒ ij. m. f. pulv.

Ad Urinæ incontinentiam in lecto, detur ʒ j. cum Vini haustulo.

*Pul. Myrrhæ Comp.* ℈ j.

♃ Myrrhæ, Sabinæ, Gran. Parad. ana gr. v. Croci gr. iij. Castor. gr. ij. Ol. succini guttt. j. m. f. pulv.

Est instar Pil. Puerperarum, quas vide.

*Pul. Nephriticus.*

♃ Rad. Apii, Saxifrag. ana ʒ ij. Ocul. Cancr. præp. ʒ j. Tart. Vitriolati, Lap. Prunel. ana ℈ ij.

Crem. Tart. ℈ iv. Ol. Junip. gutt. m. f. pul.

Urinam ciet; calculum pellit; Menses movet, &c. Dosis ℈ j. ad ʒ j. in Dec. Rad. Altheæ.

*Pul. Nitrosi* ʒ vj.

♃ Lap. Prunel. ʒ j. ß. Cinnab. Antimon. ʒ ß. Sacch. albi ℥ ß. m. f. pulv.

In Febribus prescribitur, ad fervorem, & sitim temperandos, Urinamque ciendam, Dos. j. ʒ j. ex vehiculo grato.

*Pul. de Nuce Moscata comp.* ℥ j. ß.

♃ Nuc. Mosc. ʒ ß. Cinnam. ʒ ij. Mac. Car. Herb. Major. Betonicæ, Roris. Flor. Lavend. ana ʒ j. f. omn. pulv.

Stomachum roborat; Pepsin juvat; Cerebrum confortat; & egregii usus est, ubicumque Caput simpathetice male patitur a Ventriculo. Sumatur ʒ j. post pastum; & vesperi, immediate ante somnum.

*Pul.*

*Pul. Ocul. Cancr. comp.* ʒ ij.

♃ Ocul. Cancr. subt. levig. ʒ .. Crem. Tart. ʒ ß. Sal. Absint. Sal. Prunel. ana gr. xij. Sal. succins gr. vj. m. f. pulv. in vj. Doses dividendus, bis, terve in die exhibendus.

Sanguinis, & Viscerum fermenta fere deperdita restituit; Cruoris liquorem fundit, materiæ Febrilis secretionem promovet; &, velut præcipitando, versus Emunctoria deturbat.

*Pul. Odoriferi* ℥ j. ß.

♃ Ligni Rhod. ℥ ß. Sant. citri Flor. Ros. Damasc. Rad. Ireos Florent. ana ʒ ij. Rad. Angel. Hisp. ℈ iv. Mac. ʒ ß. Bals. Apoplect. ℈ ß. Ol. Cariop. gutt. vj. m. f. pul. crassus. Ad Spiritus recreandos; & ad Delitias.

*Pul. Odoriferi Damasceni* ℔ ij. ℥ v.

♃ Rad. Irid. Florent. ℔ j. Cal. Arom. Cyperi, ana ʒ iv. Majoranæ ℥ j. Flor. Ros. Damasc. Nuc. Mosc. Caryo-Styr. Celam. Bezo. Labd. ana ℥ ij. m. f. pulv.

*Pul. Panchymagogi* ℥ j. ß.

♃ Crem. Tart. ʒ ij. Sennæ ℥ ß. Rhab. ʒ iij. Scamm. ʒ ij. Macis ʒ ij. omnium pulv.

Hujus pulveris, e Pharmac. Leovard. transcripti, Dosis sit a ℈ j. ad ʒ j.

*Pul. Pavonius.*

♃ Sterc. Pavon. gr. xv. sal. succini gr. v. Ol. Nuc. Mosc. gutt. j. m. f. pulv.

Specifice valet contra vertiginem. Exhibeatur vesperi, & mane, cum haustu Decocti Cephalici.

*Pul. Pectoralis* ℈ ij.

♃ Sulp. vivi, Rad. Irid. Flor. Glyc..em Anisi, ana gr. v. Sac. candi. ℈ j. m. f. pulv. Viribus certat cum Julapio Pectorali.

*Pul. Peptici* ℥ ij.

♃ Sem. Coriand. ℥ ß. Sem. Anisi, Fœnic. vulc. ana ℈ iv. Nuc. Mosch. ʒ ß. Cinnam. Caryop. ana ℈ j. Pip. longi ℈ ß. Sacch. albi ℥ j. m. f. pulv. pro 16. Dosibus.

Commodissime usurpasur, quando post Pastus adfuerint ægritudo, nausea, ructus gravitas, tensio, inflatio Ventriculi; item Genarum suffusio, segnities, somnolentia, Capitis dolor, & cætera id genus, Coctionis læsæ, & male peractæ, signa. Aromatica enim corrigunt Pituitam mucaginosam in Ventriculo; eumque

ſale

Sale volatili oleoso (plus, minus acri) incidunt, attenuant, rugas Stomachi blande detergunt; Caloremque nativum resuscitant: quibus factis, sponte redeunt Appetitus, & Digestio. Sumendi modus, mihi frequentissimus est, ut super panem tostum, Vino madefactum inspergatur, & statim, prandio, & Cæna, comedatur. *Pulv. Peptici Tartarisati* ℥ j. ß.

℞ Crem Tart. ʒ iij. Sem. Anisi ʒ ij. Caryoph. ʒ j. Sacch. Ros. ʒ. vj. m. f. pulv. pro xij. Dosibus.

*Pulv. Perlati* ʒ ij.

℞ Ocul. cancr. ℥ j. coral. alb. Margarit. ana ℥ ß. m.f. pulv. super Prophyritim in subtilissimum pollinem lævigandus. Usurpatur in Julapiis Perlatis.

*Pulv. Pestilentialis.*

℞ Antimon. Diaphoret. gr. xv. Sal. CC. gr. iij. Camph. gr. ij. m. f. pulv.

*Pulv. Pleuriticus.*

℞ Olib. ℈ ß. Ocul. Cancr. Fl. Sutph. ana gr. v. m. f. pulv.

*Pulv. Pœoniæ Comp.* ℈ j.

℞ Cran. Hum. Rad. Pœon. mar. ana gs. j. Cinnab. nativ. ℥ ß. Ol. Nuc. Mosc. gutt. j. m.

Ex triplici Regno, scilicet Animall, Vegetablli, & Minerali, coactus hic pulvis, adversus puerorum Affectus Convulsivos egregiam præstat opem.

*Pulv. Puerorum.*

℞ Ocul. Cancr. snbtilissime lævigat. Sacch. candi. albi, Calomel. ana gr. v. Resinæ Ialap. gr. viij. Ol. Anisi gutt. j. Simul optime conterantur.

Inter operandum, detur pulv. Ocul. Cancr. in Jusculo Avenaceo, ad Tormina præcavenda.

*Pulv. Puerperarum.* ʒ ij.

℞ Borac. Ven. Sperm. Ceti, ana ℈ ij. Myrrh. ʒ ß. Croci ℈ ß. m. f. pro iv. Dosibus.

*Pulv. Rhabarc. Comp.* ʒ j.

℞ Rhabarb. crem. Tart. Sem Anisi, Glycyrrh. ana ʒ j. Sacch. candi albi ℥ ß. m. f. pulv.

Ad Flatus Hypocondriacos. Detur ℈ j. bis, terve in die.

*Pulv. Salini Majoris* ʒ j. ß.

℞ Crem. Tart. ℥ ß. Sal. Tart. Sal. Nitri, Sal. Ar-

mon. crudi, Sal Succini, sal. CC. ana ʒ ß. Best. Ovor. crud. & recens calcin. ana ʒ. ij. Ol. Nuc. Mosch. gutt. iv. m. f. pulv. pro viij. vel xvj. Dosibus.

Urinam potenter ciet.

*Pul. Salini Minoris* ʒ iij.

♃Sal.Absint.CC.ana ʒ.j.sal.succini gr.xxxvi.camph.croci,ana gr.xij. Ol. Nuc. Mosch. gutt. iij. m. f. pulv. pro xij. Dosibus.

Usui est in Febribus Malignis.

*Pul. Salivam movens.*

♃ Cystal. mineral. ʒ iij. sal. Succini ʒ j. *sacch.* cristall. ℥ ß m. & divide ni partes æquales N. xxiv.

Teneatur in ore, dum dissolvatur, deinde cum Saliva expuatur.

*Pulv. Sinapeos Comp.* ʒ vj.

♃ Sem. sinap. Caryoph. ana gr. xv. Nuc. Mosch. ʒ ß. Cinnam. Mac. ana ʒ j. Herb. Major. Flor. Lavend. Sem. Fœnic. dulc. ana ℥ ß. m. f. pulv. pro xij. Dosibus.

Et Ventriculo, & Capiti bene facit. Dentur post pastum, e pane tosto vinoso.

*Pulvs Splanchnici* ℈ j.

♃ Cort. Fraxini ℈ ß, Rharb. gr. v. Spicæ Nardi, croci, ana gr. ij. pip. longi gr. j. m. j. pulv.

Viscerum obstructiones amovet; Fermenta depravata corrigit; Explosiones spasmodicas reprimit; languidam cibi Appetentiam exsuscitat; Hypochondriorum dolorem, & tensionem alleviat.

Quemadmodum Porrigo, Lepra, &c. mineras habent in Glandulis cutaneis; atque, licet externæ sint, & Remediorum applicationi sat pateant, nihilominus admodum sunt pertinaces, & curatu difficiles; ita pariter existimare fas est, Affectionem Hypocondriacam mineras habere in Glandulis, tum Ventriculi, tum interioris recessus, juxta Arteriarum fines; inibique (ob fermentum aliquod vitiosum eructatum) Chilificationem depravare, & conturbationes ciere. Atque deinde, cum interna sit Affectio, & immediatarum applicationum omnino incapax, nil mirum, si pertinacissima sit, & fere immedicabilis.

Assumatur Dosis, mane, & quarta pomerid. quotidie, per aliquot septimanas, ex haustu Vini albi.

*Pulv. Sternutatorius.*

℞ Rad. Irid. Florent. ℈ j. Helleb. albi ℈ ß. Ol. Nuc. Moſc. gutt. j. m. f. pulv. cui addi poteſt Vitriolum alb. ad gr. v.

Sternutatoria Cerebrum purgant, irritando Spiritus nidulantes in Nervis, quorum extremitates Naribus diſſeminantur: Spiritus enim commoti, ſpaſmos, & motus tumultuoſos ineunt; atque ita humores viſcoſos, antea impactos, e locis ſuis excutiunt; & per Infundibulum, & Glandulam Pituitariam, e Cerebro in Venas eliminant. Pus vero, & putrilago, quæ a Naribus per ſternutationem ejiciuntur, e glandulis tantum, & vicinis partibus eliciuntur.

℞ In Rheumaticis Oculorum Affectibus, ſine multo rubore, & dolore, non eſt, cur Erhinua prohibeantur. Sternuatoria vero, niſi patiens ſit junior, Oculi firmi, malum adhuc recens, Defluxio mitis, & Inflammatio nulla, peſſime audiunt, & omnino vitanda ſunt.

Sternutatoria fortiora, manifeſte Aures lædunt. Wedel de Medic. fac. p. 88.

*Pulv. Stomachici ℈ viij.*

℞ Rand. Angel. Hiſp. Herb. ment. Cinnam. ana ℈ j. Mac. gr. xij. Fl. Balauſt. Pip. longi, ana gr. iv. Ol. Abſint. gutt. j. Sacch. albi ℈ iv. m. f. pulv. pro 4. Doſibus.

Calefacit, confortat, corroborat, &c. inſtar Elect. Stomachici.

*Pulv. Stomachicus Amarus.*

℞ Rad. Serp. Virgin. Zedoar. Gent. Enulæ, ana gr. v. Ol. Nuc. Moſc. gutt. j. m. f. pulv.

Calefacit, roborat, detergit: & egregium juvamentum afferre ſolet, quando, propter aſſiduas compotationes, fibræ ſtomachi, nimium dilutæ, debilitantur; & villi ejus, putrilagine viſcoſa illiti aggravantur; exindeque cibi faſtidium, & vomitiones matutinæ ſuboriuntur. Detur mane quotidie, cum hauſtu Decocti Amari.

*Pulv. ad Strumas.*

℞ Sem. Urticæ, Oſſium Gallinæ, in clibano ſiccat. ana q. v. m. f. pulv.

Empiricum hoc remedium, nunquam ipſe quidem præſcripſi; ſed, quia quamdam novi, cui certiſſime multum opis attulit, aliis non ſuadere, ſed communicare volui.

Sumpsit illa, quantum e cuspide cultelli capi potest, bis in die, per longum tempus.

Ettmullerus præcipit, Medicamenta contra Strumas exhiberi, præcipue circa Lunæ decrementa.

1. *Pulv. Styptici* ℥ ß.

♃ Troch. de Terra Lemn. Boli, ana ʒ j. Lap. Hæmatit. Sang. Drac. Mastich. Gum. Arab. ana ʒ ß. m. f. pul. Ad internas Hæmorrhagias.

2. *Pulv. Styptici* ℥ ß.

♃ Croci Mart. Astriog. Sem. Papav. albi, Hyoscy. ana ʒ j. & gr. xij. Sacch. Saturni gr. xxiv. m. f. pulv. pro viij. Dosibus.

*Pulv. Tartari Comp.*

♃ Crem. Tart. ʒ v. Flor. Balaust. ʒ j. Sp. Vitrioli gutt. vj. m. f. pulv.

Biliosos humores in Ventriculum suffusos corrigit; Acidum naturale restituit; & tonum laxatum firmat: atque ideo probati usus est, quando colluvies amaricans Nauseam, Inappetentiam, Brandipepsiam, Vomitum, aut Diarrhœam intulit.

Riverius (capite de Concoctione læsa) singularem refert historiam de se ipso, quod, Alvi fluxum per 4. menses passus, tandem intra paucos dies, usu Aceti, integre liberatus est. Ille quidem, Pituitam, & Melancholiam causatur, deceptus (uti opinor) a Dejectionibus, quæ (ob humorum acredinem, ramenta Intestinorum abradentem) pituitosa specie spectabantur, cum re vera ad Bilem acerrimam, copiosius suffusam, totum malum suberat rectius referendum.

*Pulv. e duplici Tartaro* ʒ ij

♃ Crem. Tart. ℈ ij. Sal. Tart. ℈ j. Ol. Junip. gutt. iij. Sacch. alb. ʒ j. m. f. pulv. pro iij. Dosibus.

Ad Febres intermittentes profligandas, & ad Urinam ciendam.

*Pulv. Theriacalis* ʒ v.

♃ Rad. Tormentil. ʒ ij. Angel. Hisp. Contray. Serp. Virg. Zedoar. Spicæ Nardi, Croci, ana ℈ j. Mac. ʒ ß. Camph. Opii. ana gr. xv. m. f. Pulv.

Per Malignitatem (inquit Ettmullerus) nil aliud concipere possumus, quam summam Acrimoniam, etiam in minimis interdum efficacissimam, Nervosis partibus sensibilissimam, & summam præternaturalem impressionem;

Humo-

Humoribus vero, in singulari textura sua, Mutationem Putredinalem inferentem. De Alexipharmacorum Operandi ratione, vide Dec. Sacrum.

Vires æmulatur Theriacæ ℈ j. continet Opii gr. j.

*Pulv. Tilingii* ʒ vj.

℞ Crystal. Tart. Lap. Percar. Ocul. Caocr. ana ʒ j. Sal. Succini ʒ ß. Sacch. albi ʒ iij ß. m. f. pulv. addendo Ol. Anisi gutt. v.

Pulvis hic (ut loquitur Tilingius) Nephriticos oculariter juvat; Tartarum enim, & Lapidem Renum, & Vesicæ, ceterorumque membrorum, frangit, & mirabiliter expellit.

Dos. a ʒ ß. ʒ j.

*Pulv. Viperarum Comp.* ℈ j.

℞ Trochisc. Viperar. gr. xv. Sal. Succini gr. iij. Croci gr. ij. m. f. pulv.

Arcanum magnum habetur adversus Icterum.

*Pulv. Uvularis* ʒ ß.

℞ Terr. Japon. Flor. Balaust. ana ℈ ß. Alum. Pip. longi, ana gr. v. f. pulv.

Vide Gargar. pro Uvula. Modus usurpandi, est, ut, Lingua, speculo oris depressa, pulvis, (ope fistulæ) insuffletur Uvulæ; & operatio pro re nata repetatur.

*Rob. Acaciæ.*

℞ Fruct. Prunellorum sylvestrium, nondum perfecte maturorum, q. v. Macerentur in aqua ad mollitiem; trajiciatur pulpa per cribrum; factaque superfluæ humiditatis evaporatione, additoque Sacchari medio pondere, coq. in consistentiam debitam.

Inter potentissima Astringentia locum (non infimum) tenere, jure merito debet.

*Sacchari Nitrati* ℥ iv.

Sal. ℞ Prunel. ℥ j. Sacch. alb. ℥ iij. m. f. pulv.

*Saccharum Perlatum nostrum.*

℞ Sacch. candi. albi ℥ iij. Marg. præp. ℥ j. m. f. pul.

Hujus usus est ad Julapia perlata, minimopere paranda, ad hunc modum. ℞ Aq. quarumvis ʒ xij. Sac. ch. Perl. nost. ℥ ß. m.

*Saccharum Antiscorbuticum.*

℞ Succi Cochlear. expressi q. s. Servetur in vase clauso ad secessum fæcum: hic Succus imbuatur Saccharo, super lapidem marmoreum posito; leniter exsiccetur; & iterum

 imbua-

imbuatur; & hoc aliquoties, semper lenissime exsiccando. Sic habebis Viride Saccharum, asservandum in phiala angusti colli, quod irroretur sæpe cum Spiritu, & Oleo destillato Cochleariæ; sic habetur Magisterium egregium.

Pro Dosi, quantum capiat cuspis cultelli, in vino dissolvitur: Inde fit Haustus gratissimus Antiscorbuticus.

Hoc modo, cum Absinthio quoque, & aliis, procedendum est. Ettmuller. Vol. 1. p. 1003.

*Saccul. Aromatici* ℥ j.

♃ Cinnam. Nuc. Mosc. ana ʒ ij. mac. Caryoph. sem. carui, Fœnic. d. ana ʒ j. f. pul. crassu, pro Sacculo rotundo. His addi possunt Menth. sicc. M. ij. Absint. sicc. m. ß.

Vino canarico, vel Rubro aspersus, & calefactus, Ventriculo applicetur; ad calorem naturalem resuscitandum; Appetitum, & Digestionem juvandos; Vomitumque sedandum.

*Saccul. de Cymino* ℥ v.

♃ Sem. Cym. Sem. mil. fol. ana ℥ ij. Salis ℥ j. s. pul. crassus, pro Sacculo, cum quo calido affricetur caput.

Ad Catarrhum, Amygdalarum, Tumorum, Uvulæ Relaxationem, & Gulæ Inflammationem, usui est.

Præter Serum intra Cranium, illud præterea in externis partibus capitis Excrementum colligitur maximeque sub cute Verticis, quo Venarum, per Faciem, & Tempora in caput irrepentium, extrema desinunt. Quoties enim hæ, vel Humore multo turgent, alimenti reliquias, & supervacua, sub cute affundunt, quæ, præ cutis crassitie, atque densitate; vaporare vix queunt. Horum coagmentatione, tantus interdum cumulus fit, ut Tumor mollis promineat cutem condensans, eamque a Calvaria plurimum disjungens.

Hic certe fons, hic fomes est omnis externæ Destillationis, quem miror, neminem omninum Veterum animadvertisse.

Hinc, in externas corporis Partes fertur Destillatio, in Oculos, in Maxillas, in Dentes, in Cervicem, in Scapulas, in Brachia, in Latera, in Dorsum, & Lumbos, in Coxendicem, in crura, in omnes denique Articulos; eamque omnis fere externi Doloris causam esse, deprehenditur, Hæc Fernelius.

*Sac-*

*Sacculus Lateralis.*

♃ Bacc. Lauri, Sem. Cymini, Fœnugr. Flor. Chamæm. ana m. j. Furfur. sal. ana M. ij. f. Sacculi duo.

Ad Lateris Dolorem externum, calefiant, & alternatim applicentur. Ubi vero adest Sanguinis sputum, ab externis-calidis cavendum est.

*Saccul. Stomachic.* ℥ ij.

♃ Herb. sicc. Menthæ ℥ ß. Absint. Thymi, Flor. Ros. rub. ana ʒ ij. Balaust. Rap. Angel. Hisp. Sem. carui, Nuc. Mosc. Mac. Caryoph. ana ʒ j. f. pulv. crass. pro Sacc.

Iisdem usibus inservit, ac Fot. Stomach. Vino rubro austero immersus, calidissime adhibeatur.

*Sacculus ad Uvulæ Relaxationem.*

♃ Sem. Cymini ℥ ij. Rad. Irip. pip. longi, ana ʒ ß. f. pulv. crassus, sacculo indendus, & super caput applicandus. Vide Linim. Cephal.

*Scuti Cardiac.* ℥ j. ß.

♃ Rad. Angel. Hisp. calami arom. ana ℥ ß. Lig. Sant. citr. Flor. Lavend. croci: sem. carui, Caryoph. Mac. Benzo. Styr. calam. ana ʒ ß. f. omnium pulvis crassiusculus, carpto gossypio, excipiendus, quo cum, & panno serico rubro interpuncto, fiat Sacculus, qui, collo appensus, gestetur supra regionem Cordis.

*Scut. Pectoral.* ℥ j. ß.

♃ Lig. Sant. citr. Rad. Irid. Flor. Calami arom. ana ʒ ij. Fl. Lavend. Sem. Coriand. Nuc. Mosch. mac. Benzo. Syr. calam. ana ʒ j. Ol. Caryoph. ana gutt. iij. f. pulvis crassus.

1. *Scut. Stomachic.* ℥ ß.

♃ Rad. Angel. Hispan. cal. aromat. ʒ j. ß. Hern. sicc. Ment. Absint. ana ʒ ij. Sem. Coriand. carui, ana ʒ j. Styr. calam. Benzo. cannam. Nuc. Mosch. macis, Caryoph. ana ʒ ß. f. pul. crass.

2. *Scut. Stomach.* ʒ x.

♃ Rad. Ireos Flor. cal. Arom. ana ʒ ij. cubeb. Nuc. Mosc. mac. Caryoph. Styr. cal. Benzo. ana ʒ j. Ol. carui, Ment. Rhob. ana gutt. ij. Absint. gutt. j. f. pulv. crassus.

*Seri Deoppilantis Cong.* ij.

♃ Rad. Polypod. Oxylap. ana ℥ iv. Herb. Hepar. Agrim. cichor. Summit. Lupulor. ana M. ij. Succi Fu-

mar. ℔ j. Sennæ ℥ j. Tamarind. ʒ ij. Seri Lact. Cong. ii. ß. coq. ad ij. & rite depuretur.

*Serum Diæteticum.*

♃ Seri Lactis, ope Coaguli Vitulini ſeparati ℔ iv. Succi Limon. ℥ j. Succi Promor. acido dulc. recens expreſs. ℥ iv. Sacch. alb. ℥ ij. m. & clarific. cum Album. Ovor. N. ij.

Medicamentum eſt jucundiſſimum, & excellentiſſimum, ad Effectus, ab atra Bile, aut Sero muriatico, ſubortos. Ventriculum, Parteſque Nutritioni dicatas, nimium æſtuantes, aut inflammatas, humectat, & refrigerat.

Doſis ſit ℔ j. quotidie mane, per menſem integrum. Non debet major pro vice parari quantitas, quam quæ ſufficiat tribus diebus. Nimis diu namque aſſervatum, corrumpetur, & acedinem contrahet.

*Serum Lujulatum.*

♃ Lact. ℔ ij. Cerevis. tenuis ℔ j. Vini albi ℔ ß. f. Serum poſſeticum, cui incoque Herb. Lujul. M. ij. col.

In Febribus ardentibus, non tantum bilioſos, acreſque humores, Ventriculum miſere torrentes, ſitimque intolerandam, cui languore acerbo, excitantes, optime diluit, & attemperat; ſed etiam Sanguinem ſerventem refrigerat; bullientem reprimit; & craſſe contextum liquat; & recrementa aduſta per urinam exterminat. Bibatur affatim ad libitum.

*Serum Purgans Hyſtericum.*

♃ Rad. Bryon. albæ ℥ j. Sennæ, Agar. ana ℥ ß Infunde leni tepore, per noctem, in Seri Lact. ℔ j. ß. mane coq. ad ℔ j. ſub finem addendo Sem. Carui ʒ ß. Mannæ ℥ ij. col. diſſol. Syr. de Artemiſ. ℥ ij. m. pro iv. Doſibus.

*Serum Scorbuticum.*

♃ Cochlear. Plantag. ana M. ii. Beccab. Fumar. Naſturt. aq. Acetoſæ ana M. j. Contus. adde Seri Lact. ℔ ij. Liquor expreſſus, coquendo, depuretur.

*Serum Spleneticum.*

♃ Seri Lact. ℔ iij. Epith. ℥ ij. Rad. Helleb. nig. ʒ j. ß. Mellis ℥ ij. Infunde xij. horas, deinde coq. ad ℔ ij. col. Adde Aq. Cinnam. ℥ ij. m.

Dos. ℥ vj. bis in die.

Se-

*Serum. Tamarindinatum.*

℞ Tamar. ℥ ij. Affuſis cochlearibus aliquot Lactis, agitetur in mortario, donec emolleſcat: dein injiciatur in Lactis bullientis ℔ ij. & ſeparetur (per colaturam) coagulum.

Aliquanto acidius eſt, quam illud Lajulatum: ideoque potentius ſitim tolit; ſed quia minori quantitate ſumi debet, non tam efficaciter Sanguinem diluit. Porro, prius illud, magis eſt ex uſu, ſi metuatur Diarrhœam; uti hoc, ſi alvus ſit nimium occluſa. Propinentur ℥ iv. ter, vel quater in die.

*Sinapiſmus.*

℞ Medulla Panis albi ℥ ij. Farinæ Sem. Sinap. ℥ j. Ol. Caryop. gutt. xxxij. Aceti ℥ iij. Mellis q. s. m. f. Catapl.

Hodie, ob frequentem Epiſpaſticorum uſum, Sinapiſmi in deſuetudinem fere abierunt: ſed (ſi quid ego judicem) immerito; ſiquidem.

1. Advocant ſpiritus, & Humores ad Partem vacillantem; illiusque tonum reſtituunt; atque adeo in Paralyſi, Atrophia, Gangræna &c. magnopere proſunt.

2. Attrahunt ex alto ad ſuperficiem, adeoque in doloribus Iſchiadicis, alte jactis, Tumoribus Peſtilentialibus, &c. ex uſu ſunt.

3. Revellunt a parte affecta; atque hoc nomine, dolore Capitis, Dentium, Oculorum, affectis; item Hyſterice, & convulſive membro aliquo particulari laborantibus, ſubſidio ſunt. Et (quod nonnihil eſt (quotieſqumque Arthritis, Metaſtaſi facta, *atrociter*, & periculoſe in Caput, aut Ventriculum irruit, Sinapiſmi, pedibus applicati, ad illos eam fortiter (ſi quid aliud) revocare poſſunt.

Ab applicato Sinapiſmo, pars eſt ſæpe inſpicienda; namque, non tandiu ſuper partem relinquendus erit, dum Tumorem, Dolorem vehementem, aut Veſicas excitet; ſed ſolummodo, donec pars, digito preſſa, non albeſcat, ſed rubicunda permaneat.

*Smegma Cephalicum.*

℞ Sapon. Venet. raſ. ℥ ij. Ol. Roriſm. Leven. Nuc. Moſc. ana gutt. xvj. Ol. Car. Orig. ana gutt. viij. Aquæ parum; & ſtrenue, diuque contundantur in mortario marmoreo; & formentur Pilæ, ad Caput lavandum mane, quotidie.

Spi-

*Spiritus Antiscorbuticus.*

℞ Cort. Guajaci ℥ vij. Cort. Aurant. ℥ v. Bacc. Junip. ℔ j. Sem. Dauci vulg. ℥ vj. Sacchari ℔ iv. Aq. com. ℔ L. Fæcum Cereviſiæ q. s. Fermententur ſimul 12. dies; poſtmodum adde Sem. 4. Calid. major. ana ℥ j. deinde, peracta fere fermentatione , adjice Herb. Cochlear. M. xij. Beccab. M. iij. Naſturt. aq. & Indici, ana M. iv. rad. raph. ruſt. ℥ ij. Lig. Saſſ. ℥ iij. Poſtea Deſtillatio, & Rectificatio s. a.

In Scorbuto frigido convenit: Acidum infringit; Flatus diſcutit, &c. Doſis a ℈ j. ad ℥ j. in ventriculo.

*Spiritus Carvi Comp.*

℞ Spir. Vini Gal. ℔ ij. Sem. Carui candefact. ℔ ß. Spec. Arom. roſ. Lætif. Galeni, ana ℈ ij. Infunde 14. dies. Col. adde Moſch. & Ambr. gris. ( in nod. lig. ) ana gr. ij. Aq. Namphæ ℥ iv. denique admiſce Fol. Auri q. v.

*Spiritus Vini Camphoratus.*

℞ Spir. Vini rect. ℔ j. Camp. ( cum parum ejuſdem Spiritus ſuper porphyritim tritæ ) ℥ j. ß. Stent in digeſtione leniſſima, donec Camphora tota ſit ſoluta, & cum Spiritu exacte unita.

Quidam addunt Spiritum Salis Armoniaci.

In Febribus Malignis, cum Vigiliis, Delirio, Convulſionibus, Camphoram Spiritus debite, & ordinate extendere, eoſque ad blandam quietem diſponere, creditur. Diaphoreſin, & Diureſin promovet. In Furore Uterino, Gonorrhœa, & Urinæ ardore, paſſim præſcribitur. Externe valet in Colera, Iliaca paſſione, Colica; in Inflamatione, Eryſipelate, Ambuſtione; Gangræna, Odontalgia, Faciei Maculis, & Articulorum Doloribus.

*Succus Attemperans.*

℞ Herb. Tarax. q. s. In maſſam contus. pon. In olla fictili vitreata, cum operculo, quæ, clibano ( poſt panes extractos ( indita, ſtet 6. horas; dein, maſſa in collum effuſa, liquor clarus effluat.

Quibus contigit, Ventriculum habere frigidum, imbecillem, cruditatibus, & ructibus obnoxium; ii omnes a ſuccis crudis abſtinere debent: ideoque talibus convenientiſſima Succorum parandi ratio eſt, ut in clibano coquanrur.

Hoc

Hoc simplex medicamentum, Sanguinem, & Humores diluit; eorumque acrimoniam corrigit: Scorbuto calido imprimis idoneum est; & Affectibus Cutaneis egregie medetur. Bibantur ℥ iv. vel vj. ter, vel sæpius, in die.

*Succus Cochleariæ Vinosus.*

♃ Fol. Cochlear. hort. sub cœlo collect. q. v. Succo e contusis expresso, iv. Congia. impleantur; floribus Cerevisiæ cochl. ij. impositis; per duos dies fermentare sinantur: deinde vas occlusum, in cella vinaria per sex menses collocetur: tunc liquor clarus, ac instar Vini Hispanici flavescens, in Utres exhauriatur, ac usui servetur: per plures annos incorruptos perdurat, inquit VVillis.

Ad affectus Scorbuticos, a sanguinis aciditate ortos, Paralysin, Hydropem, Vagosque Dolores, propin. ℥ iij. vel ℥ iv. bis in die.

*Succus Hæmorrhoidalis.*

♃ Succi Millefol. depur. ℔ j. Sacch. albi ℥ ij. m.

Si ex virium prostratione, squallenti corporis habitu, & calore ad citrinum vergente, certo cognoscatur, Hæmorrhoidum fluxum esse immodicum; & moderari debere, hoc parabile Stypticum ( debitis aliis non omissis ) in subsidium venire potest: atque magni cujusdam Medici magnum fuerit Secretum. Dos. ℥ iij. bis in die River. ait, Decoct. Millefolii, in potu ordinario per triduum exhibitum, Hæmorrh. dolorem feliciter discutere.

*Succus Hydropicus.*

♃ Fol. Plantag. virentium M. iv. Hepaticæ, Beccabungæ, ana M. ij. Simul contusis, affunde Aq. Raph. comp. tenuis ℔ ß. f. expres. fortis.

Cl. Vvillis asserit, se sæpe cum successu præscripsisse ℥ iij. ter in die.

Succi, pro usu Medico, asservantur, tribus imprimis modis.

1. Affuso Oleo Olivarum, mediante quo a mucore per tempus præservantur.

2. Post aliqualem Phlegmatis exhalationem, & despumationem; & ad quartæ partis ( coquendo ) consumptionem; addendo Sacch. ℔ j. Spir. Vini ℥ ij. vel ℥ iij.

3. Per residentiam spontaneam depurati Succi, immittantur vasis, habitu Sulphureo conditis. Nimirum tœda Sulphurea

Sulphurea incenſa immittatur vaſi; ita nebula alba totam lagenam implebit. Hoc tamdiu fiat: donec a fumo Sulphur extinguatur inde claudatur. Ita per longum tempus ſucci commode conſervari poſſunt. Hic modus, omnium optimus eſt.

*Succorum Scorbuticorum* ℔ v.

♃ Suc. Plant. Becab. Naſt. aq. Dent. Leon. ana ℥ j. Acetoſæ, Limon. Vini albi, ana ℔ ß. Stent in frigido, ad ſubſidentiam: liquori limpido per Incerniculum decantato, adde Aq. Raph. comp. Aq. Lumbric. Magiſtr. Sacch. albi, ana ℥ iv. Sp. Cochl. ʒ vj. m.

Herbarum ſucci, ſanguinem ſalſum, aſperum, torridum, irritabilem, egregie diluunt, edulcorant, purificant, emolliunt; Recrementa Salina, & Bilioſa per Urinam amandant; Hypocondria valde æſtuantia, refrigerio perfundunt; Habitum Corporis arefactum, & ſtrigoſum, molli humore reficiunt: Atque (me judice) in Antiſcorbuticorum familia facile primum locum obtinent; eoque magis, quod nulla coctione, aliove artificio nequaquam detorti, in Sanguinem, naturali indole, & integra virtute, transferuntur.

Vere autem, magis ſunt proficui, quam aliis anni temporibus; ideoque, non tantum, quia tunc Natura in corporibus humanis ζύμωσιν, & renovationem ſanguinis ex ſe inſtituens, facili negotio poteſt adjuvari; ſed & inſuper, quia ſucci ipſi ſunt revera longe efficaciores, uti obſervat Sim. Paulli, inquiens: quod Verno tempore Scorbuticæ Herb. maxime ſere ſale Volatili commendant; δοκιμασία eſt, quod, ubi eſſentiam, Tincturamve ex iis ſub finem Aprilis, aut initium Maij, præparemus, ea, inſtar Vini Chii, aut Malvatici, rubeſcat; aliis anni temporibus, non item. Propin. ℥ iv. mane & 4. pomerid.

*Suffitus ad Ani procidentiam.*

♃ Thuris Maſc. ſuccini, Caryoph. ana ʒ ß. Flor. Roſ. rub. Balauſt. ana ʒ ij. f. pulv. craſſus, cujus accenſi, fumus per ſellam perforatam accipiatur.

Ita uſus, & conſuetudo voluerunt; quoad me vero, vix animnm adduxi, ut credam, Fumum Balauſtiorum, aliorumve quorumvis Aſtringentium Vegetabilium, vim Aſtringentem retinere poſſe.

*1. Suffitus ad Catarrhum* ℥ ß.

♃ Olib. Succini, Benz. Styr. Calam. Gum. Guajaci, Bal. Tolut. ana ℈ ij. pulv. crassus.

Si Catharrhus induxerit Asthma, vitentur suffitus, ob suffocationis periculum.

*2. Suffitus ad Catarrhum* ℥ j.

♃ Gum. Guajaci, Gum. Junip. Mastic. Benzo. Myrrhæ, Auripigmenti, ana ʒ j. Bals. Peruv. gutt. xvj. Caryoph. ʒ ij. m. f. pulv. crassus, pro suffumigio Capitis.

*Suffitus Odoriferus.*

♃ Benz. ℥ j. Styr. calam. ℥ ß. Labdani ʒ ij. Mosch. Ambr. gris. ana gr. j. ß. Mucilag. Gum. Tragac. q. s. f. Trochisci, ex quibus, pro libitu, additis solummodo Carbonibus Salicis, Candelæ Odoriferæ formari possunt.

Nonnulla (inquit Zvvelferus) sunt per se satis odorata, quæ carbonibus vivis inspersa, tamen Fœtorem pene spirant; ita Cinnamomum, Caryophylli, Sem. Coriandri, Sem. Nigellæ, Rosæ, imo & Moschus ipse, si, vivis carbonibus immissus, cito comburatur, male olere solet.

*Suffitus Phthisicus.*

♃ Gort. Pistac. Myrrhæ, Succini, ana ʒ ij. Sulph. vivi, Auripigmenti, ana ʒ j. f. Pulv. crassus, cujus, in prunas candentes conjecti, fumus, ope infundibuli inversi, in Pulmones inspiretur.

Dum extraneis succis perfundetur, & repleatur Pulmonum parenchymata; suffitus fortiores neutiquam usurpandi: leniorum vero usus, eo tempore, non prætermittendus, inquit Bonnet.

Suffitus, non statim ab eroso vasculo, aut Visceris parenchymate, submoveantur; sed, post dies 14. ad minimum, a sedata Hæmoptysi, inquit idem.

Soffituum, & Vaporationum administrationes, interdum (inquit VVillis) in Phthisi nondum deplorata, plus, quam alia quævis remedia, prodesse solent; qoatenus nempe Pulmonem ipsum attingunt; adeoque, affectione immediata, expurgant, exsiccant, & putredine vindicant, corroborant, ejusque ductus aperiunt.

*Suffitus ad Tenesmum.*

♃ Capiti Papav. albi ℥ ß. Herb. Verbasci M. ß. Flor. Ros. rub. Balaust. Thuris, ana ʒ ß. Mastich. ʒ. j. f. pulv. cras-

crassiusculus, cujus, in prunas conjecti, fumus excipiatur per Chartam perforatam.

*Suffitus ad Uteri Prolapsum.*

℞ Scarabæor. ℥ iij. Pellicul. Anguill. minutim concis. ℥ j. f. pulv.

Opinio communis de Procidentia uteri, falsa est; revera enim hic affectus nil aliud, est quam, 1. vel Vagina Uteri tota, nimis relaxata, aut extensa, foras, propendens: vel 2. Membrana Vaginæ, adeo relaxata, extra, aut erosa, ut extra Vulvæ Labia repræsentet corpus amplum rotundum, angusto collo annexum; quod Collum, ulterius, intra Sinum pudoris se abscondit.

*Suppositoria.*

℞ Mellis, ad consistentiam justam, ( id est, usque eo, dum digitos amplius non inquinet ) Sal communis ( vel Gemmæ ) Pul. Alios (vel Hieræ pic.) ana q.s.f.Suppositoria duo.

Suppositoria, & Clysteres, motum Peristarticum Intestinorum, sursum vergentem; deorsum proliciunt; unaque opera efficiunt, ut minus arcte Ventriculi fibræ circulares constringantur.

Non semel observavi, in vivorum sectione, ( & in Fœmina, cui ab annis Intesrini portio extra Abdomen nuda propendebat ) intestinorum motu sursum, deorsumque tendisse, prout, vel in parte superna, vel interna etiam, levicule illa pupugit stylo, citra vulneris inflictionem. VVepfer. de Cicuta aq. 125.

*Syruptus Albus.*

℞ Aq. font. puriss. ℔ ij. Sacch. alb. prope depurati ℔ iij. Coque ( diligenter despumando ) ad debitam consistentiam

Syrupum hunc simplicem, in Officina semper asservandum jubeo: idque, non propter medicamentosam aliquam ejus qualitatem; sed ( partim quia vilis est pretii ) ut cum eo Formulas componerem; sc. Electuarium de Cortice, Mist. Pilul. & sexcenta alia ejusmodi, ubi nil de syrupo vellem, præter consistentiam, aut Edulcorationem.

Et partim, ut medicamenti colorem præservarem; ideoque cum illo Emulsionem Balsamicam paro; atque, ut alios proferam casus, si quando Spiritum CC. aut Sp. alicui

Jula-

Julapio immiſcendum præſcribere; cum ſyrupus Caryophyllorum turpiter nigrum, Violarum viridem, Fl. Paralyſeos fuſcum, liquorem redderet; hic, e contra, ſyrupus, nullum colorem ingratum inducet, aut medicamenti faciem immutabit.

Aliqui volunt, ut, inter coquendos Syrupos, dum bulliunt, parum Mellis addatur; ita ſiquidem, optime deſpumabuntur; durabilem conſiſtentiam tuebuntur, & a Sacchari coagulatione præſervabuntur.

*Syrupus de Alio.*

♃ Radic. Allii (pellicul. denudat. & in teleolas inciſ.) ſem. Aniſi contuſ. ana ℥ ß. Rad. Enulæ ʒ iij. Glycyrrh. ℥ ij. Spir. Vini Gall. ℔ j. ß. Digere clauſe, & calide, 2. vel. 3. dies Colaturam claram, & ferventem inde agita diſculo argenteo: adde Sacchari abiſſ. ʒ j. ß. Vaſe, prunis ardentibus ſuperpoſito, liquorem flamma admota accende; &, dum afflagrat, agita radicula. Tandem trajice per colum laneum Vvallicum.

VVilliſianum eſt: ſæpe optime curavit: utilem deprehendi. De Allii vero viribus, conſule Lohoch de Allio.

*Syr. de Amoniaco Simplex.*

♃ Gum. Am. (ſuper ignem in Aq. font. ℥ j. ſolut. & col) ℥ ß. Syr. Alb. ℥ ix. m. ſenſim, & ſ. a. commiſceantur.

Validiſſime incidit, attenuat, detergit, expurgatque Pulmones; Strenue confert inveteratis Affectibus, craſſæ, lentæque pituitæ ortum dantibus. Tuſſi laborioſæ, Empyemati, quin etiam Peripneumoniæ, & pleuritidi jam inclinatæ occurrit. In Aſthmate vero, ſpecifice opem ferre perhibetur.

*Syruptus Aſtmaticus.*

♃ Flor. Digital. (menſe Majo collect. & non ſiccat.) N. 200. vel ℥ ij Aq. Hyſſopi, Puleg. ana ℔J. f. Infuſ. calida, & clauſa hor. j. Colat. adde Clycyrrh. ℥ ß. Rad. Enulæ Camp. Sem. Aniſi, ana ʒ j. Agar. (nodulo ligari) ʒ ij. f. denuo infuſio calida hor. j. col. ejus ℥ xj. diſſolve Sacch. alb. ℥ xvij. & in col. ſine ſaccharo aſſervatæ ℥ j. diſſolve Gum. Ammon. ʒ ß. Denique, utraſque colaturas miſce, & adde Tinct. Benzo. ʒ iij..

Dos. cocch. j.

Sy-

*Syruptus Balsamicus.*

℞ Bals. Tolut ʒ vj. coq. ( non despumando ) in Aq. font. ℥ xx. ad ℥ xij. tunc adjice Sacch. depuratissimi ℔ j. & sine ulteriori coctione f. Syrupus, qui, cum refrixerit, coletur.

*Syr. Biyleanus.*

℞ Rad. Sym. maj. ℥ vj. Herb. Plant. M. xij. Contusis, exprimatur succus, cui adde Sacch. pondus æquale, & f. Sxr. s. a.

Hospitum de Medicina eum esse oportet, cui non innotescit, quam fortiter hic Syrupus Hæmoptoicis subvenire soleat.

*Syrupus Chalybeatus.*

℞ Vini albi ℔ j. ß. Limat. Chalyb. ℥ j. ß. Tart. alb. pulv. ʒ vj. Cinnam. Nuc. Mosc. ana ʒ j. ß. Mac. Caryoph. ana ʒ ß. Infunde calide, & clause, in vase valde capaci ( aliter dissiliet ) 4. dies. Col. claræ ℔ j. adde Sacch. albi ℔ j. f. Syr. s. a.

Ferrum ( secundum Lemery ) ad usus Medicinales longe præstat Chalybi; quia facilius in corpore dissolvitur, & copiosus Virtutem exserit.

*Syr. e Chalybis Sale.*

℞ Aq. Bichor. ℥ viij. Sal. Chalyb. pulv. ʒ ij. Dissolve super ignem, dein repone per biduum, ut præcipitetur Crocus: liquori claro effuso, adde Sacch. alb. ℥ viij. Ol. Cinnam. & Nuc. Mosc. ana gutt. ij. fi Syr. s. a.

Solutio salis Chalybis in Aqua facta, Lacti affusa, illud minime coagulat. Ideoque sal istud, licet cum Oleo Vitrioli, ( acido, imo acidissimo ) paretur, nullam tamen in se continet Aciditatem: quod satis notabile.

*Syr. e Calyb. Sale Hystericus.*

℞ Assæ fœt. ʒ ij. ß. Dissolve in Mortario sine calore in Aq. Hyster. ℥ j. Col. adde Syr. e Chalybis sale ℥ xj. m. s. a.

*Syr. e Cynoglossa.*

℞ Succ. Herb. Cynogl. ℔ j. ß. Coq. purgetur, dum inclarescat; & cum Saccʒari albi ℔ j. ß. f. syrupus.

Populus medicorum, uno ore, vim Soporiferam attribuit Cynoglossæ; Ipse vero, hunc syrupum, licet millies in usum duxerim, nullam tamen ejusmodi ejus virtutem adhuc observare potui. Nihilominus egregium eum agnovi, nullisque cedentem; ad defluxiones

ca-

calidas, acres, tenues, Cattarrhosas, Tussimque inde oriundam.

*Syr. Diagrydii.*

℞ Diagryd. pulv. ʒ vj. Pulv. Cinnam. ʒ ij. Sp. Vini ℔ j. Ustulando. Coq. ad dimid. Coll. adde Sacch. Crystalli ℔ ß. f. Syr. s. a. Cujus dosis sit ℥ j.

*Syr. Diureticus.*

℞ Aq; Persicar. ℔ ij. Lap. Prunel. ℥ ij. Sacch. alb. ℔ ij. Coq. in Syr. Vires Julapii Diuretici Nitrosi.

Si spiritus Vitrioli, Sulphuris, Salis, Nitri ipsius, similesve, Nitro affundantur; fumum, instar aquæ Fortis, excitabunt. Ideoque videndum, ne huic Syrupo unquam, aliisve Nitrosis, Chemicorum spiritus Acidi admisceantur; quia liquorem acerrimum, Ventriculo noxium, conficient.

*Syr. de Helenio.*

℞ Rad. Helen. Polypod. Passul. Corinth. ana ℥. ij. Rad. Glycyrrh. ℥ ß. Herb. Nicot. Virg. siccat. ʒ ij. Tusillag. Pulmonar. macul. Saturejæ, Calamint. ana M. j. Coq. in Mulso, ad ℔ j. ß. & cum Sacch. tantundem f. Syr.

Magna hujus vis crassa attenuandi, Lenta incidendi, Visci detergendi, Obstructa aperiendi: Convenit ergo in Tussi laboriose pectorali; Orthopnœa, & Asthmate humorali: Empyemate, &c.

*Syr. Incrassans.*

℞ Aq. Plantag. ℔ j. Gum. Asab. ℥ j. ß. Dissolve, & adde Sacch. albi ℔ j. f. Syr. s. a. Vid. Decoct. Incrass. cujus vires æmulatur. Insuper, externe illitus valet contra Herpetem.

*Syr. de Liquiritia.*

℞ Tinct. dulc. Mellis ana ℔ j. Ol. Anisi gutt. viij. f. Syr. s. a.

℞ Incrassat, emollit, maturat, acredinem obtundit, Tussi Catarrhosæ medetur. Ubi vero Pulmones exinde putiuntur, Attenuantia, & Incidentia (qualis est Syr. de Helenio) magis ex usu erunt.

*Syr. de Malva.*

℞ Decocti Malvæ Magistral. Sacch. albi, ana ℔ j. f. Syr. s. a. Vires putantur ex Dec. Malvæ.

*Syr. de Myrrha.*

℞ Myrrhæ ʒ ij. (vel ad summum ℥ ß.) Teratur

cum Sacch. candi. sub. ℥ iv. Fiat in Albuminibus Ovorum dissolutio, eodem modo, ac paratur Ol. Myrrhæ per deliquium.

Optimus est ad Tussim inveteratam, Asthma, & Ulcus Renum.

*Syr. Nicotianæ.*

Glycyrrh. ℥ ß. Herb. Nicotianæ Virgin. opt. sicc. & concis. ʒ j. Aq. font. ℥ xj. f. Infus. calida duas horas. Col. clar. ℥ iv. adde Mellis ℥ ij. Sacch. alb. ℥ iv. f. Syrup. s. a Cui adde Ol. Anisi gutt. j. Tinctur. Benzo ʒ ij. m.

*Syr. de Ovis.*

℞ Alb. Ovor. N. iij. Aq. Plantag. ℥ vj. Simul quassatis, adde Savch. alb. optime depurati, pulverati, & creti ʒ vj. Diu, & laboriose conquassando, f. Syrupus, sine calore.

Valet contra Tussim, a Sero tenui, & acri oriundam.

*Syr. de Sassafrassio.*

℞ Ras. Ligni Sassafr. ℥ ij. coq. in Aq. font. ℔ iij. ad ℔ ij. in fine addendo Cinnamomi, Sem. Fœnic. dulc. ana ℥ ß. Cum. col. & Sacch. albiss. ad Tabulat. coct. ℔ ij. f. Syr. s. a.

Cephalicus, Pectoralis, Cordialis, Stomachicus est; & valet contra Catarrhos, & Affectiones, a phlegmate, & frigore ortas.

*Syr. Theriacalis.*

℞ Rad. Contray. contus. Theriacæ Androm. ana ℥ ß. Mithrid. Diascord. ana ʒ ij. Sem. Angel. ʒ j. Croci, Coccinel. ana ʒ ß. Aq. Lact. Alexit. ℥ iv. Aq. Theriacal. Epidem. ana ℥ j. Aceti Vini ℥ ii. f. Infus. calida, & clausa, in vase vitreo, xij. horas: liquori, per subsidentiam, & multiplicem transcolationem depurato, adde Saech. alb. ad Tabulat. cocti ℔ ß. f. Syr. sine coctione.

Optime ingreditur Julapia Alexipharmaca; vel dentur cochl. ij. in vehiculo appropriato.

*Syr. ad Tussim Convulsivam.*

℞ Musci Quercini Pulmonar. M. v. Rad. Symph. maj. ℥ vj. Passul. Sol. exacin. ℥ ij. Glycyrrh. ras. ʒ iij. Bals. Tolut. ℥ ij. coq. in Mulso ad ℔ j. ß. & cum Sacch. q. s. f. Syrupus consistentiæ spissioris.

Ce-

Celebris, & efficax eſt contra Tuſſes clangoſas, & convulſivas Puerorum, ( Angelice *Hooping. Cougbs* ) ſi cochli j. vel ij. propinentur ſæpe in die, ante, & poſt ſingulos tuſſiendi conatus, vel in aq. Puleg. vel Decocto Pectorali, per aliquot dies. Ita Communicator.

*Tab. Cardiacæ.*

♃ Rad. Angel. pul. Diamb. ana ʒ ß. Ol. Nuc. Moſc. gutt. iu. Ol. Cinnam. & Caryoph. ana gutt. ij. Sacch. ( Aq. Mirab. ſolut. ) ℥ iij. f. Tab.

Languidas, & reſolutas vires reparant: frigidis Ventriculi Affectibus medentur; Cordis Palpitatione, & Tremore laborantibus, ſuccurrunt.

*Tab. Hyſtericæ.*

♃ Ol. Succini gutt. viij. Sacch. alb. ℥ iv. f. Tab. ſ. a.

*Thermæ Sulphureæ.*

♃ Sulph. ℔ iij. Tartari cum Nitro calcin. ℔ j. ß. Sal. com. ℥ xij. coq. in Aq. font. Modiis vij. ſub fingm addendo Bacc. Lauri contuſ. ℥ xij. Herb. Roriſmar. Lavend. Majoran. Beton. ana M. xij. col. ad uſum.

N.B. Baccæ, & Herbæ, commode coqui in Sacculo, & qnotidie renovari, poſſunt: poſt Balneationem, liquor in dolio aſſervetur.

*Tinctura Alexiteria.*

♃ Rad. Serp. Virg. Contray. Angel. Hiſp. Ther. Ven. ana ℥ ß. Myrrh. Croci ℈ iv. Coccinel. ℈ ij. Tinct. Sal. Tart. ℔ j. m. & digere ſ. a.

*Tinct. Antiphthiſiea.*

♃ Pul. Sacch. Saturni, & Vitrioli Martis, ana ℥ j. Spir. Vini rectif. ℥ viij. Repone in frigida, donec rubeſcat Spiritus.

Bronchiorum tonum laxatum reſtituit; Seri acris admiſſionem inhibet; Vaſorum rupturas reſarcit. Fermentum putredinale delet; Calorem Hecticum reprimat; Et Chirurgicis quibuſdam uſibus ( hic non dicendis) egregie inſervit.

Dentur gutt. xx. vel xxx. bis in die, in vehiculo appropriato.

*Tinct. Aromatica.*

♃ Spir. Lavend. comp. ℥ j. Caryoph. pulv. ʒ j. Croci gr. xvj. Pip. nigr. gr. iv. m. Dies aliquot ſine calore digerantur. Col. Dos. gutt. xx. ex vehiculo idoneo.

Cephalica eſt, Cordialis, Stomachica.

*Tinct. Balsamica.*

♃ Bals. Gilead. Copaiv. Peruv. Tolut. an. ʒ ij. Spir. Vin. rect. ℔. ß. Dinct. Benzo. ℥ j. Digere in MB. duos dies.

Eo fine excogitabatur hæc Tinctura, ut delicatulis exhibeantur Balsama in compendio, & sine nausea. Valet ad Pulmonum excoriationes sanandas, eorumque Infarctus expediendos: ad Mictum sanguineum, & affectus Nephriticos. Dos. gutt. xxx. ter in die, in vehiculo idoneo.

*Tinct. Cantharidum.*

♃ Pul. Cantharid. ℥ ß. Spir. Nitri opt. ℥ j. Digere hor. 24. deinde adde Spir. Vini Camphorati ℥ iij. f. digestio per aliquot dies; postea filtratio.

Usurpatur ad Urinam ciendam; ad renum, & Vesicæ Ulcera; Gonorrhœam; & Arthritidem vagam Scorbuticam.

Potentissime omnium (inquit Wedelius, Amænit. p. 387.) Urinam pellunt Cantharides, ob Sal volatile, copiosum, erodens, & stimulans. Neque enim tam propter hispidas, aculeatasque, partes agunt; quod nonnulli pro ratione allegant: nam tritu, & mixtione cum aliis viscidis, rotundis, oleosis, pereunte illa figura, nihilominus potenter id præstant; sed caute iis est utendum, & Dosi refracta. Groenvelt asserit, Camphoram, prestantissimum, verissimum, ipsissimumque, præ aliis, esse Cantharidum correctiorium.

Dos. a gutt. iv. ad xx. bis in die, ex haustu Decocti Malvæ, Syrupo violarum edulcorati.

*Tinct. Dulcis.*

♃ Succ. Glycyrrh. Hisp. tenuiter incis. ℥ j. Coccinel. ℈ ij. Vin. Canar. ℔ ij. Digere.

Glycyrrhitia, in genere, laudabile quidem est, & utile medicamentum; hoc tamen illi vituperio vertitur, quod succo constat tam spisso, & inerti, ut Nauseam Ventriculo creet; & in sanguinem ægre perferatur. Hæc vero Tinctura, integras virtutes, sine vitiis Glycyrrhitiæ, feliciter possidet, nullas quippe Stomacho molestias facessit; atque in sauguinem, & (illius commeatu) in intima Pulmonum, facili negotio, subintrat: Serum acre emollit, & obtundit; proindeque vanos, fatigantesque tussiendi nixus refrænat: Atque crudum Phleg-

ma,

ma, Vesiculas, & Tubulos Pulmonares obsidens optime digerit, maturat, & expectorationi aptum reddit. Detur, vel congleatim per se; vel in Julapio Pectorali.

*Tinct. Epileptica.*

♃ Castor. opt. ℥ ß. Succini flavi in tenuiss. pulv. redacti, Croci Angl. ana ʒ ij. Fl. recent. Lil. Convall. ℥ j. His affund. Spir. Eini Camphor. Spir. Lavend. Comp. Spir. Sal. Armon. ana ℥ iv. Digerantur, absque calore, 6. dies in vitro clauso. Postea filtretur Tinctura, vel decantetur a fœcibus, per colum.

Et ante, & post paroxysmum propinata, atque prope Novilunium, & Plenilunium repetita, Epilepsiam, & Passionem Hystaricam, integre, & miraculi instar; eradicat. Dosis a ℈ j. ad ʒ j. in Aq. Ceras. nig. Fl. Tiliæ, vel Julap. Cephalico. Ita Communicator.

*Tiuct. Gentianæ.*

♃ Rad. Gent. incis. ℥ ij. Vini Canar. ℔ ij. Digere tres dies.

Stomachica, Anticolica, Anthelmintgica, Antiapoplectica, & Febrifuga est; atque contra morsum Canis rabidi expertam esse, dicitur.

Dos. ℥ iij. bis in die.

*Tinct. Hysterica.*

♃ Laud. liq. Sydenham. Tinct. Castor. ana ℥ ß. Assæ fœt. ʒ ij. m. Diger. & f. Tinct. s. a.

Dos. xx. ad xxx.

*Tinct. Japonica.*

♃ Terr. Japon. pulv. ℥ j. Cort. Peruv. pulv. ℥ ß. Fl. Balaust. ʒ ij. Cort. Granat. ʒ j. Caryodh. Coccinel. ana ʒ ß. Spir. Vini rect. ℔ ß. Aq. Cinnam. ℥ iv. m. f. Digestio sepida, & clausa s. a.

*Tinct. Gum. Laccæ.*

♃ Pul. Gum. Lacc. ℥ ß. Alum. usti ℥ j. Spir. Cochlear. ultimo extillantts ℥ viij. Phiala arcte inclusa digerantur, donec Tioctura satis rubicunda appareat, quæ leniter effundatur.

Ad Gingivas, Scorbuto corruptas, singulare.

*Tinct. Odontalgica.*

♃ Rad. Pytethr. ℥ ß. Herb. Nicol. sicc. Flor. Bal aust. ana ʒ. Caryoph. ʒ j. ß. Pig. nig. Camph. ℈ ß. Aq. Regin. Hungar. ℔ ß Aceti ℥ ij. f. Tinct. col. adde Laud. liq. (sine Tart.) ʒ ij. m.

Usurpari potest, una cum Decocto Sabinæ, cavendo, ne deglutiatur.

*Tinct. Pectoralis.*

℞ Liquidambari, Styrac. liq. Bals. Peruv. Terebints Venet. ana ʒ ij. Aq. Calc. viv. ℔ ij. Ad medietatem evaporetur; deinde liquor filtratus ad Meilaginem coquatur: cui Tinct. Sal. Tart. ℔ ß. affundatur: & ad Tincturæ extractionem digeratur.

Ad Pulmones exonerandos; sanandos, & roborandos.

Dos. gutt. xx. ad xxx. cum haustu appropriato.

*Tinct. Purgaus.*

℞ Sennæ ℥ iij. Rhab. ℥ j. Scammon. ℈ iv. Spir. Vini Gall. ℔ iv. digere. Dos. ℥ ij. ad iv.

*Tinct. Purgans Cephalica.*

℞ Sennæ ℥ j. ß. Rhab. Agar. Spec. Hieræ Pic. ana ℈ iij. Vini albi ℔ j. Macera.

Egregie profecisse novi ad Cephalalgiam, & Vertiginem, a Stomachi cruditate inductam. Dentur cochl. iij. vesperi, & iv. mane proximo; alternis, vel tertiis diebus, cum levi regimiue.

*Tinct. Rhabarbari semplex.*

℞ Rhabar. incisi ℥ ij. Spir. Vini Gal. ℔ ij. Infunde in frigido. Ad Colicam, expertissimum, & optimum. Dos. ʒ iij. vel ℥ iv.

*Tinctura Stomachica.*

℞ Cinnam. ʒ ij. Mac. Nuc. Mosc. ana ʒ j. ß. Caryoph. gr. 45. Gran. Paral. ℈ j. Flaved. Dort. Aurant. recent. ʒ j. Croci ℈ ij. Coccinel. gr. xv. Tinct. Sal. Tart. ℥ xij. Digere s. a.

*Trochisci Apoplectici.*

℞ Ambr. gris. ʒ ß. Ol. Rorism. Cinnam. Nuc. Mosc. ana gutt. ij. Ol. Caryoph. Anisi, ana gutt. j. Spir. Lavend. comp. ℈ iv. Sacch. alb. ℥ iv. Mucilag. Gum. Tragac. q. s. f. Trochisci drachmales, quorum uno vescatur Patiens, ad libitum, præsertim mane, & vesp.

*Trochisci Balsamici.*

℞ Sang. Drac. ( in guttulis ) ℈ ij. Flor. Benzo. gr. xej. Dals. Gilead. gutt. xij. Sacch. alb. ℥ iv. Mucil. Gum. Tragac. q. s. f. Troch. pro Phtisicis.

*Trochisci Catharrhales.*

℞ Succi Glycyrrh. ℥ ij. Sacch. alb ʒ iv. Opii. ʒ j. Mu-

Mucilag. Gum. Troch. s. f. Trochh. s. a Drachma℥j. continet unum circiter granum Opii.

*Trochisci Cephalici.*

♃ Pul. de Gutteta, Cinnab. Antimon. ana ℈ ij. Ol. Rorismar. Nnc. Mosc. ana gutt. ij. Sacch. albi ʒ ij. Mucil. Gum. Tragae. q. s. f. Troch. s. a.

Ad Cephalalgim idiopathicam, Vertiginem; Epilepsiam, & affectus Convulsivos.

*Trochisci Hæmoptoici.*

♃ Terr. Japon. ʒ ij. Croc. Mart. astring. ʒ j. Sacch. Saturn, Sang. Drac. ana ʒ ß. Sacch. alb. ℥ iv. Mucilag. Gum. Trac. q. s. m. f. Troch.

*Trochisci Moschati.*

♃ Mosch. gr. vj. Ambr. gris. gr. iv. Sacchari albi ℈ ß. Omnia super marmor ferantur, cum Spir. Rosar. gutt. x. deinde adde Rad. Ireos Florent. ℈ iv. Amyli ℥ ij. Sacch. ℥ iv. Mucil. Gum. Tragac. q. s. f. Troch.

*Troch. Paralytici.*

♃ Sachar. alb. ℥ j. Sp. Lavend. comp. gutt. 60. Ol. Rorismar. gutt. iv. Mucilag. Gum. Tragac. q. s. f. Trcch. parvi.

*Troch. Pectorale.*

♃ Rad. Ireos. Flor. Glycyrrh. Enulæ ana ʒ ß. Flor. Sulph. ℈ j. Flor. Benzo. ℈ ß. Ol. Succini gutt. ij. Ol. Anisi gutt. iv. Sacch. alb. ℥ iv. Mucil. Gum. Tragac. q. s. f. Troch. Præstantissimi.

*Troch. Pectorales nigri.*

♃ Sacch. albi ℔ j. Succi Glycyrrh. Hispan. ℥ iv. Bals. Sulph. Anisati ʒ j. Cum Mucilagine Gumm. Cragac. Aq. Fœnic. extracta f. Troch. pares, & rotundi.

*Troch. Peruviani.*

♃ Pul. subtil. Cort. Peruv. ℥ j. ß. Bals. Copaiv. ʒ ij. Sacch. Ros. ( Aq. Absint. solut. ) ℥ viij. Cum Mucilag. Gum. Tragac. f. Drochisci drachmales.

Febres Hecticas, Dusses Phthisicas, Dyspnœam, & reliquorum ejusmodi Symptomatum satellitium superant, ( inquit Communicator ) præmissa venæ sectione; si opus fuerit.

Patiens vescatur uno, quater in die, superbibatque ℥ iv. Decocti Pectoralis.

*Trochisci Phthisici.*

♃ Succini, Myrrhæ, ana ʒ j. Styr. Calam. Benzo. Sul.

Sulph. vivi, Auripigm. ana ʒ j. Cum solut. Tragac. s. Troch. pro suffitu.

*Troch. Stomachici.*

℞ Pul. Rad. Angel. Hisp. Sang. Drac. ana ʒ j. Ol. Cinnam. Nuc. Wosch. Caryoph. ana gutt. Ol. Ment. Absint. ana gutt. j. Sacco. ℥ iv. Aq. Namphæ q. s. Cum Mucil. Gum. Tragac. f. Troch.

*Trochisci e Tamarindis.*

℞ Tamarind.( ope Mucilag. Tragac. tenuis dissol. & per setaceum traject. ) ℥ j. Succ. Glycyrr. Hispan. pariter in eadem Mucilagine solut. ʒ ij. m. & f. Troch. qui in lamellas tenues rotundas, instar rotularum, obserendis Epistolis confectarum, ( Anglice *Wafers*) concinnentur; & in furno siccentur.

Expetibiles, & Utiles sunt, ad Sitim fallendam in Febribus.

*Vapor ad Anginam.*

℞ Piperis pulv. ℥ j. Lactis ℔ ij. Coq. ad ℔ j. ß. dein ponatur in lagena stricti orificii, & vapor calidissimus, ore hianti, excipiantur.

Remedium hoc, facile parabile, Pituitam lentam Glandulas, & carnem spongiosam obstruentem; Sanguinis, & humorum impedientem; exindeque inflammationem, tumoremque inducentem, potentius, quam quævis Gargarismata, attenuat, liquat, educit; atque ita periculosum Affectum efficacius solvit.

*Vapor Auricularis.*

℞ Rad. Helleb. albi, & nigri ana ℥ j. Bacc. Junip. Lauri, ana ʒ vj. Sem. Cymini ℥ ß. Herb. Rutæ, Absint. Flor. Chamæm. ana M. j. Aq. font. ℔ iij. Aceti ℔ j. ß. Coq. ad ℔ iv. pro Vapore.

Subtilis hic, & acerrimus Vapor, ad Dympanum usque penetrat; Cerumen, & Sordes fundit, & detergit; Aurisque tonum egregie firmat. Celeberrimus quidam Practicus, hoc, pro summo secreto, ad Surditatem tenuit, & mire decantavit.

*Vapor e Colocynthide.*

℞ Pomi Colocynth. ℥ ß. Summit. Sabinæ M. ij. Herb. Matricar. Puleg. ana M. j. Bacc. Lauri, Junip. ana ʒ j. coq. s. a. in Aq. font. ℔ v. ad iv. Cola; & usus tempore adde Spir. Sal. Armon. q. s. ad acrem exhalationem.

Ad menses evocandos, hujus vapor. fervidus accipiatur per Infundibulum, in sella perforata, indique clausa: &, cum defervet, uterum calefiat, injiciendo Sllices ignitos, & spiritum salis Armoniaci.

Spiritus salis Armoniaci, artificiose a Rhumelio, & Glaubero, per Instrumentum quoddam ligneum, superiori parte perforatum, in Menstruorum Obstructione Fœminis cum successu adhibetur. Sed aliud (inquit Eimullerus Tom. 2. pag. 1589.) adhuc prostat Instrumentum efficacius longe; sc. Phiala odlongi, & tenuis colli, cujus capitulo, spiritus salis Armoniaci infunditur; hinc, collo linteis obvoluto, & Vaginæ Uteri intruso, capitulum phialæ lenioris ignis carbonibus (vel Arenæ calefactæ) imponatur, ut incalescat, & spiritus, atque sal volatile exitum quærat, & penetret. Halitus enim ascendentes, resolvendo, Incidendo, Corrigendo, ac demum Educendo humores noxios, ibidem stabulantes, vel contentos, optime operabuntur. Et profecto hac ratione respondebit Eventus, spe felicior.

*Vapor Emmenagogus.*

℞ Scoriarum reguli Antimonii pulv. ℥ iv. coq. in Lixivii cinerum saturati q. s. ut extrahatur rubedo. Col. ℥ iv. admisce Vini Malvatiti ℥ j. vel potius Spir. Vini ℨ ß.

Hujus mixturæ, cochleare unum, alterumve, super silices ignitos affundatur, & patiens fumum ascendentem excipiat.

Hoc faciendum tamen justo tempore; & menses prosilient (inquit Hartmann, cujus hoc est Experimentum) prospero cum successu; potentius vero agitur, (ait Zvvelfes (si illa Uteri Vaginæ syringa injicatur.

*Vapor Hæmorrhoidalis.*

℞ Her. Verbasci, & Hyoscyami ana M.iv.coq.in Aq.℔ viij. ad ℔ vj. Vapor calidus per sellam perforatam accipiatur.

Ad Hæmorrhoides tumentes dissolvendas, & dolentes demulcendas, optatissimum remedium.

*Vapor Pectoralis.*

℞ Bals. Dolut. Gum. Benzo. ana ℨ ij. Herb. Hyssopi, Puleg. ana M. j. Sem. Anisi ℨ ß. coq. in Lact. ℔ iij. ad ℔ ij. tandem adde Spir. Sal. Armon. ℨ ij. m.

Hujus. Decoct. efferventis Vapor, per foramen chartæ,

in

in conum convolutæ, in Pulmones hauriatur; atque mane, & vesperi, per horæ quadrantem, adhibeatur.

Quamvis aspera arteria nullos admittat liquores; ( ut sub titulo Lohoch. Hali dictum ) sine reluctatione tamen vaporibus concedit, ut immediate, & integre, in Pulmonum tubulos, & vesiculas, sese insinuent. Hoc remedium, Phthisicis multifariam prodesse solet; namque, ob calore confortativum, & digerentem partium tonum, reficit, cruditatesque maturat; ob vim incidentem, & irritantem; saburram viscidam attenuat excutitque; denique, ob qualitatem balsamicam, & sanativam, dispositionem putredinalem corrigit; vasorumque rupturas resarcit.

*Vapor ad Urinam ciendam.*

℞ Rad. Raph. sylv. contus ℥ viij. coq. clause in MB. in Cerevis. fort. ℔ iv. Vaporque ejus calidus, accipiatur per sellam perforatam.

Quando si Iichuria propter dolorem calculosum, fibras carneas Vesicæ, vel rigide constringentem, vel Paralytice ralaxantem; hujusmodi vapor acris Urinæ emissionem egregie promovet. Spasmum enim solvendo, spiritusque suscitando, efficit, ut Fibræ dictæ ad necessarium opus Compressionis sese iterum accingant. Quando autem supprimitur Urina, propter calculum os Urethræ opplentem, & meatum obstruentem; parum tunc, aut nihil juvaminis, ab eo expectare licet.

*Vinum Amarum.*

℞ Vini albi ℔ ij. Spir. Vini ℥ iv. Rad. Gent. ℈ iv. Sum. Car. Cen. min. Flor. Cham. ana ℈ viij. Cort. exter. flav. Aurant. recent. ʒ ij. Mac. Nuc. Mosc. Cary. Coccinel. ana ℈ ij. Macera duos dies, & cola. Vide Infusum Amarum.

*Vinum Amar. Catharticum.*

℞ Vini amari ℔ j. Sennæ ℥ j. Rhab. ʒ ij. f. Infusio, & col. Dos. cochl. v. vj. vij.

*Vinum Amar. Chalybeatum.*

℞ Vini amari, & Chalybeati, ana ℔ j. m.

*Vinum Cathrticum.*

℞ Sennæ ℥ ij. Tart. albi ℈ viij. Vini albi ℔ ij. Spir. Vini Gall. ℥ iv. Frigida, triduanamque, facta maceratione, eliciatur tinctura. Vel

Vel post per se exhiberi ad ℥ iv. vel ex eo parari possunt extemporaneæ Potiones purgantes, addendo sc. Ol. Anisi gutt. j. Syr. Ros. Scammon. præp. &c. pro re nata.

*Vinum Chalybeatum.*

℞ Lim. Chal. ℥ ij. Succi Aur. acid. N. viij. ( vel potius ℥ iv.) Stent simul 24. horas: dein adde vini albi ℔ iv. Cinnam. ℥ ß Caryoph. ʒ ij. Mac. ℈ iv. Stent tepide 4 dies.

Quidquid virtutis Calybs potest vino impertire, hoc integre possidet. Aliqui, quoniam Chalibis usum volunt esse primarium, ut acida destruat, vehementer nolunt, eum cum acido preparari. Si vero Hypothesi suæ minus inservirent; & Experientiam magis consulerent; certo discernet, clavem acidam, præ aliis omnibus, ad Fersum reserandum, aptam esse. De viribus autem Chalybis, consulatur Pulvis Chalybeatus. Hoc tamen adjiciam, quod si Fermentum Ventriculi depravatum corrigere prima esset mihi intentio; Electuario, vel pulvere uterer: sin vero sanguinem ipsum, & Corporis habitum præcipue respicerem, tunc vinum libentius eligerem. Dos. ℥ iij. bis quotidie.

*Vinum Diureticum.*

℞ Vini albi ℔ ij. Sal. Absint. ʒ ij. m.

Nemini non totum est remedium ad Hydropem, ex Cyneribus Absinthii, aut Genistæ ℔ ß. & vini albi ℔ ij. ß. paratum: Cum vero Vinum illud nil possit ex Cineribus extrahere: præter salem fixum: liquido paret, hoc idem esse remedium ex tempore partum. Præter Hydropem; valet etiam ad Nauseam, Vomitum, & Febres Intermittentes. Cos. ℥ iv. vel ℥ vi. bis in die.

*Vinum Enulatum.*

℞ Rad. Enulæ virid. Sacch. alb. Uvar. Corinth. incis. ana ℥ iv. Vini albi ℔ iv. Infunde irigide.

Pulmones exonerat; Stomachum; Verme nacat; Obstructiones amovet; sanguinem depurat. Dos. ℥ iij. bis in die.

1. *Vinum Hydropicum.*

℞ Cort. Ebuli, Rad. Irid. Flor. ana ℥ ij. Cort. inter Alui nigræ bacciferæ exsic. ℥ j. ß. Rad. Enulæ Cam. Scil. ana ℥ ß. Bacc. Junip. ℥ ij. ß. Rad. Jalap. ℥ ß. Hel. nig. ʒ ij. Fol. Sennæ ℥ ij. Sal Absi. ℈ iv. Vini albi ℔ iv Dige-

gerantur frigide per aliquot dies, deinde filtretur liquor.

Vinum plane excelleas existit contra Hydropem Anasarcham; nam Lympham viscosam, in partium notis, vel circa Valvulas lymphaticas hærentem; inundationes causantem, & rupturam Vasorum minantem, incidit, attenuat: & postea per Regnum Catarrhactar præcipiat; necnon per sedes avacuat.

In sectione aliquorum, ex Hydrope mortiorum, vidimus, primo intuitu, Hepar, & Lienem, candidissima in superficie; quoniam Pituita alba incrassata, albumen ovi coctum repræsentans, undequaque hæc duo Tiscera cingebat. Panaroli, Petecost. 4. Obs. 20. pag. 123.

2. *Vinum Hydropicum.*

♃ Rad. Irid. Flor. ℥ ij. Enulæ, Scil. ana ℥ ß. Cor. Sam. Ebuli, ana ℥ j. Cor. VVin. ʒ i. Sennæ ℥ ij. Helleb. nig. Agar. Jalap. ana ʒ ij. Vini albi ℔ iv. Infunde frigide.

Præstantissimum, & millies expertum est Pharmacum. Colluviem quippe galantinosam, in Corporis habitu stagnantem; indeque circulationis usum per tubulos abrumpentem, & limphæ suffusioni occasionem præbentem, attenuat, exturbat, & circulanti sanguini primo reddit; posteaque per secessum, & urinam, foras eliminat. Dos. ℥ iv. mane.

*Vinum Ictericum.*

♃ Rad. Cur. ℥ ij. Croci ℈ ij. Coccinel. iv. Millep. N. 320. Vin. Canar. ℔ ij. ß. Infunde frigide.

Iisdem viribus insignitur, ac Denoct. Icter. & Elect. de Curcuma. Dos. ℥ iv. bis in die.

*Vinum Mirabile.*

♃ Vini Canar. (vel. potius Vini Xerani) ℔ ij. Aq. Cinnam. fort. ℥ iv. Caryoph. Mac. Nuc. Mosch. Cubeb. Cardamomi, Galangæ, Coccinel. Croci, ana ʒ j. Digere.

*Vinum Pectorale.*

♃ Succ. Clycyrrh. Hisp. ʒ j. Croci ℈ j. Sem. Corian. Casui, Anis., ana ʒ ij. Sal. Tart. ℥ ß. Aq. Puleg. Hyssopi, ana ʒ iv. Vini Canar. ℔ ij Digere frigide.

Tincturæ Dulci est affine: magis vero incidit; & potentius expecturat. Detur ℥ ij. quater, vel sæpius in die.

*Vinum Scorbuticum.*

♃ Herb.

℞ Herb. Coch. hort. integr. M. ij. Rap. sylv. ras. ℥. ℥ Cort. VVint. ʒ ij. Vini albi, Aq. Ari, ana ℔ j. Stent frigide. Titulus vires monstrat. Vid. Cerev. Scorb. Calid. Propinari possunt ℥ iij. bis in die, cum haustulo Cerevisiæ.

*Vinum Stomachicum.*

℞ Caryo. Galangæ, Gub. Mac. Nuc. Mosc. Croci, ana ʒ j. Coccin. ʒ ß. Vini Canar. ℔ iij. Fiat infusio frigida. Ad Jmbecillitatem, Cruditatem, Ructus, Appetitus prostationem, Coctionis vitium, & quoscunque frigidos Ventriculi Affectus, detur haustulus, ante, & post Pastum.

*Ung. Aloeticum.*

℞ Aloes pul. ʒ ij. Scam. Troch. Alhand. ana ʒ ß. Fel. Tauri ʒ j. Butyri q. s. m. f. Ung. Puerorum Umbilico adhibeatur, ad Vermes. Nescio, an illud Riverii (cap. de Hydrope) Experientiæ fundamento innitatur, necne, scribentis, Unguenta, ex validioribus Purgantibus comparata, dericulosa esse; inserta enim musculis, & membranis, vis purgatoria lethale sæpe alvi profluvium ciet.

*Ung. Aperitivum.*

℞ Ol. Lil. alb. Tamari. ana ℥ ij. Succi Rad. Bryoniæ albæ, Apii, ana ℥j. Bulliant ad succorum consumptionem, addendo Unh. Dsalth. & Butyri, insulsi, ana ℥ j. Gum. Ammon. col. ℥ ß. Ceræ q. s. m. f. Ung. s. a.

Omnis Tumor fit propter Obstructionem alicubi jactam, quæ humorum influentium cursui obicem ponens, inundationem concitat. Aperientia ergo talia esse debent, quæ, propter particularum subtilitatem, calorisque gradum parti consentaneum, istiusmodi concretiones dissolvant; Fibras rigidas lubricent; Interstitia, & meatus internos deoppilent; Cutim tensam relaxent, Porosque cunstrictos patefaciant; indeque fiet: ut, Sanguine perfluente in rivum suum, crassius liquamen resorbente, Porisque partulis, per Diaphoresin liquidiorem partem amantibus, debitus rerum status denuo restituantur.

Communis fert Authorum Opinio, Pinguia poros obstruere; Transpirationem inhibere; & Vapores in parte affecta retinere. Hujus autem contrarium, (ni multum fallor) est verum; namque pro modo, quo Fi-

arillæ

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real

brillæ ( Cutis tamgmæn constituentes ) vel contrahuntur, vel relaxantur, Transpiratio impeditur, aut promovetur. Et quando, ob Tumorem dolentem, tensæ sunt illæ, rigidæ, aut constrictæ; tunc poros occludunt, nilque transpirare permittunt. Cum autem, ob lene fovens Oleum fibricæ, & relaxatæ denuo redduntur; poros iterum restituunt, & Diaphoresin facilitant.

Insigniter valet hoc Unguentum ad Tumorem Tensivum ( non autem Aquosum, Glandulosum, & Scirrosum ) Hepatis. Lienis, & Abdnmiuis.

*Ung. ad Atrophiam.*

♃ Pinpued. Human. ℥ j. Ol. Lauri ℥ ß. Pip. alb. ʒ ß. Euphorb. ℈ j. Alum. plumosi ( Spiritu Vini dissoluti ) ℥ ß. Ol. Junip. Petrol. ana ʒ j. m.

Videatur Linim. Ætii, apud Riverium, Prax. Lib. 17. c. 1. p. 540. Quotidie fricetur membrum, donec subescat, ac intumescat; & tunc cessandum, inquit communicator.

*Ung. de Billis.*

♃ Ung. alb. ℥ ß. Cam. ( aliquibus guttis. Ol. Amy. lol.) & Flor. Sulp. ana gr. xxiv. Flor. Benzo. gr. xij. Aq. Regin. Hun. gutt. L. Ol. Rhodii gutt. viij. Al. Caryo. gutt. iv. m. f. Ung. Ad Pustulas, & Faciei deturpamina perutile.

*Ung. de Bismuth.*

♃ Ol Amygd. dulc. ℥ ij. Sperm. Ceti ʒ iij. Magister. de Bismuth. ʒ j. m. f. Ung.

Ad ruborem faciei Variolosum delendum.

*Ung. ad Calculum.*

♃ Ung. alth. ʒ j. Ol Tereb. ℈ ij. Ol. Anisi ℈ j. m.

Eo inungatur regio pubis, & Perinæi, in gravi paroxysmo calculoso, ad partes ( propter cruciatum ) vacilantes confortandas, earumque tensionem dolorificam relaxandam.

*Ung. ad Contracturas ℥ iij.*

♃ Ung. Nervi ℥ j. Ol. e ped. Bov. Ol. Lumbric. Medullæ crur. Bov. ana ℥ ß. Terebint. ʒ ij. Styr. liq. Sper. Ceti ana ʒ j. Ol. Anisi gutt. xij. m. f. Ung.

Quando membrum, Paralysi affectum, extenuari, infrigidari, motu privari, & contrahi incipit; in difficilis hoc casu, hujusmodi remedium, cum valida frictione adhibi-

tum,

tum, nonnunquam juvare potest. Namque, ob particulas lenes, & oleosas, emollit, & relaxat fibras carneas arefactas, & contractas: obque particulas balsamicas, & aromaticas, calefacit & roborat fibras nerveas torpidas, & vacilantes: Hisque, cum accedit etiam valida frictio; exinde sperandum erit, ut sanguinis, & spirituum influxus liberior eo eliciatur; calorque naturalis, tonus, & Nutrimentum, Parti denuo restituantur.

*Ung. Cordiale.*

℞ Ung. e flor. Aurant. Ol. Palmæ ana ʒ ij. Bals. Apopl. Ol. Cinnam. Caryo. Nuc. Mosc. ana gutt. iv. m.

*Ung. Crinificum.*

℞ Cinerum Apud, Sterc. Mur. ana ʒ. ß. Bals. Peruv. ʒ ij. Mellis q. s. m. f. Ung.

Sinciput fere solum fit calvum, inquit Aristoteles. Nam inter Cutim, & Cranium, & Sincipite, non mediant musculi, aut Pinguedo, sicut in Occipite. Ideo tibi, Cute quasi testacea, reddita, Capilli dicidunt.

*Ung. Dissipans.*

℞ Ung. Dialth. ℥ j. Gum. Ammon. ʒ j. ß. Mercurii crudi ʒ ß. Ol. Absint. chæm. gutt. iv. m.

*Ung. ad Erysipelas.*

℞ Succi fol. Samb. Ol. Lini ana ℥ ij. coq. ad succi consump. dein adde Pul. Litharg. q. s. m.

*Ung. Frontale.*

℞ Ung. de Alab. ʒ j. ß. Ol. Mac. expres. ℈ j. Opii (solut. Aq. Ros. ℈ ß. m. Vide Epith. Frontale.

*Ung. Hæmorrhoidale.*

℞ Ung. Popul. ℥ j. Ol. Succini ʒ ij. m.
Ad Hæmnrrhoidas, & dolentes.

*Ung. ad Lac. Repellendum.*

℞ Alum. pulv. ℥ ß. Butyri ℥ ij. Ceıæ ʒ ij. m. s. a.

*Ung. Pectorale.*

℞ Ceræ flavæ ʒ vj. Sper. Ceti Ol. Mac. expr. ana ʒ ij. Ol. Amy. dulc. ℥ iij. Ol. Nuc. Mosch. gutt. xvj. Ol. Caryop. gutt. vij. m.
Elegantissimum est, & iisdem pollet viribus, ac Emq. Pect.
Circa Oleorum Chemicorum externum usum, hoc communiter observandum, ut non sola usurpentur; sed cum

Cera.

Cera, & Pinguibus misceatur, ut Cuti tenacius adhæreant: sola enim adhibita, facile dissipantur, & in auras evaporant.

*Ung. Pleuriticum.*

♃ Ung. Dialth. Ol. Lini ℥ ß. Ol. Cymin ʒ ß. Cam. ℈ ß. Spir. Sal Armon. ʒ j. ß. m.

In Tumoribus inflammatoriis datur congestio Lymphæ gelatinosæ, quæ, vascula comprimendo, Sanguini a tergo appetenti obstructionem ponit, eumque extravasari cogit: exindeque fibræ carneæ ( quasi cuneis adactis ) e loco invicem detrusæ, confpso ordine intricatæ; & supra tonum tensæ, Doloris sensum periunt. Jam vero ad hujus mali amolitionem, duo veniunt præcipue agenda. Primo, Gelatinosa ista concretio, est ( Volatilium ope ( adeo dissolvenda, & eliquanda, ut facile in Eenas denuo remandatur. Secundo, Fibræ ipsæ ( Oleosorum ope ( demulcendæ, & glabræ reddendæ. Ita enim Sanguinis motu pulsifico jugiter protrudenta, facillime in naturales, & directas acies iterum explicantur; circulatio per partem debita redintegratur; humor congestus ressorbetur; & affectus consequenter solvitur.

Multo usu compertum est, Spirituosa, Unctuosis admista, longe potentius, & efficacius mederi doloribus, quam per se sola usurpata.

*Ung. Podagricum.*

♃ Sapon. nigr. ℥ iv. Pistelæi Indici, Mellis liquidi, ana ℥ j. ß. Alb. Ovi N. j. m.

De modo, quo Antipodagrica operantur, vid. Empl. Arthrit. & Fol. Podagr. Hoc sæpe juvamen attulit. Super petiam extendatur, partique laboranti applicetur.

*Ung. Puerperarum.*

♃ Butyri Gelsemini, Ung. e Florib. Aurant. ana ℥ j. ß. Ol. Amygd. dulc. ʒ vj. Sperm. Ceti ʒ ji. m.

Ad Rugas Ventris, post Partum,

*Ung. refrigerans.*

♃ Sacch. Saturni ʒ iij. Solv. Aq. Sperm. Rosar. ʒ vj. Ung. Rcsat. ℥ iij. m. s. a.

Pro Dorsi Dolore, Æstu, & Pruritu.

*Ung. Renale.*

♃ Ung. Popul. ℥ j. ß. Ol. Scorp. Succi Limon. ana

ʒ ß.

℥ ß. Opii ℈ j. Camph. ℈ ß. m. f. Ung. ad Dolores Nephriticos levandos.

*Ung. Salino Volatile.*

℞ Sap. Venet. ras. ℥ ij. Ol. Castor. Spir. Vini, Cam. ana ʒ iij. Ol. Junip. ʒ j. Spirt. Sal. Armon. ʒ ij. m.

Ad Dolores Arthriticos, Rheumaticos, &c.

*Ung. Saponaceum.*

℞ Sapon. Castill. ℥ j. ß. Ol. Tart. per deliq. ℥ j. Ter. Cimol. ʒ iij. Rad. Helleb. alb. & nig. ana ʒ j. ß. Ung. Samb. ℥ ij. m. f. Ung.

Ad Faciei, Cutisque Maculas, Pustulas, Scabiem, & quassumque fœditates.

*Ung. Splenchnicum.*

℞ Ung. Dialth. ℥ ij. Gum. Ammon. col. ʒ ß. Ol. Jun. gutt. xx. m. s. a.

Crassos, lentosque humores, alicubi congestes, optime attenuat, & dissolvit; atque ad Abdominis, & Hypocondriorum Tumores apprime convenit.

*Ung. Splenaticum.*

℞ Gum. Ammon. col. ℥ ß. Labd. Bals. Peruv. ana ℥ ij. Adip. Gall. ℥ j. Ol. Ros. ℥ iv. Succi Cicutæ ℥ .ij. Coq. ad succi consumptionem. Ad eosdem usus, cum superiori; sed vid. Ung. Aperitiv.

*Ung. Stomachicum.*

℞ Terebint. Ven. Spir. Sal. Armon. ana ʒ j. Ceræ Ol. Junip. ana ʒ ij. Ol. Carryoph. ℥ j. Ol. Ment. ℈ ij. Ol. Absint. ℈ j. m. a. & f. Unguentum elegans & nobile.

# INDEX

## *Morborum, & Rerum præcipuarum.*

A


Contra Abortum, Externa, — Empl. Dorſale ( Gravidar. ( E Punic. ( Fot. Aſtring. ( F. Stomach.

Contra Abortum, Interna. — Elec. contra Abort. ( Infus. Ros. ( Miſt. Aur. ( M. Conſol. ( Ful. contra Abort. ( P, Gravidar.

Contra Abortum Intentiones. — Elec. contra Abort. ( Miſt. Conſol. ( Pul. Gravid.

Abſinthium vulgare non eſſe ſubſtituendum Romano. — Elec. Hydr.

Acetum coctum eſſe Aceti diſtillati. — Miſt. ad Concretiones.

Acida ad Diarrhœam. — Pul. Tart.

Acida ad totalem Urinæ ſuppreſſionem, — Miſt. ad Concret.

Acida quando vitanda. — Julap. Acido dulce ( J. Diuret. acid. ( J. Refrig. ( Syr. Diuret.

Acidum Corrigentia, — Elect. Cretac. ( Juſc. Concr. ( Pul. Cardialg. ( P. Edulc. ( P. Perlat.

De Acido Humano. — Pul. Edulc.

Ægyptiacum Cancrosis adverſari. — Miſt. ad Oris Ulc.

De Acido, & Alcali. — Pul. Edulc.

Alcalo raro prodeſſe Adultis. — Pul. Edulc.

Alexipharmaca. — Bol. Sudorif. ( Dec. Antiloim. ( D. Fracast. 2. ( D. Sacr. ( Hauſt Alexiph, ( H. Amar. ( Julap. Alexiter. Lap. Alexit. ( Pil. Camph. ( P. e Coccin, ( Pul. Alexiph. ( P. Angel. ( P. Bezoart. ( P. Contray. ( P. Epidem ( P. Theriacal. ( Syr. Theriacal. ( Syr. Theriac. ( Tinct. Alexiph. — Diaph. ad Feb. Malig,

Alexipharmaca e multis conflari. — Pul. Alexiph.

Allii vires mirabiles. — Loh. de Allio.

Alterantia cum Alimentis. — Cerev. ad Cancrum.

Alvi Flux. V. Diarrh.

Alvi aſtrictio, — V. Laxantia.

Amara. — Bol. Sudor. ( Cerev, Amar. arom. ( Dec. amar. arom. ( D. Bard. ( D. Chamæp. ( D. Febr. amar. ( D. F. Magiſt. ( D. Jugland. 2. ( D. ad Scroph. ( D. Triſol. ( Elec. Peruv. ( Elix. Stom. ( Æauſt, Amar. ( H. Peruv. ( Infus. amar. 2. ( J. Arthrit. ( J. Chamæm. ( J. Colic, ( Miſt. Peruv. ( Pil. Alexit. ( P, Arthrit. ( P. Diaphoret. ( Febrif. ( P. Gent. ( Pul. Arthrir. ( Pul. Stom. amar. ( Tinct. Alexit. ( T. Gent. ( V. Amar. ( V. Enul.

Amara dulcorari Acidis, — Jul. Acido dulce.

Amara dulcorar. Lixivioſis. — Miſt. de Bolo.

Ad Ambuſtiones. — Catapl. ſambuc. ( Fort. Sambuc ( Lotio de Ceruſſa ( Sp. Vini Camph. ( Ung. ad Eryſip. ( V. Refrig.

Amygdal. Tumor. & Inflam. — V. Uvula Relax.

Analeptica. — Caud. Cord. ( C Reſtaur. 2. ( Cib. alb. ( Dec. Phthis. ( Elect. Analept. 2. ( E de Satyrio ( El. Nutriens ( Gelat. Aualept. ( Hauſt. Lact. ( Juſc. Cancror. ( J. Conſum. ( J. Galli ( J. Phithis.

Analepticorum Ratio. — Aq. Limac. Scorb. ( Dec. Phthis. ( Juſc. canc. ( J. Conſumm.

Contra Anginam. — Catap. Angin. ( C de Caſſia ( C. de Iride ( Elect. Apophl. ( Empl. Angin. ( E. Epiſpaſt. ( E. Pleurit. ( Garg. Angin. ( G. ad Pituit. ( Vapor. ad Angin. „ V. Uvulæ Relax.

Contra Anginam Intentiones. — Catap. Angin. ( Garg. Angin. ( G. ad Pituit. ( Vap. Ad Ang

In Angina Repellentia mala. — Catapl. Angin.

Ad Ani procid. — V. Procid. Ani.

Animi deliq. — V. Syncope,

Anodyna Externa. — Catapl. Papaver. ( Emplast. Anod. ( Epithr Alcod. ( E. Front.

Front. Laſt. ( Fot. Anod. ( F. ad Inflam. ( F. Lateral. F. pacific. ( Linim. Somnif. ( Tinct. Opontalg. ( Ung. Frontal.
Anodyn, Ext. Ratio. — Empl. Anod. ( Fot. Anod. ( Fot. Later. ( F. Scorb.
Anodyna Interna. — V. Somnifera.
Anthelminthica. — V. contra Vermes.
Antimonialium incertam esse operationem. — Potio VVarvv.
Antimonium in Cerev. aceſcenti malum, — Cerv. ad Gancr.
De Antimonio Diaph. — Hauſt. Diaph. ( Potio VVarvv.
Aperientia. — Cerev. Aperit. ( C. Diur. ( C. ad Rachit. ( G. Scorb. artemp. ( Dec. Aperit. ( D. Depur. ( Diuret. ( D. Emmenag. ( D. Jugland. 2. ( D. ad Scrop. ( Ung. Aperit. — V. Chalyb- Ecphract. Emmenag. Icter. Splanch. Splenet. ad Obſtruct. —
Aperientium Ratio. — Dec. Splanc. ( Miſt. Ecphract. ( Ung. Aperit.
Aphrodyſiacum. — El. de Satyrio — V. Analentica.
Ad Aphthas. Dec. Malv. ( D. Rapar. ( Elect. ad Adhth. ( E. de Manna ( E Sanas ( Garg. com. ( C. Deterg. ( G. ad Ling andor. ( G. Refrig. ( G. de Vite ( Lit. ad Aphth. ( Loh. com. ( L. Olib. ( L. Mucil. ( L. Rub, ( L. Vitell, ( Paſta ad Aphth.
Apophlegmatica. — Elec. Apophleg. ( Errina omnia ( Garg. Paralit. ( G. ad Pituit. ( G. de Pyreth. ( G. Synap. ( Loh. Apoppleg. ( Maſticar. ( Pul. Soliv. mov. ( Vapor ad Angin.
Apophleg. Ratio. — Elect. Apophl. ( Garg. ad Pituit. ( Loh. Apophleg.
Apoplexia, — V. Cephal. Morb. Separ.
In Apoplexia Enemata eſſe reiteranda, — Enem. Apopl.
Ad Appetentiam. — Dec. Amar. Atom. ( Elixir Stomac. ( Infus. Amar. ( Julap. Prop. ( Miſt. Stom. ( Pul. Acid. ( P. Præp. Tart, ( P. Salin. 2. ( P. Tart. 2. ( Tinct. Stomach. ( Vin. Amar. ( V. Mirab. ( V. Stomach. — V. Carminat. Stomach.
Aquæ fontanæ Sal. Acidum ineſſe. — Emuls. CC.
Aq. font. Sal. Alcali ineſſe. — Aq. Junip.
Aquam Lactis non eſſe Aquam ſimplicem. Aq. Limin. Scorb.
Aq. Tambrigd. — Pil. Diuret.
Ad Arenulas. — Bol. de Caſſia ( Cerev. de Bacc. ( C. de Dauco ( C. Diuret. ( Dec. Alth. ( D. Diuret. 2. ( C. Incraſſ. ( D. Junip. ( D. Malvæ ( D. Nephrit. ( D. Urticæ 2. ( El. Nephrit. ( muls. Arab. ( E. Com. ( E. Diuret. ( Enema Anod. ( E. e 4. Ol. ( E. Sapon. ( E. Terebinth ( Hauſt. ad Aren. ( H. Diuret. 2. Hydrom. Diuret. ( Infus. Urticæ ( Julap. Diuret. 3. ( Miſt. ad Arenulas ( M. Diuret. ( M. Terebint. ( Pil. de Apib. ( P. Diur. 2. ( P. Nephrit. ( P. Salinæ ( P. e Tereb. ( F. Teſt. ( Pot. Purg. Nephri. ( Bulv. Aniſi comp. ( P. Diuret. 2. ( P. Filipend. ( P. Nephrit ( P. Nitros ( P. Tiling. ( Syr. Diuret. ( S. Incraſſ. ( S. de Malva ( P. Tinc. Canthar.
Ad Arenulas Externa- — Catapl. Papaver. ( C. de ſuccis ( Empl. Anodyn. ( E. Nephrit. ( Epit. Anod. ( E. de Sacc. Saturni ( Fot. Diuret. ( Vapor. ad Urin. ciend. ( Ung. ad Calc. ( U. Refrig. ( U. Renale.
Arthritica Externa. — Bals. Arthric. ( Emp. Arthrit. ( E. Carminat. ( E. Iſcgiad. ( E Pleurit. ( Epith. Sapon. ( Fot. Podagr. ( Ung. pleurit. ( U. Podagr. — V. Anodyna.
Arthrit. Extern. Ratio. — Empl. Arthr. ( Epith. Sapon. ( Fot. Podagr.
Arthritica Intern. — Aq. Millep. ( Cerev. Arthrit. Dec. Bard ( D. Chamæp. ( D. e Lignis ( Exp. Millep. ( Infus. Arrgrit. ( Inf. Zed. ( Miſt. Balſam. Nephrit. ( Pil. Artrhit. ( P. Sanctæ ( Pul. Arthrit. — V. Amara Chalyb. Scorbutica Somnifera. —
Arthriticorum Internorum Ratio. — Plin. Arthrit.
Arthritidem ad Pedes revocare. — Sinapiſm.
Aſcaridum indoles, ci curatio. — En Amar. ( E. dulce ( Fot. Amar.
Aſcitem exarcebari a Diureticis. Cerev. Hydrop.
Aſthmatica. — Aq. Millep. ( Dec. Expect. ( Emuls. Aſtmat. ( E. Brunneri ( Exp. Aſtmat. ( E. Millep. (Hydr. Arthm. (H. Joelis ( H. Simp. ( Loh. Aſthm. ( L. Viridi ( Miſt. Ammon. ( M. Aſth. ( M. Expect. 2. ( Oxym. Aſth. ( O. de Peto ( Pil. Aſthm. ( Expect. ( P. Smag. ( Syr. de Ammon. ( S. Aſthm. ( S. de Heſſen. ( S. de Myr. ( S. Nicot.

Aſthmaticorum Ratio — Miſt. Aſthmat.
In Aſthmate cavenda eſſe Calida, & Suffitus — Hydrom. Jocl. ( Suffit. ad Catarrh. ( S. Phthis.
Aſtringentia Externa — Catap. Vom Sed. ( Empl. Dorſale ( E. ad Hern. ( E. Stom. ( Fot. Aſtring. ( F. ad Hæmor. flux. ( F. Stomach. ( Rob. Acaciæ ( Saccul. Stomach. ( Tinct. Antiphth. ( Ung. ad Lac. repell.
Aſtringentium Extern. Ratio — Empl. Gravid. ( Fot. Aſtring.
Aſtringentia Interna — Cerev. Aſtring. ( Dec. Aſtring. ( D. Equiſeti ( D. Fracaſt. 2. ( D. Maſtich. ( Millefol. ( D. Quercin. ( D. Roſar. ( D. Siſtens Elect. Aſtr. ( E. de Cinnam. ( E. Corinth. ( E. Cretac. ( E. ad Hem. ( E. per Aſtr. ( E. de Rhab. ( Emuls. de CC. ( En. de Malicor. Expr. Roſ. ( Hauſt. Aſtring. ( H. Japon. ( Infus. Roſ. 2. ( I. Rub. ( Julap. Aſtr. ( Miſt. de Bolo ( Pil. Aſtr. ( P. Dicalcit. (P. Japon. ( P. de Rheo ( Potio de Rhab. ( Pul. Aſtr. ( P. Rhab. c. ( Rob Acaciæ ( Tinct. Antiphth. ( Japon. ( T. Thab.
Aſtringent Internorum Ratio — El. Aſtr. ( Hauſt. Aſtr.
Circa Aſtringentia Cautiones — Jul. Aſtr.
Aſtringentia Sputationem non inhibere — Garg. de Vite.
Aſtringentium Fumum non aſtringere — Suff. ad Ani P.
Ad Atrophiam — Sinapiſm. ( Ung ad Atropg. — Aualept. Scorbut.
Ad Aurium Morbos Regulæ — Miſt. Acuſt.
Ad Aurium dolorem & tinnitum — Bals. Mirab. ( Catapl. de Cymino. ( Miſt. Acuſt. ( M. Blateri ( Ol. Acuſt. ( Vapor. Auricul.
Auricularioram Ratio — Miſt. Acuſt. ( Vapor Auric.
Auribus Opium ſuſpectum — Catap. de Cymino.
Auribus nocere Sternutationem — Pul. Sternut.
Auripigmenti Fumus pro Phthiſicis — Petum Phthis. ( Suffit. Phth. ( Troch. Phthis.

B

Contra Balbutiem — Empl. Ceph. ( Lot. Ceph.
Balneorum Ratio — Baln.
Balſamica — Aq. Bals. ( Bol. Bals. ( Dec. Bals. ( D. Junip. r. ( D. Tolut. ( Elect. Bals. ( E. Lucatell. ( E. de Myr. ( E. San. ( E. Terebint. ( Emuls. Bals. ( Enema Bals. ( E. Tereb. ( Jul. Perl. Phthis. ( Loh. Bal. ( L. Lucat. ( L. Myrr. ( Miſt. Bals. ( M. Junip. ( Pil. Bals. ( P. Chalyb. Bals. ( P. Gilead. ( P. de Myrr. ( P. Tereb. ( P. Tolut. ( Pul. Bals. ( ( Syr. Bals. ( S. de Myr. ( Tinc. Bals. ( T. Pect. ( Troch. Bals. ( Troch Pect.
Balſamicorum Ratio — Loh. Lucatell. ( L. Myrr. ( L. Viride ( Pil. Gilead. ( Pul. Bals.
Balſami Copaivii vires — Miſt. Bals.
Bals. Peruv. vitell. ſolutum acrius fieri.
Bechica — Cerev. Pect. ( Dec. Cerev. ( D. Cynogi ( D. Rapar. ( El. Diaſulph. ( Extr. Pect. ( Hauſt. Bech. ( Hydrom. Pect. ( Inf. Hiſp. ( Jul. Pect. ( Loch. Enulat ( Miſt. Pect. ( Pil. Sulph. ( Pul. Pect. ( Syr. de Liquir. ( Tinct. Dulc. ( Troch. Pect. ( Vin. Pect.
B ilem Corrigentia — V. Acida. Refriger. ad Sitim.

D

Cachectica — Dec. Cachect. ( D. e Lignis ( D. Sanct. ( D. Sarſæ ( Oxym. purg. Pect. ( Pil. Cachect. ( P. Diacurc. ( P. Ecphr. ( Tinct. Gent. ( Vin. Enul. — V. Chalyb. Purg. len. Sang. fœcul. depur. Scorb. Splanch.

Ce-

Cachecticorum Ratio — Mist. Ecphract. ( Oxym. Pect. Purg. ( Pil. Cachect.
Calcis vivæ vires — Hydrom. Calc.
Ad Calculum Externa — Catapl. de Succis ( Empl. Anod. ( E. Nephrit. &c. — V. Ad Arenulas.
Ad Calc. Externorum Ratio — Fot. Diuret. ( Vap. ad Urinam.
Ad Calc. Interna — V. ad Arenulas. Carminat. Diuret. Somnif.
In Calculi paroxysmo Diuretica deberi mitia — Miſt. Oleosa.
In Calculo noxia eſſe Diuretica — Hauſt. ad Aren.
Calculosos uti debere medicamento quodam familiari — Dec. Paſſul.
Cancri fluviat. vires Jusc. Cancr. fluv.
Ad Cancrum — Aq Card ( Bals. Mirab. Cerev. ad Cancr. ( C. ad Scroph. Dec. ad Cancr. ( Expr. Millep. — V. Alexiph. Diuret.
Cancro obeſſe Ægyptiacum, &c. — Miſt. ad Oris Ulc.
Cancro adversari Mercurialia — Garg. ad Ulcera.
Ad canis rabidi Morsum — V. Mors. Venen.
Cantharides — Pil. Diuret. ( Tinct. Canthar.
Capit. Dol. — V. Dol. Cap.
Ad Carbunculum — Bals. Mirab.
Cardiaca Externa — V. Card. Palp. &c.
Cardiaca Interna — Bol. Card. ( D. Antiloim. ( D. Fracaſt. 2. ( D. Sacr. ( D. Scorzon. ( Elæosach. Card. ( Elect. Card. 2. ( Elect. Magn ( E. Reg. E ( Spiritos. ( E. Stom. ( E. e Ziuzib. ( Elix. Cinnam. ( E. Car. ( Stom. ( E. Vol. ( Emuls. Cord. ( Enema Conforr. ( Essent. Cord. Hyſt. ( Hauſt. Alexiph. ( H. Amar. ( H. Card. H. Consol. ( H. e Sale Vol. ( Infus. Cardiac. ( Julap. Alexit. ( J. Aur. ( J. Caryph. ( J. Cord. 2. ( J. Crocat. ( J. Idæum ( J. Mosch. ( J. Perl. Cord. ( J. Volat. ( Lap. Alexit. ( Mist. Aur ( M. Card. ( M. Consol. ( M. Mosch. ( M. Volar. ( Pil. Alexit. ( P. de Ambra ( P Diaphor. ( P. Solenand. ( P. Syncop. ( P. Vol. 2 ( Pul. Alexiph ( P. Amb. Comp. ( P. Angel. ( P. Bez. n. ( P. Contray. ( P. Diaphor ( P. Epidem. ( P. Pestilent. ( P. Theriacal. ( Syr. Balsam. ( S. de Saſſaf. ( S. Theriacal. ( Tab. Card. ( Tinct. Alex. ( Tinct. Aromat. ( Vin. Mirab. ( V. Stomaci.
Cardiacorum Ratio — El. Card. ( Jul. Cord. ( J. Mosc. ( J. Perl. Cord.
Cardiaca temperata — Dec. Lusitan. ( D. Scorzon. ( D. Variol. ( Elect. Acid. ( E. Card. temp. ( E. Scorb. temp. ( Emuls. comp. ( E. Variol. ( Inf. Card. ( Jul. Acido dulce ( J. Cord. temp. ( J. Perl. Attemp. ( Miſt. Coral. ( Pil. Deuret. 2. ( Pot. Vin. Refrig ( Pul. Edulc. ( P. de Ocul. Cancr. ( P. Perl. ( Sacch. Perl. ( Syr. Bals.
Cardiacorum temp. Ratio — El. Card. temp. ( Jul. Card. temp. ( J. Perl. attemp.
Ad Cardialgiam — Elect. Cretac. ( Pul. Cardialg. ( P. ex Oc. Cancr. J. P. Edulcor.
Carminativa. Aq. Junip. ( Cerev. Amara Arom. ( C. de Baccis ( D. de Dauco ( D Junip. ( Elec. Carmin. ( E. Spirit. ( E. Stom ( E. e Zed. 3. ( E. e Zinz ( Elix. Stom. ( Infus. Zedoar. ( Julap. Carmin. ( J. Diur. Aromat. ( Miſt. Arom. ( M. Carmin. ( M. Col. 2. ( M. Junip. ( M. Volat. ( Pil Carmin. ( P. Stom. ( P. Vol. 2. ( Potio Col. ( Pul. Aniſi ( P. Carmin. ( P. de Nuc. Mosc. ( P. Pept. ( P. Stom. ( Sp. Carui. c. ( Sp. de Sassaf. ( Tinct. Aromat. ( T. Stom. ( Vin. Amar. ( V. Mirab. ( V. Stom.
Carminativorum Ratio — Jul. Carmin.
Ad Casum — Bol. Bals. ( B. ad Casum ( Dec. Traumat. ( Hauſt. ad Casum ( Infus. Traumat. ( Mist. ad Concretiones ( M. de Sper. Ceti ( Pil. Halosant. ( P. Volat. 3. ( Pul. ad Casum ( P. Halosanth. ( P. Hibern.
Ad Casum Intentiones — Dec. Traumat. ( Hauſt. ad Cas. ( H. ad Febr. Vuln. Infus. Traumat.
Catarrhalia Externa — Cucupha ( Empl. Cephal. ( E. Epispaſt. ( E. Nuchale ( Sacc. de Cymino ( Pul. n. Capillar. Suffit. Catarr. 2. ( S. Phthis. ( Troch. Phthis.
Catarrhal. Externa. Ratio — Expl. Miſtic. ( Lin. Cephal.
Catarrhalia Interna — Cerev. e Lign. Dec. Catarrh. ( D. Catechu 2. ( D. Cynog. ( D. Glycyrrh. ( D. Liber. ( D. Rosar. D. Sanct. ( Elect. Sanct. ( E. Quadr. ( Hauſt. Bech. ( H. ad Catarrh. ( H. e Cynogl. ( Hauſt. Sacchar. (Hydr.Calc. (Loh. Haly ( L. Japon. ( L. Incraſſ. ( L. Vitell. ( Miſt. de Glyc. ( Pil. Catarrh. ( Pil. Pote-

rii ( Syr. e Cynogl. ( Syr. de Ovis ( Troch. Catarrh. — V. Incraſſ. Peſt. Somnif.
Catarrhalium Intern. Ratio. — Hauſt. Bechic. ( H. Sacchar. ( Loh. Haly ( Pil. Catarr. ( P. Fotcrii.
Catarrhos e Pericranio depluere. — Lin. Ceph. ( Sacc. de Cymino.
In Catarrho cavenda eſſe Incidientia, & Purg. fortiora. — Hydrom. Peſt. ( Pil. Catarrh.
Cephalica Externa. — Cucupha ( Empl. ( E Ceph. ( Empl. Major. ( E. Maſt. ( E. Penuc. ( Epith. Avicennæ ( Fot. Robor. ( Linim. Ceph ( Lot. Aromat. ( I. Cephal. ( Pul Capillatis ( Smegma Ceph. — V. Apopleg. Dol. Cap. Sopor. Morb. Vertig Vigil.
Cephalic. Externa Ratio. — Emp. Maſt. ( Lin. Cephal.
Cephalica Externa vix afficere Cerebrum. — Catap. de Terra Cimol. ( Lin. Cephal.
Cephalica Interna. — Aq. Millep. ( Bals. Schefferi ( Cerev. Ceph. ( Dec. Cephal. ( D. Chamstp. ( D. Junip. c. ( D. Neurotic. ( D. Pœon. c. ( Dec. Sanct. ( El. Cephal. ( E Magn. ( E. Peruv. Epilept. ( E de Pœon. ( E. Quadrat. ( E. Spirituos. ( E. de Visco ( Elixir. volat. ( Hauſt. Cephel. ( H Epilept. ( H. e Sale vol. ( Infus. Arald. ( I. Cephal. ( I. ( I. Zedoar. ( Jolap. Caryoph. ( I. de Caſtor. ( I. Cephal. ( I. Epilept. ( I. Volat. ( Miſt. Apopl. ( M. Bals. Ceph. ( M. Epilept. ( M. Juniper. ( M. Volat. ( Pil. de Caſt. ( P. Ceph. ( P. e Cinnab. ( P. Cratonis ( P. Solenand. ( P. Vol. v. ( P. Millep. c. ( P. de N. Mosc. ( P. Pavon. ( P. Pœon. c. ( Cephal. ( P. Euphrag. c. ( P. de Gutteta ( P. Pœon. c. ( P. Sinap. ( Tinc. Aromat. ( T. Epilept. ( T. Cent. ( T. Purg. Ceph. ( Troch. Apopl. ( T. Ceph. ( T. Paralyt.
Cephal. Intern. Ratio. — Cerev. Ceph. ( Infus. Cephal. ( Put. Major.
Caphalicorum teme. Ratio. — Jul. Ceph. ( pul. Euphrag.
Cerebrum in Plenilunio turgere. — Jul. Cephal.
Cereviſiam Antimonialem, & Purgantem non debere Aceſcere. — Cerev. ad Cancr. ( C. Purgans.
Chalybeatæ. — Acet Chalyb. ( Aq. Chalyb. ( Bol. Chal. ( Cerev. Chal. ( Elect. Martis ( Infus. Amar. Chalyb. ( Jul. Chal. ( Miſt. Ecphract. ( Oxym. Chal. ( Pil. Bened. ( P. Cacheſt. ( Pil. Chalyb. 6. ( P. Ecphract. ( P. Hiſt. ( P. e Sale Chal. 2. ( Pul. Chalyb. ( Syr. Chal. ( S. e Chal. Sale ( Vin. Amar. Chal. ( V. Chal.
Chalybeatorum Ratio. Miſt. Ecphract. ( Pul. Chalyb.
Chalybeatorum Regimen. — El. Mart Julap. Chaly.
Calybeatorum Formula eligenda. — Vin. Chalib.
Chalybi præſtare Ferrum. — Syr. Cal.
Chalyb. Sal. nullam continere Aciditatem. — Syr. e Sale Chal.
Chalybeata ab acidis non deſtrui. — Vin. Chal.
Chalybeatis Amara optime conjungi. — Vin. Chal. Amar.
De Chalybeatis, & Purgantibus. — Pil. Cacheſt.
Chalybeata non multum pro deſſe Senibus. — Pul. Chalyb.
Contra Cholorofin. — Cerev. Chlorot. — V. Cacheſt. Calyb. Emmenag. —
Ad Choroeam S. Viti. — Elect. Peruv. Epilept.
De Cinnabari. — Elect. Cinnab.
Clyſteres. — V. Enemata.
Coctionem Juvantia. — V. Peptica.
Ad Colicam, Externa. — Empl. Cephal. ( E. Punic. ( E. Stomach. ( E. Colic. ( Fot. Spirituos. ( Lin. Volat. ( Mist. Junip. ( Saccul. Aromat. ( Spir. Vin. Camph. ( Un. Sal. vol.
In Colica Fotuum Ratio. — Fot. ad Colic.
Ad Colicam, Interna. — Dec. Amaro Aromat. ( D. Coprogog. ( D. Febr. Amar ( D. Junip. 2. ( D. Sacer. ( Elect. de Zedoar. 2. ( Elix. Anod. ( E Cathart. ( Enema Carmin. ( E. Col. ( E. Consor. ( E Corrob. ( E. Terebinth. Hauſt. e Diagrydio ( H. contra Vom. Infus. Chamæm ( I Calim. ( I. Zedoar. ( Julap. Antiemet. ( I. Carmin. ( Miſt. Carmin. 2. ( M. Colica 2. ( M. Junip. ( M. Tart. ( Pil. Gol. ( P. Gem. ( Potio Colica ( Potio de Rhab. ( Pul. Aurant. ( F. Col. 2. ( Tinct. Gent. ( T. Thab. ( Vin. Amar.
Ad Colicam Intentiones. — En. Ol. ( E. Ol. Amar. ( Pil. Col.

In Colica Enematum uſus. — En. ad Col.
In Colica Follium urus. — Fn. Ol. Amari.
Ad Colicam Pictonnm. — Elect. Zed. ( Infus. Zedo. ( Miſt. Junip.
De Colocynthide nota, — En Apopl.
Conceptus reſiſtens. Elec. de Ment.
Ad Contuſiones. — V. ad Casum Traumatica.
Contra Convulſiones. — Bals. Schef. ( Terev. Ceph. ( C. Epilep. ( Dec. Ceph. ( D. Pœon. ( Elect. Camphor. ( E. Ceph. ( E. Cinnab. ( E. Peruv. Epilep. ( E. de Pœonia ( E. Spirit. ( E. de Visco ( Emuls. Pœon. ( Enema Hyſter. ( Expr. Pœon. ( Hauſt. Cephal. ( H. Epilept. ( H. Saponac. ( Infus. Arald. ( I. Cephal. ( I. Epilept. ( Jul. Camph. ( I. de Caſt. ( I. Cephal. ( I Epilept. ( I. Hyſter. ( I. Mosch. ( I. Perl. Hyst. ( I. Volat. ( I. Miſt. Bals. Ceph. ( Miſt. Epilept. ( Miſt. Hiſt. 2. ( Miſt. Mosch. ( Pil. de Caſt. ( Pil. Ceph. ( P. e Cinnab. ( P. Hiſter. ( Pul. Cephal. ( P. de Gutteta ( P. Hyſt. ( P. Pœon. ( Tab. Hyſter. ( Tinct. Epilept. ( Troch. Apopl. ( T. Ceph.
In Convuls. Turturis applicatio — Julap. Epilep.
In Convuls. Intent. — Hauſt. Ceph. ( Jul. Perl. Hyſt. ( Miſt. Epil.
Cordiaca. — V. Cardiaca.
Ad Cordis Palp. Trem. Syncop. &c. Exter. — Catapl. Stomach. ( C. Theriac. ( Empl. Balsam. ( E. Icter. ( E ad Languores ( E. Pect. ( E. Punic. ( E. Stom. 2. ( E. Volat. Epith. Cord ( E Stomach ( Fot. Spirit. ( F. Stom. ( Lin. Ceph. ( O. Paralyt. ( Saccul. Arom. ( S. Stomach. ( Scut. Card. ( Sp. Vini Camph. ( Tinc. Alexit. ( Ung. Card. ( U. Pect. ( U. Pueerp.
Ad Cordis Palp. Trem. Sync. Interna. — Bals. Scheff. ( Bol. Card. ( B. Sudor. ( D. Fracaſt ( D. Sacr. ( Elec. Camp. ( E. Card. c. ( E. Cinnab. ( E. Magn. ( E. Reg. ( E Spirit. ( E. Stom. ( Hauſt. Alexiph. ( H. Card. ( H. e Sale vol. ( Inf. Card. ( Jul. Camph. ( I. Caryoph. ( I. de Caſt. ( I. Crocat. ( I. Mosc. ( I. Peri. Hyſt. ( Miſt. Bals. Ceph. ( Miſt. Mosch. ( Miſt. Paralyt. ( Miſt. Volat ( Pil. de Ambra ( P. de Caſt. ( P. Chal. fœt. ( Pil. Hyst. ( P. Solen. ( P. Splen. 2. ( P. Sincop. ( P. Vol. 2. ( Pul. Amb. c. ( P. Angsl. c. ( P. de Gutt. ( P. Pœon. c. ( P. Theriacal. ( Syr. de Saſſafr. ( S. Theriac. ( Tinct. Alexit. ( T. Epilept. ( T. Hyſt. ( Throch. Apoplect. ( T. Mosch. ( Vin. stom.
V. Chalybeata Hyſter.
De CC. Emuls. de CC.
Cortex Aurant vireſne præstet siccatus. — Aq. Millep.
Cort. Peruv. decoquendi modus. — Dec. Feb. Magiſtr.
Cortices Per. modus exhibendi conveniens. — Dec. Febr. Magiſtr.
A Cortice Peruv. excitata Diarrhœa ut ſiſtenda. — El. Peruv.
Corticem Per. non obſtruere. Aliquando mutum eſſe. — Elect. Per Epil.
Cranium Humanum horridum eſſe, & inane Medicamentum. — Pul. de Cinnab.
Ad Cutaneos Affectus, Externa. Bal. ( Lit. Facil. ( Lotio Camph. ( L. de Ceruſſa ( L. ad Erupt. ( L. ad Eryſip. ( L. Facial. ( L. Merc. ( Spir. Vini Camph. ( Thermæ ( Tinct. Antipth. ( Ung. de Biſin.
Ad Cutaneos Affectus Interna., — Aq. Limac. Scorb. ( A Scelotyrb. ( Cerev. Antimon. ( C. Diuret. ( C. Purg. Antim. ( C. Scorb. 3. ( Dec. Cachæct. ( D. Coccin. ( D. Depur. ( D. Diuret. ( D. Edulc. ( D. Luſitan. ( D. Psoricum ( D. Sarsæ ( D. Scelotyrb. ( D. Tart. 2. ( D. Urticæ 2. ( Elect. Acid. ( E. Cinnab. ( E. Minerale ( E Tartaris ( Emul. Diuret. ( Expr. Beccab. ( E Refrig. ( E Millep. ( E Scorb. 2. ( Infus. Urticæ ( Jul. Diur. Acid. ( I. D. Nitr. ( I. Befrig. ( P. de Merc. 2 ( Pul. Acid. ( P. Diasulph. ( P. Diuret. ( P. Millep. c. ( P. Nitros. ( Ser. Diætet. S. Scorb. ( Suc. Attemp. ( S. Sochl. ( S. Scorb. ( Syr. Diur. ( Vin. Scorb.
Cymini vis penetrans. — Catapl. Later.
Cyneglossi vis Soporifera suspecta. — Syr. de Cynogl.

D

Dauci vis Diuretica — Cerev. de Dauco.
Ad Delir. — Empl. Episp. — V. Dol. Cap. Sang. Refrig. Somnif.
De Dentali lapide — Pæl. Dentiiric.
Ad Dentes detergendos — Paſta Gall. ( Pul. Dentifric. ( Tinc. G. Laccæ.
Ad Dentitionem Infantum Intentiones — En ad Tormina.
Ad Dentium Stuporem — Garg. ad Hæmod.
Ad Diabetem — Dec. Incraſſ. ( D. Liber. Emuls. Arab. ( Hyd. Calc. ( Pul. Arab. ( P. Incraſſ.
Diaphoretica — Bol. Card. ( E. Sudor. ( Dec. Fracaſt. 2. ( D. Sacer. 2. ( D. Sanct. 1. ( Elect. Spirit. ( Enema Confort. ( Hauſt. Alexiph. ( H. Amar. ( H. Diaphor. ( H. Oleos. ( H. Febrif. ( H. e Sale Vol. ( Jul. Volat. ( Miſt. Volat. ( Pil. Alexit. ( P. Diaphor. ( Pul. Alexiph. ( P. Beoart. ( P. Contray. ( P. Diaphor. ( P. Epidem. ( P. Pestil. ( Theriac. ( Sp. Vini Camph. Syr. de Saſſafrass. ( S. Theriacal.
Ad Diarrhœam Externa — Catap. Stom. ( C. Vom. sed. ( Empl. Punic. ( E. Stom. 2. ( Epith. Stomach. ( Fot. Aſtring. ( F. Dysent. ( F. ad Hæmorrh. ( F. Stom. ( Saccul. Arom. ( S. Stomach. ( Spir. Vini Camph. ( Ung. Stomach.
Ad Diarrh. Interna — Bol. Luteus ( Cerev. Aſt. ( Dec. Aſtrin. ( D. Catechu. 2. ( Fracaſt. 2. ( D. Maſtich. ( D. Quer. ( D. Rosar. ( D. Sacr. 2. ( D. Sistens ( El. Aſtring. ( E. de Cinnan. ( E. Corinth. ( E. Cretac. ( E. Per. Aſtring. ( E. de Rhab. ( E. Stom. ( Emuls de CC. ( En de Malicor ( I. Expres. Ros. ( Hauſt. Aſtring. ( Hydrog. Chart. ( Infus. Rab. ( I. Ros. ( I. Rub. ( Julap. Aſtring. ( Miſt. de Bolo ( M. Corall. ( M. Pacif. ( Pil. Aſtring. ( Pot. de Rhab. ( Pul. Aſtr. ( Tinct. Rhab.
In Diarrhœa Intentiones — Elect. Aſtring. ( Emuls. de CC. ( Hauſt. Aſtring. ( Infus. Rhabarb. ( Miſt. de Bolo ( Potio de Rhab.
Diarrhœa quando non noceat — El. Reſtrig.
De Diarrhœa Symptomatica sistenda — Jul. Aſtr. ( Infus. Ros. Com.
Discutientia — Catap. de Cymino ( C. de Iride ( Empl. Ischiad. ( E. Laterale ( F. Splenet. 2. ( F. Volar. ( Fot. ad Col. ( F. Emmenag. ( Ung. Aperit. ( Diſſip. ( U. Splanchn. ( U. Splenet.
Diuretica Externa — Catapl. de Succis ( Empl. Nephrit. ( Fot. Diuret. ( Saccul. Later. ( Vapor. ad Urin. ciend. ( Ung. Renale.
Diuret. Extern. Ratio — Fot. Diuret.
Diuretica Interna — Aq. Junip. ( A. Millep. ( A. Scelotyrb. ( Balneum ( Bals. Nephrit. ( Bol. de Caſſia ( Cerev. Aper. ( C. de Baccis ( C. de Dauco ( C. Diuret. ( C. Junip ( C. Scorb. D. Allii ( D. Aper. ( D. Coccin. ( D. Diuret. 2. ( D. Feb. Sals. ( C. Junip. 2. ( D. Liber. ( D. Luſitan. ( D. Malva ( D. Nephrit. ( D. Urt. 2. ( Elect. Acid. ( E. Nephrit. ( E. de Sinape ( E. Tereb. ( Emuls. Diuret. ( Enema e 4. Oleis ( I. Tereb. ( Expr. Beccab. ( E. Millep. ſimpl. ( Hauſt. ad Aren. ( H. Diuret. Acid. ( H. Diur. oleos ( H. Nitros. ( Hydrom. Diur. 2. ( Infus. Urticæ ( Julap. Diuret. 3 ( D. de Sedo ( Mist. ad Aren. ( M. Bals. Neph. ( M. Diur. ( M. Junipr. ( M. ex Oc. Cancr. ( M. Succinata ( M. Tereb. ( M. Val. Pil. de Allio ( P. de Apib. ( P. Diur. 2. ( P. Nephr. ( P. Salinæ ( P. e Tereb. ( P. Teſt. ( Pot. Purg. Neph. ( Pul. Anisi ) P. Deuret. 2. ( P. Filip. ( P. Millep. ( P. Nephr. ( P. Salin. ( P. Sinap. ( P. Tart. 2. P. Tilingi ( Serum Tamar. Syr. Deuret. ( S. de Malva ( Tinct. Cantharid. ( Min. Diuret.
Deuret. Intern. Ratio — Pil. Diuret.
Diur. Acid. Ratio — Hauſt. Acid. ( Pil. Diur. Acid.
Diur. Arom. Ratio — Jul. Diur. Arom.
Diur. Nitros. Ratio — Jul. Diur. Nitr.
Diur. Oleos. Ratio — Hauſt. Diur. Oleos.

Diuretica deberi Mitia in Calculo. -- Miſt. Oleos.
Diureticis præmittenda eſſe Universaiia. -- Miſt. Diuret.
Ad Dolores. V. Anodyna. Somnifera.
Ad Dolores Articulorum. -- Epith. de Calce (Fot. ad Artic. Dol. (F. Spirituo. (Spir. Vin. Camph. (Tinct. Odont. (Ung. Sal. Vol. -- V. Arthrit. Dol. Vag. Scorb.
Ad Dol. Capitis Externa. -- Catapl. Papav. (C. Supped. (C. de Ter. Cimol. (Empl. Cephal. (E. Epiſpaſt. (E. Maſtic. (E. Nuchale (E. Supped. (E. pro Temporib. (Epitema Avicen. (E. Cephal. (E. Front. (Errhina omnia (Fot. Pacif. (F. Robor. (Frontale (Linim. Ceph. (L. Front. (Lint. Somnif. (Lotio Ceph. (L. Ped. (Maſticat. (Ol. Cephal. (Smegma Ceph. (Sinapismus (Ung. Front.
Ad Dol. Cap. Interna. -- Bal. Scheff. (Cerev. Cephal (C. Epilept. (D. Cephal. (D. Cephal (D. Pacif. 2. (D. Pœon. (Elect. Apophlegm. (E. Cephal. (E. de Pœon. (E. de Visco (Elix. Volat. (Emuls. Pœon. (Enemara (Expr. Millep. s (E. Pœon. (Garg. ad Pituit. (Hauſt. Cephal. (Infus. Cephal. (I. Epilept. (Jul. de Caſt. (I. Ceph. (Miſt. Epilept. (M. Volat. (Pil. de Ambra (P. de Caſt. (P. Ceph. (P. Craton. (P. Volat. 2. (Pul. Ambræ (P. Ceph. (P. Euphr. (P. de Gut. (P. Major. C. (P. Nuc. Musch. (P. Pavon (P. Pœon. (P. Sinap. C. (P. Sternutat. (Syr. de Saſſaf. (Trinc. Epilep. (T. Purg. Ceph. (Troch. Apopl. (T. Ceph. -- V. Somnif.
Dolor Capitis, quando Externus. -- Lin. Front.
Ad Dolorem Dentium. — Catapl. Papaver. (D. Pacif. (D. Sanct. (Elect. Apophlegm. (Empl. Episp (E. de Major. (E. Maſt. (E. Nuchale (E. de Pyreth. (E. pro Temporib. (Epith. Alumin. (E. Anod. (E. Front. 2. (Errin. Chem. (Fot. Aſtrin. (F. ad Inflam. (F. Ophtalm. (F. Spirit (Garg. ad Pituit. (G. de Pyret. (G. Sedativ. (Maſtic (Pila Odontalg. (Pil. Catarrh. (P. de Gnaiaeo (Pul. Odontalg. (Sinapism. (Sp. Vini Camph. (Tinc. Odontalg. — V. Anod. Catarrh.
In Dolore Dentium Intentiones. — Garg. de Pireth
In Dol. Dent. cur Temporib. applic. remedia. — Empl. pro Tempor.
Ad Dalorem Dorſi. — Empl. de Albo (F. Anod. (E. Balsam. (E. Dors. (F. Farin. (E. ad Lombag. (E. Spinale (Miſt. Balsam. Nephr. — Ved. Ad Arenulas Lumbag.
Ad Dolorem Lateris. — Elect. Carmin. (Lin. Later. (Miſt. Arom. (M. Carmin. (Pil. de Olib. (Spir. Vini Camph. (Ung. Pleurit. — V. Pleuritica. Carminat.
Doloris Lateris Ratio. — Linim. Later. (Ung. Pleurit.
Ad Dolores poſt partum. — Bol. Card. (Dec. Pacif. Hyſter. (Elec. Spirit. (Empl. Anod. (E. Dors. (E. ad Languor. (E. Punic. (Jul. Carmin. (I. de Caſt. (I. Perl. Hiſt. (I. Puerper. (Miſt. Carmin. (M. Puerper. (M. e Sperm. Ceti (M. Thebaica (Pil. de Caſt. (Pil. Halosanth. (P. de Myrr. (P. Puerp. (Potio Colica (Pul. de Gutatta (P. Hibern. (Syr. de Myrr.
Doloris poſt Partum Ratio. — Julap. Puerp.
Ad Dolores profunde inſidentes. — Empl. e Mercur.
Ad Dolores vagos Scorbut. — Ac. Limac. Scorb. (Aq. Scelotyrb. (Balneum (Cerev. Arthrit. (Dec. Bard. (D. Cachect. (D. Chamæp. (D. Edulc. (Dec. Liber. (D. e Lin. (Dec. Sanct. 2. (Dec. Sarsæ (D. Scelutyrb. (D. Trifol. (Elec. Hydrop. (Elec. Miner. (Elec. de Sarsa (Elec. Scorb. cal. (Empl. Athrit. (E. Epiſpaſt. (Empl. Iſchiad. (E. Volat. (Epith. de Calce (E. Sapon. (Expr. Scorb. cal. (Fot. Podag. (P. Scorb. (Hauſt. Diaphor. (Inf. Arthrit. (Inf. Rhab. C. (Inf. Traumat. (Linim. volat. (Miſt. ex Oc. Cancr. (Pil. de Merc. d. (Potio Purg. Hydrop. (Pil. Sancta (Pul Arthrit. (Spirit. Vini Camph. (Succus Cochlear. (Spirit. Scorbut. (Vin. Hydrop. 2. (V. Scorbut. Ung. Diſſipans.
Ad Dolorem Ventris. — V. ad Colicam Tormina.
Ad Dysenteriam. — Bol. Bals. (Catap. Stom. (Dec. Antiloim. (D. Fracaſt. 2. (D. Sac. 2. (D. Siſtens (D. Traumat. (Elect. Aſtr. (E. Lucatelli (E. Sanct. (Empl. Stomach. (Emuls. de CC. (Em. A.

( E. Confort. ( F- e Malicor· ( E Nutr. ( E. Somnif. ( E Tereb. ad Torm. ( Epith. Sromach. ( Fot. Colicus ( F. Dysenter. ? F· Spirituos. (Infus. Ros. 1. ( I. Rhab. ( I. Rub. ( Miſt. de Bolo ( M. Colica ( M. Corall. ( M. Junip. ( M. Theb ( Ol. Rhab. ( Pil. Antiemet ( P. Dysenter. ( P. le Sang. Drac. ( P. Stypt. ( Pur. Incras. ( P. Laccu comp. ( Tinct. Japon. ( T. Rhab.
In Dysenteria Intentiones. — En. Bals. ( Pil. Dysenter.
Ad Dyspnœam. — Emuls. Bruneri ( Hauſt. e Sal. Vol. ( Hydr. Aſthmat. ( H. Joelis ( Pil de Alio ( P. Pect. ( Pul. Millep. C. ( Syr. de Ammon. ( S. Aſthmat. ( S. de Helen. ( Syr. Nieot. ( Tinc. Bals. ( Tinc. Pect. — V. Aſtmatica. Pect. Incid. Ad Dysuriam. V. Arenul. Ad urinæ Ard.

## E

Ad Ebrietatem Discutiendam. — Fot. Camphor.
Ecphractica. — Miſt. Ecphract. ( Pil. Bend. ( P. Cachect. ( P. Chalpurg. ( P. de Guaj. — V. Aperient. Chalybeata. Splanchnica.
Electuaria, ut in Ventriculo detineantur. — Elect. Stom.
Emeticorom Formulæ. —
Emmenagoga externa. — Balneum ( Emp. ad Languor. ( E Volat. fœt. ( Fot. Emmenag. ( F. Spirituos. ( Peſſaria ( Pila Emmenag. ( Vapor. e Colocynth. — V. Emmenag· Ung. Salino-Volat.
Emmenag. Extern. Ratio. — Fot. Emmenag.
Emmenagoga Interna. — Cerev. Chloret. ( Dec. Diuret. ( D. Emmenag. ( D. Febr. Amar. ( D. Junip. 2. ( Elec. Scorb. cal. ( Elec. de Zed, 2. ( En. Hyſter. ( En. Tereb. ( Eſſ. Core. Hyſt. ( Hauſt. Hyſter. ( Inf. Chamem ( Inf. Zedoar. ( Jul. de Caſtor. ( Jul. Emmenag. Jul. Hyſter. ( Jul. Propriet. ( Pil. Bened. ( P. Emmenag. ( Pil. de Myrrh. ( Pil. Puerp. ( Syr. Vol. 2. ( Syr. de Myrt. ( Vin. Amar. — V. Chalybeata.
Emmenag. Internorum Ratio. — Dec. Emmen. ( Jul. Diur. Arom. ( J. Emmenag. ( Pil. Bened.
Ad Emplaſtra adhærentia detrahenda. — Empl. Dorsale.
Ad Empiema. — Dec. Libor. — V. Pect. Balsam. & Incidientia emulsionum usus varii. Emuls. com.
Emulsionibus non admiscenda eſſe Acida. — Emuls. com.
Enemata non omnibus convenire. — En. Col. ( En. Emell. ( E. Ol. Amar.
Enemata in Apoplexia eſſe reiteranda.
Enem. ut diu retineantur. — En. Com. ( E de Malicor.
Enemata poſſe Nutrire. — Eo Nutriens.
En. expurgare omnia Inteſtina. — En. Purg.
Enemata actu frigida. — Fn Refrig.
Enematum Cardialium Ratio. — En. Confort.
Enemata ex Flatu per Follem. Ex. Tabaci Fumo, aut Decocto. — Ex. Oleos. Amar.
In Enemate Ol. Chem. Sal. volatilis, Spir. vini. — En. Apopl.
In Enemate Opium. — En. Somnif.
In Enemate Terebinthina, & Urina, Ratio. — En. Tereb.
Epileptica. V. Cephal. & ad Convulſiones. —
Epiſpaſticorum usus. — Emp. Epiſpaſt.
Errhinorum Effectus. — Errhin. Chem. ( Pul. Sternutat.
Ad Eryſipelas. — Catadl. Sambnc. ( Miſt. ad Eryſip. ( Lotio de Ceruſſa ( L. ad Eryſip. ( Spir. Vini Camph. ( Ung. Ad Eryſip.
Expectorantia. — Dec. Allii ( D. Expect. ( Elect. Expect. ( E de Mirr. ( E. Spirituos. ( E Terebint. ( Emetic. ( Emuls. Asthmat. ( E. Bruneri ( Expr. Aſthmat. ( E. Millep. 2. ( Hauſt. e Sale Vol. ( H. Sapon. ( Hydrom. Aſthmat. ( H. Joelis ( H. 2. Pect. ( Loh. de Allio ( L. Apopleg. ( L. Aſtmat. ( L. Myrrh. ( K. Viride ( L Miſt. Ammon. ( M. Aſthmat. ( M. Balsam. ( M. Expect. 2. ( M. Sapon. ( M. Tereb. ( Oxym. Aſthmat. ( Oxym. de Peto ( O. Parg. Pect. ( Pectum Phthis. ( Pil. de Allio ( P. Eſtmat. ( P. Balsam. ( P. Expector. ( P. de Myrr. ( P. Nig. ( Pect. ( P. Volat. 2. ( Potio de Ammon.

mon. ( Pul. Balſ. ( P. Millep. c. ( Syr. de Allio ( S. de Ammon. ( S. Aſthmat. ( S. de Helen. ( S. de Myrr. ( S. Nicot. ( Tinct. Balſ. ( T. Pect. ( V. inf. Enulat.
Expectorantium Ratio. — Dec. Expect.

F

Ad Febrem Anomalam. — Dec. Febr. Sal. ( D. Sal. ( D. Sacr. ( E. Confort. ( Hauſt. Febr. ( H. F. River. ( H. e Sale vol. ( Infus. Amar. ( I. Chamæm. ( Zedoar. ( Miſt. Alcalis. ( M. ex Oc. Cancr. ( Pil. Febr. ( P. Gent. ( P. Sal. ( P. Volat. 2, ( Pulv. Epidem. ( P. Febr.
Ad Febrem Ardentem. — V. Ling. Ardor. Oris Fiſſi. Ad Sitim. Vigil. —
In Febre Ardenti Intentione. — Serum Lujul.
De Febre Catarrhali. — V. Infus. Hispan.
Ad Febr. Continuam Externa, — V. Dol. Cap. Vigil.
Ad Feb. Contin. Interna. — Hauſt. ad Febr. Vulner. ( Pul. Acidus — V. Alexip. Diarrh. Diaphoret. Singult. Sitis Sincope. Vigil.
Ad Febrem Hecticam — Aq. Balſam. ( A. Limac. Scorb. ( A. L. Pect. ( Dec. Balſ. ( D. Cerev. ( D. Malacense ( D. Pect. Balſ. ( D. Phthis ( Elect. Cinnab. ( E Poterii ( Emulſ. Arab. ( E. Balſ. ( E. Commun. ( E. Edulc. ( Expr. Ros. ( Hauſt. Lact. ( Infus. Ros. ( Jul. Perl. Phthis. ( Looch. Haly. ( Pil. Antephth. ( Tinct. Antiphth. ( T. Pect. ( Troch. Peruv. — V. Analeptica.
In febre Hectica Intentiones. — Aq. Limac. Scorb. ( Dec, Phth. ( Elect. Poter. ( Jusc. Cancr. ( J. Conſum.
Ad Febres Intermittentes Externa. — Cataps. de Telis. ( Empl Febrif. ( E. e Thure.
Ad Feb. Intermitentes Interna. — Dec. Febri. ( D. Sacr. ( El. Peruv. ( Emetica. ( Enema Febril. ( Hauſt. Febrif. 2. ( H Peruv. ( Infus. Amar. ( I. Chamæm. ( I. Zedoar. ( Miſt. ex Oc. Cancr. ( M. Peruv. Pil. Febr. ( P. Gent. ( Pul. Febrif. ( P. Salin. 2. ( P. e Tart. dupl. ( Tinc. Gent. ( Vin. Amar.
Ad Febrem Malignam Externa. — Catapl. de Helen. ( C. de Raph. ( C. Supped. ( C. Theriac. ( Empl. Epiſpaſt. ( E Supped. ( Epith. Cephal. E. Front. 2. ( Frontale ( Linim. Front. — V. Dol. Cap. Singul. Vigil.
Ad Febrem Malignam Interna. — Bol. Carp. ( B. Sudorif. ( Dec. Acetoſæ ( D. Antiloim. ( D. Fracaſt. 2. ( D. Sacr. ( D Scorzon. ( D. Variolos. ( Elect. Spirituos. ( Emulſ. Cord. ( E. Variol. ( Enema Confort ( Garg. Com. &c. ( Hauſt. Alexiph. ( H. Amar. ( H. Diaphor. ( H. Variolos. ( Julap. Alexit. ( J. Caryoph. ( I. Cord. 2. ( I. Perl. Cord. ( I. Volat. ( Lap. Alexit. ( Lohochi Com. &c. ( Pil. Alexit. ( P. e Coccin. ( P. Diaphor. ( P. Volat. 2. ( Pul. Alexiph. ( P. Bezoart. ( P. ) P. Contray. ( P. Diaphor. ( P. Epidem. ( P. Perl. ( P. Peſtil. ( P. Theriac. ( Syr. Theriac. ( Tinct. Alexit.
In Febr. Malignis Intentiones. — Dec. Sac. ( Jul. Alexit. ( J. Perl. Cord. ( J. P. Hyſter. ( Pul. Alexiph. ( P. Theriacal.
In Febre Malig. Fotus, Lotion. Pedales, & Somnifera vitanda eſſe. — Dec. Sacr. ( C. Sedat. ( Epith. Front. ( Fot. Pacif. ( Lotio Pedalis.
Ad Febr. Scorbutic. — Aq. Limac. Scorb. ( Dec, Sarsæ — T. Scorb. attemp.
Ad Febr. Vulnerariam. ( Hauſt. ad Febr. Vuln. ( Miſt. ad Coacret. ( M. ex Oc. Cancr.
Fel Tauri in Clyſteribus. — En. Purg.
Ferrum præſtare Chalybi. — Syr. Chal.
De Flatibus, & Vaporibus. — Enema Carmin.
Contra Flatus. — V. Carminativa.
Contra Flatus Intentiones. — Jul. Carmin. ( Pil. Carmin.
Contra Fluorem album. — Cerev. Aſtring. ( Dec. Aſtring. ( D. Equiseti ( D. Millefol. Elec. de Coloph. ( E. Stypt. ( Empl. de Albo ( E- Balſam.

Balsam. ( Emul. Stypt. ( Hauſt. contra Fluor. ( H. Japon. ( H. Saturn. ( Hydrom. de Symph. ( Bals. Nephrit. ( Pil. Antiphthis. ( P. ad Colluv. ( P. Dicalcit. ( P. Reſin. ( P. Saturninæ.
Fluorem Diſtinguere ab Ulcere, & Gonorrhœa. — Elect. de Coloph.
Fluorem inveteratum ab Ulcere, & Gonorrhœa. — Elect. de Coloph.
Fœtum roborantia. — Miſt. Aur. ( M. Consol. — V. Analeptica.
Follis usus in Volvolo. — En. Ol. Amar.
Fotus ante Linimenta. — Lin. Later.
Ad Frigidos Affectus. V. Cardiaca. Calybeata. Hydropica. Paralytica. Pectoralia Incidentia. Scorbutica Calida. Splanchnica. Stomachica.
Frontalium Ratio. — Frontale.
Fumum Aſtringentium non Aſtringere. — Suffit. ad Ani procid.
Ad Furorem Uterinum, — Miſt. Saturnina.

G

Ad Gangrænam. — Catapl. Theriac. ( Dec. Sacr. ( Sinapism. ( Spir. Vini Camph. — V. Alexipharm.
Gargariſmorum Ratio. — Garg. pro Uvula.
Gargariſmos acres non adversari Inflammationibus. — Garg. ad Pituit.
Garg. Aſtringentes non inhibere Salivationem. — Garg. de Vite.
De Gelatina Lymphatica. — Jul. Succin. ( Vin. Hydrop.
De Gingivis. — Pul. Dentifr.
Ad Gingivarum Affectus. — Garg. Myrr. ( G. Prunel. ( G. Scorb. ( G. de Vite ( G. ad Ulc. ) Lit. Alum. ( L. Joel. ( L. de Lacca ( Tinct. Japon. ( T. Laccæ ( T. Pect.
De Glycyrrhitia. — Tinct. Dulc.
Ad Gonorrhœam. — Bol. de Caſſia ( Cib. alb. ( Emuls. com. ( Miſt. Bals. ( M. B. Nephr. ( M. Saturnina ( Pil. ad Colluv. ( P. Dicalcit. ( P. Gilead. ( P. de Merc. dulc. ( P. Reſinosa ( P. Saturn. ( P. de Scammon. ( spir. Vini Camph. ( Tinct. Antiphth. ( T. Bals. ( T. Cantharid. ( T. Japon. ( T. Pect.
Gonorrbœam a Fluore albo diſtinguere. — Elect. de Coloph.
Ad Gravidarum Affectus. V. Contra Abortum. Fœtum Roborantia. Hyſterica.
Gravidarum recreandarum Ratio. — Miſt. Consolans.
Gravidis nocere Sulphurea. — Plin. Poterii Et. Mentham. El. de Menth.

H

Hœmodia. — Deut. Stupor.
Contra Hœmoptoem. — Bol Bal. ( Dec. Catech. Simp. ( D. Coccin. ( Elect. Boyl. ( E. Peruv. Aſtr. ( E. Stypt. ( Emuls. Stypt. ( Expr. Stypt. ( Hauſt. Hæmopt. ( H. Japon. ( Infus. Ros. ( I. Stypt. ( Jul. Stypt. ( Loh. Hæmopt. ( L. Japon ( L. Stypt. ( Pil. Antiphth. ( P. Diacalcit. ( P. Japon. ( P. e Sang. Drac. ( P. Stypt. ( Pulv. Hæmopt. ( P. contra Hæmorragh. ( P Laccæ comp. ( Syr. Boyl. ( S. Incraſſ. ( S. de Ovis ( Tinct. Antiphth. ( T. Japon. ( Troch. Hæmopr.
Hæmoptoicorum Ratio. — Emuls. Stypt. ( Expr. Stypt. ( Jul. Stypt. ( Loh. Japon.
In Hæmoptoe Aſtringenda eſſe cavenda. — Infus. Ros. comp. — & Suffitus. — Suffit. Phthis.
Hæmorrhagiam Narium ſiſtentia Externa. — Epith. Front. Aq. ( E. de Sacch. Saturni ( Frontale.
Hæmorrhagiam ſiſtentia interna. — Dec. Catechu. Simpl. ( Dec. Coccin. ( D. Equiseti ( D. Incraſſ. ( D. Luſitan. ( D. Millefol ( D. Stypt. ( D. Urticæ acid. ( Elect. Boyl. ( E. Stypt. ( Emuls. Stypt. ( Expreſſ. Beccab. ( E. Stypt. ( Hauſt. Camph. ( H. Hæmopt. ( H. Stypt. ( Hydr. de Symph. ( Infus. Ros. ( I. Stypt. ( Jul. Acido-dulce ( I. Refrig. ( I. Stypt. ( Pil. Camph. ( Pil. Diacalcit. ( Pil. de Sang.

Drac.

Drac. (P. Stypt. (Pul. Hæmopr. (P. contra Hæmorrhag. (P. Laccæ (P. Stypt. (Syr. Boyl. (Tinct. Antiph. (T. Japon. — V. Somnifera.
Contra Hæmorrhagiam Intentiones. — Dec. Stypt. (Elect. Boyl. (Expres. Stypt. (Jul. Stypt.
Ad Hæmorrhoidum fluxum Externa. — Fot. ad Hæmorrh. flux.
Ad Hæmorrhoidum fluxum interna. — Cerev. Aſtring. (Dec. Stypt. (Elec. Stypt. (Expres. Stypt. (Hauſt. Saturnin. (H. Stypticus (Infus. Styptica (Pil. Stypt. (P. e Terebint. (Pul. contra Hæmorrag. (P. ad Hern. (P. Stypt. (Succ. Hæmorrh.
Hæmorrhoid. fluxus noxii Signa. — Succ. Hæmorrh.
Ad Hæmorrhoidum Dolorem, & Tumorem. — Catap. de Ovis (En. de Verbasco (Fot. ad Hæmorrh. dol. (Linim. Hæmorrh. (Vapor. Hæmorrh. (Ung. Hæmorrh.
Hæmorrhoidalium Ratio. — Linim. Hæmorrh.
Hectica Feb. — V. Hect.
Hepatica. V. Ecphractica. Icterica. Splanchnica.
Ad Herniam. — Elect. ad Hern. (Empl. Dorsal. (E. Punic. (Fot. Aſtring. (Pulv. ad Herniam.
Ad Herpetem. — Lotio ad Eruptiones (Syr. Incraſſans (Tinct. Antiphth.
De Hydragogis. — Pil. Hydrag.
Hydropica Externa. — Catapl. Hydrop. (Empl. Hydrop. (Fot. ad Tympan. (Lavam. Hydrop.
Hydropica Interna. — Cerev. Arthrit. (C. Diuret. (C. Hydrop. (C. Pur. Hydrop. (C. Junip. (Dec. Allii (D. Junip. 2. (Dec e Lignis (Elect. Hydrop. (Enema Carmin. (E. e Terebint. (Hauſt. Hydragog. (H. e Sale Volat. (Julap. Diur. Arom. (I. Succin. (Lixiv. de Calce (L. Hydrop. (Pil. Hydrag. (Pot. Purg. Hydr. (Succ. Hydrop. (Vin. Diuret. — V. Chalybeata Scorbutica.
In Hydrope Intentiones. — Cerev. Hydrop. (Jul. Diuret. arom. (I. Succin. (Vin. Hydrop.
Hydropici, ut Purgandi. — Potio Purg. Hydrop.
Contra Hypercatharſin Externa. — Catapl. Stomach. (C. Vom. sedans (Fot. ad Colicam (F. Stomach. (Sacc. Aromat. (S. Stomach.
Contra Hypercath. Interna. — Dec. Aſtring. (D. Fracaſt. 2. (D. Siſtens (Elect. Aſtring. (E. Stomach. (E. Magn. (E. Stom. (E. de Zinzib. (Enema Confort. (E. de Malicor. (E. Somnif. (Julap. Stomach. (Miſt. de Bolo (M. Pacif. (Pul. Aſtring. — V. Somnif. Stomach.
Hypocondriaca. — Aqu. Millep. (Bol. Hypochond. (Cerev. Junip. (Dec. Cort. Jugl. 2. (D. Junip. 2. (D. Paſſul. (D. Pæon. c. (D. Splenet. (Elix. Stom. (E. Volat. (Expreſſ. Refrig. (Infus. Amar. Chalyb. (Julap. Propriet. (Miſt. Junip. (Pil. de Rheo (P. Splenet. (Pul. Rhabarb. c. (P. Splanch. (Serum Deoppilan. (S. Diæret. (S. Splenet. (Succus Attemp. (Vin. Amar. — V. Chalybeata Scorbutica attemp. Splanchnica.
Hypochondriacorum Ratio, — Dec. Splanchn. (En. Carminat. (Pul. Splanchn.
Hypnetica. V. Somnifera.
Hyſterica Externa. — Empl. Epiſpaſt. (E. ad Languores (E. Volat. (E. V. Fetid. (Fot. Spirituos. (Nodul. Hiſter. (Sinapism. (Spir. Vin. Camph.
Hyſterica Interna. — Cerev. Hyſt. (Dec. Hyſter. (Dec. Pacif. Hyſter. (Dec. Sacr. Sedat. (Elect. Camphor. (E. Hyſter. (E. Peruv. Epilept. (E. Spirituos. (Emul. Hyſter. (En. Carm. (E. Hyſter. (Eſſe. Fetid. Hyſter. (Hauſt. Camph. (H. Hyſter. (H. e Sale Vol. (H. Pul. Camph. (I. de Caſt. (I. Hyſter. (I. Perl. Hyſter. (Miſt. Bals. Peruv. (M. Hyſter. 2. (M. Mosch. (Pil. Camph. (P. Caſtor. (P. Hyſter. (P. Solenand. (P. Vol. 2. (Pul de Guttera (P. hyſter. (P. Pœon. Comp. (Spit. Vin. Camph. (Tabel. hyſt. (Tinct. Epilept. (T. Hyſter. — V. Chalybeata.
Hyſtericorum Ratio. — Elect. Camp. (Jul. Hyſter. (I. Perl. Hyſt. (Nodul. Hyſt. (Pul. Hyſter.

Hyſterica Purgantia. — Dec. Agar. ( Pil. Cephal. ( P. Chalyb. ( P. Fœt. ( Serum Purg. Hyſter. ( Tinct. Purg. Cephal.
Hyſtericas, & Hypochondriacas Affect., non eſſe easdem. — Pul. Splanch.
Hyſtericæ quales Moschum ferant. — Pil. Solenard.

I

Icterisa. — Cesev. Icter. ( Dec. Barber. ( D. Cannab. ( D. Icter. ( D. Sacr. ( D. Tartar. ( D. Urticæ Alcal. ( Elect. de Curc. ( E. Icter. ( Empl. Icter. ( E. Millep. Icter. ( ( Hauſt. Sapon. ( Miſt. Alcalis. ( M. ex Ocul. Canċr. ( M. Sapon. ( M. Tart. Pil. Diacur. ( P. Icter. ( P. Smegmat. ( P. Rhab. ( P. e Tart. dupl. ( P. Viper. ( Tinct. Gent. ( T. Purg. Ceph. ( Rhab. ( Vin. A. mar. ( V. Icter. — V. Calybeata.
In ictero intentiones. — Dec. Icter. ( Elect. de Curcuma.
De Ictero Lethali. Dec. Berbet
Ad Iliacam paſſionem. — Fn Oleos. Amar. ( Epith. Anod. ( Fot. Spirituos. ( Hauſt. coutra Vom. ( Jul. Antiemet. Miſt. Corall. ( Spir. Vini Camph. — V. ad Colicam Somnifera.
In Iliaca passione usus Follis. — En. Ol. Amar.
Contra Inappetentiam. V. Stomachica.
Incraſſantia. — Cerev. Aſtring. ( Dec. Incraſſ. ( D. Malvæ ( Emuls. Arab. ( Pil. Arab. P. Incraſſ. ( Syr. Incraſſ. ( S. de Ovis. — V. Anatepnica. Pect. Incraſſ.
Incraſſantia. Menſtruationis tempore Mala. — Jul. Stipt.
Incraſſantia in Tuſſi Thoracica mala. — Hauſt. ad Catarrh.
Infantibus Teſtacea eſſe optima. — Pulv. Edulc.
Ad Infantum Nares emungeneas. — Errhin. Vitrioli.
Ad Infantes morosos Inſtrumentum. — Infus. Anthelmenth.
Ad Inflamationes. — Fot. Aſtring. ( F. ad Hæmorrh. flux. — V. Angiu. Anody. Eryſie. Pleurit.
Inſtrumentum pro Infanibus morosis. — Infus. Anthelm.
Ad Inteſtina Confortanda. En. Carminat. ( E. Confort. ( E Corrob. ( E de Malicorio.
Intestinorum motus. Suppoſit.
Inteſtinorum Remediorum Ratio. — En. Anod. ( E Balsam. ( E. Carmin. ( E Colic. ( E. Confort. ( E. Terrbint.
Ad Inteſtinorum prolapsum. — Got. Aſtring. ( Suffit. ad Ani procid.
Ischiadica. — V. Arthritica. —
Ad Ischuriam. V. ad Arenulas. Diuret. Urinæ Ard.
Ischuriæ Ratio. — Vapor. ad Urinam ciendam.
Julap. Cordiale Extemporaneum. — Miſt. Card. Edulc.
Julap. Hyſter. Extemp. — Miſt. Aq.
Junrperi Baccarum Tires. — Dec. Junip. Comp.
Jusculorum Vires. — Jusc. Consum.

L

Ad Lac. Repellendum. — Ung. ad Lac. rep.
De Lacte deſtillato. Aq. Limac. Scorb.
Latera'ia Externa. — Catap. de Iride ( C. Later. ( Emp. Carminat. ( E. Later. ( E. Nephrit. ( E. Pleurit. ( Fot. Anon. ( Fot. ad Colic. ( F. ad Inflam. ( F. Later. ( Linim. Later. ( Saccul. Later. ( Sp. Vini Camph. ( Ung. Pleurit.
Lateralium Ezternor. Ratio. — Fot. Later. ( Lin. Later.
Lateralia Interna. — V. Carm. Dol. Larei. Pleur.
Laudanum colat. — Miſt. Pacif.
Laxantia Dec. — Paſſul. ( D. Tamar. ( Elec. Lax. ( E. de Manna ( En. Emoll. ( E. pro Infant. ( E. Laxans. ( Miſt. Tereb. ( Paſſulæ Laxat. ( Pil. de Guai. ( Potio Lenit. ( Pel. Laxans ( P. Rhab. c. ( Ser. Deop. ( q. Diætet. ( S. Tamarind. ( Tinc. Purg. Ceph. ( T. Rhab. ( Suppoſit.
Ad. Lethaegum. — V. Morb. Soporos. —
Limaces deſtill. — Aq. Limac. pect.

Lin-

Linctuum genera, & Ratio. — Loh. Viride.
Ad Linguæ Ardorem, Fiſſur. &c. — Elect. Sanans ( Garg. varia ( Lohch. com. ( L. Lſtvig. ( L. Mucilag. ( L. rub. ( L. Vitell. ( Lit. ad Gulam. — V. Ad Aphthas. Oris fiſſar. Ad Sitim. —
Ad Linguæ Paralyſin. — Elect. Apophleg. ( Empl. Epiſpaſt. ( Errhin. de Etater. ( E. de Euphorb. ( Garg. Paralyt. ( G. ſap Pituit. ( G. ad Pituit. ( G. Sinap. ( Loh. Apoplegm. ( Miſticator. — V. Paralitica.
Linguæ Sordas unde. — Garg. deterg.
Lochiorum fluxum cientia. — Emmenagoga. —
Lochior. fl. cohibentia. — V. Hæmorrh. ſiſt.
Lochia non inhiberi ab Opio. — Jul. Puerp.
Ad Luem Veneream. -- Cec. Sac. ( Pil. Sanct. -- V. Gonorrh.
Ad Lumbaginem. — V. Dol. Dorſi. --
Ad Lumbaginum Intebtiones. — Emp. ad Lumbag.
Lumbis applic. Ratio. — Empl. Dorſale.

M

Malignitas quid. -- Pul Theriacal.
Mellis Vires, & Depuratio. -- Hydrom. Sinap.
Melancholica. — V. Hypocond. Splanchn. --
Contra Melancholicam Intentiones. — Expres. Refrig. ( Infus. Card.
Menſes cientia. — V. Emmenagoga.
Menſes ſiſtentia. — Fot ad Hæmorr. fl. ( Hauſt. Japon. ( H. Stypt. ( Hydrogala Chart. ( Infus. Stypt. ( Iul. Stypt. ( Pil. Aſtring. ( P. Diacalcit. ( P. e Sang. Drac. ( P. Stypt. ( Pul. Hæmopt. ( P. contra Hæmorrh. P. Laccæ Comp. ( P. Stypt. 2. ( Syr. incraſſ. ( S. de Ovis. ( Tinct. Japon. ( Troch. Hæmopt. -- V. Hæmorrag. Incraſſantia.
Mercurialia. — Bol. Vermis. ( Dec. Corallinæ ( Empl. de Merc. crudo ( Errhin. Chem. ( Garg. ad Ulcera ( Lot. Merc. ( Pil. de Merc. crudo ( P. de Merc. dulci ( P. de Scamm. ( Pul. Antelmint. 2. ( Ung. Diſſip.
Mercurialium Vires, Noxa, & Remedia. — Elect. Minet. ( Lot. Merc.
Mercurialia Cancro obeſſe. -- Garg. de Ulc.
Mercurii Pbgatio. -- Pil. de Merc. crudo.
Mercurium dulcem male preſcribi ſimul cum Sale Alcaliſato. — Pil. de Merc. dulc.
Mercurium dulcem corrigeſe Tariolas. — Pil. de Merc. dulci.
Mercurium dulcem non dandum In Hauſtu. — Pul. Anthalm. Purg.
Mercurii ſublimati Probatio. Effectus boni, mali, & eorum remedia. -- Lotio Merc.
Contra Mictionem in lecto. — Dec. Cannab. ( Empl. Punic. ( Pul. Conſol. Comp. ( P. Montagn. ( Tinct. Japon.
Contra Micturitionem. -- Hauſt. Camph. ( Pil. Camph. — V. Incraſſantia.
Millepedum Vires. — Expr. Millep. ſimpl.
Ad Morbos Soporoſos Externa. -- Catapl. Diaſinap. ( C. de Haleg. ( C. de Raph. ( C. Supped. ( Empl. Apopt. E. Cephal. E. Ediſpaſt. ( E. Excit. ( E Nuchale ( E. de Pyreth. ( E Supped. ( E Volat. 2. ( Erhina omnia ( Fot. Spirituoſ. ( Linim. Volat. ( Put. Stenut.
Ad Morb. Sopor. Interna. — Cerev. Ceph. ( Dec. Ceph. ( D. e Lignis ( D. Neurot. ( D. Sanct. 2. ( Elect. Apophlegm. ( E Scorb. cal. ( E. de Sinapi ( E. Spir. ( Elix. Volat. ( Emetica ( Enema Apopl. ( L. Hyſter. ( Garg. Paralyt. ( G. ad Pituit. ( G. Sinap. ( Hauſt. Epilept. ( H. Hyſter. ( H. e Sal. Vol. ( Infus. Cephal. Jul. de Caſt. ( J. Cephal. ( J. Hyſteric. ( J. Volat. ( Miſt. Apoplect. ( M. Paralyt. ( M. Volat. ( Pil. de Amb. ( P. de ( Caſt. ( P. Volat. 2. ( Pul. Ambræ c. ( P. Major. c. ( P. Sinap. Tinct. Epilept. ( Tinct. Gent. ( T. Purg. Cephal. ( Troch. Apopl. ( Vin. Amar.
Ad Morb. Sopor. Intentiones. — Pul. Major. comp.
Ad Morſum Vegenatum. -- Catapl. Theriac. ( Dec. ad Mors. Can. ( Pul. Cephal. Spir. Vini Camph. Tinct. Alexit. ( T. Gent — V. Alexiph.
Moſchus, quibus Hiſtericis conveniens. -- Pl. Solenand.
Mumiæ uſus damnatus. -- Pl. ad Caſum.

## N

Narcotica. — V. Somnifera.
Nephritica. — V. Ad Urenulas.
In Nephritide Cautio. — Jul. Diur. Acid.
Neurotica. — Bals. Mirab. (Dec. Neurot. (Expr. Millep. — V. Paralytica.
Nitri vires. — Dec. Coccin. (Hauſt. Nitros. (Jul. Pleurit. (Pul. Nitros.
Nitri abusus. — Jul. Diur. Nitros.
Nitrosa non miscenda Spiritibus Acidis. — Syr. Diuret.
Nitrosa non convenire in Feb Malignis cum Diarrhœa, aut vomitu. — Dec. Coccin.
Nocturna Pollut. — V. Ad Gonorrh.

## O

Ad Obſtructiones. — Cerev. Aper. (C. Icter. (C. Purg. Hydropic. (Dec. Aper. (D. Cachect. (Elect. Tart. (Infus. Res. (Julap. Prop. (Miſt. Ecphract. (Pil. Ammon. Stomach. (P. Ecphract. (P. de Guajaco (Pul. Pepr. Tartar. (P. Rhab. c. (Serum Deop. (S. Scorb. (Succ. Cochl. (S. Scorb. (Syr. de Ammon. (Tinct. Gent. (Vin. Amar. (V. Scorb. (Ung. Aper. (Ung. Splanch. — V. Calybeata. Diuretica. Emmenag. Icterica. Scorbut. Splanchnica.
Obſtructiones non fieri a Cortice Per. — Elect. Peruv. Epilept.
De Oculis. — Frontale (Pul. Sternutat.
De Oculis Cancr. & Acidis. — Hauſt. ad Febr. Vulner.
Oculor. Cancr. præp. — Emul. Edul.
Odontalgia. — V. Dol. Dent.
Odorifera. — Paſtil. Odorif. (Pul. Capillar. (P. Odor. (P. O. Damasc. (Suffit. Odor. (Troch. Mosc.
Odorifera uſta fœtare. — Suffit. Odor.
Odorifera quibus, & quare nocent. — Pil. de Ambra.
Oleum Amygdal. caute Aurib. immittendum. — Miſt. Acuſt.
Oleor. Chemic. Probatio. — Elæosacch. Card.
Oleor. Chem. miscendi modus. — Miſt. Junip.
Olea Chem. in Enemat. — En. Anod.
Ol. Chem. Usus externus. — Ung. Pect.
Olei lini deputatio. — Hauſt. Oleos.
Ab Oleoſis non ſtatim bibendum. — Hauſt. Oleos:
Oleosa non occludere poros. — Ung. Aperit.
Ophtalmica Externa. — Bals. Mirab. (Catapl. de Pomis (C. de Sede (Empl. Cephal. (E. Epiſpaſt. (E. de Major. (Epith. Front. Lact. (For. Ophthalm. (Front. (Linim. Front. (Pul. Capill. (Ung. Front. — V. Cathar. Cephal. Refrig.
Ophthalm. Interna. — Dec. Neurot. (Expreſſ. Millep. s. (Pul. Euphrag. c. (P. Major. c. (P. Millep. c. (P. de Nuce Mosc. c. (Pept. — V. Cephalica. Refrigerantia.
Opiata. V. Somnifera.
Opiata Puerperis convenire. — Jul. puerp.
Opiata celare. — Miſt. pacif.
Cum Opiatis Cardiaca. — Hauſt. Diaphor.
Opium caute Auribus indendum. — Catapl. de Cymino.
Opium in Enemate. — En. Somnif.
Opium externe applic. forsan non Anodynum. — Empl. Anod.
Oris Medicamenta. — V. Stomachica.
Ad Orthopnœam. — V. Aſthma. Dispnœa.
Otica. — V. Aurium Morb.
Ad Ozœnam. — Garg. Mirr. (Tinct. Antiphr. (T. Japon.

## P

Ad Palp. Trem. &c. Cordis. — V. Cordis Palp.
Panis deſtillatus. — Acq. Limac. Pect.

Para-

Paralytica Externa. — Balneum ( Catap. Diaſinap. ( C. de Rapis ( Empl. Apopleſt. ( E. Carminat E. Epiſpaſt. ( E. Nuchale ( F. de Pyreth. ( E. Volat. ( Fot. ad Artic. dol. ( F. Ronor. ( F. Spirit. ( Linim. Paralyt. ( L. Volat. ( Lotio Ceph. ( Ol. Paralyt. ( Sinapiſmus ( Smegma Ceph. ( Spir. Vini Camph. ( Thermæ Sulph. ( Tinct. Canthar. ( Ung. ad Atroph. ( U. Salino-volat.
Paralyticorum Externorum Ratio. — Empl. de Pyreth. ( Linim. Paralyt.
Paralytica Interna. — Bals. Mirab. ( B. Schefferi ( Cerev. Ceph. ( C. Diurat. ( C. e Lignis ( C. Scorb. cal. ( Dec. Cephal. ( D. Chamæp. ( D. Junip. ( D. e Lignis ( D. Neuroſt. ( D. Pœon. c. ( D. Sanct. 2. ( Elec. Apophleg. ( E. Mag. ( E. de Sinapi ( E. Spirit. ( Elix. Volat. ( Emetica ( Enema Apopleſt. ( E. Carmin. ( E. Hyſter. ( E. Terebinth. ( Garg. Paralyt. ( G. Sinapin. ( Hauſt. Hyſter. ( H. e Sal. vol. ( Infus. Ceph. ( I. Zed. com. ( Iul. de Caſt. ( I. Ceph. ( I. Eolat. ( Loh. Apopleg. ( Miſt. Apopl. ( M. Bals. Ceph. ( M. Iunip. ( M. Paralyt. M. Tereb. ( M. Volat. ( Oxym. Purg. Pect. ( Pil. de Caſtur. ( P. Cratou. ( P. Solenand. ( P. Volat. 2. ( Pul. Euphrag. c. ( P. Gutteta ( P. Major. c. ( P. Millep. c. ( P. Sinap. c ( P. Sternutat. ( Succ. Scorbut. ( Tinc. Epilept. ( Troch. Parelyt. ( V. Mirab.
Paralyt. Internorum Ratio. — Miſt. Paralyt.
Paralyticis qualia conveniunt. — Miſt. Paralyt.
Paralyſeos Diagnoſtica. — Ol. Paralyt.
Ad Partum, & Puerperas. — Bol. (ad Caſum ( Elect. de Cinnam. ( Miſt. Aur ( M. Hyſter. Spir. ( M. Puerper. ( Pul. Puerp. ( ad Caſum ( P. Myrr. comp ( P. Puerp. ( Vapor. ad Partum ( Ung. Puerper. — V. Dol. poſt. Partum. Emmenag. Puerp.
Ad Partum promovendum Intentiones. — Miſt. Hyſter. Spir. ( Pil. Puerp.
Paſſularum Vires, & differentia. — Dec. Pect. Balsam.
Pectoralia. Externa. — Catapl. de Iride ( Empl. Pect. ( E. Stomach. ( Saccul. Later. ( Scut. Pect. ( Ung. Pect.
Pectoralium Extern. Ratio. — Empl. Pect.
Pectoralia Balsamica. — Aq. Bals. ( Decoct. Balsam. ( D. Pect. Bals. ( D. Tolut. ( Elec. Bals. ( E Diarulph. ( E Lucatel. ( E. de Myrr. ( E Terebinth. ( Emuls. Balsam. ( Loh. Balsam ( L. Lucatel. ( L. Myrrh. ( Peruv. ( Miſt. Balsam. ( M. B. Pect. ( M. B. Peruv. ( M. Terebint. ( Pil. Bals. ( P. Gilead. ( P. de Myrrha ( P. Sulp. ( P. Tolut. ( Pul. Bals. ( Syr. Balsam. ( S. de Myrr. ( Tinc. Bals. ( T. Pect. ( Troch. Balsam.
Pect. Bals. Ratio. — Dec. Bals. ( Elec. Bals. ( Loh. Myrr. ( Pil. Gilead.
Pectoralia Incidentia. — Dec. Expect. ( Elect. Expect. ( E. Spirituos. ( Emuls. Aſthmat. ( E. Brun. ( Hauſt. e Sale vol. ( Hydrom. Aſthmat. ( H. Ioel. ( H. Pect. ( Iul. Diuret. Aromat. ( I Pect. ( Loh. de Allio ( L. Apoplegm. ( L. Aſthmat. ( L. Emuls. ( L. de Lido ( L. Myrr. ( L Peruv. ( L. Vir. ( Miſt. Ammon. ( M. Aſtmat. ( M. Expect. 2. ( M. Sapon. ( M. Tereb. ( Oxym. Aſth. ( O. de Peto ( O Purg. Pect. Pil. de Allio ( P. Aſthmat. ( P. Croc. ( P. Expect. ( P. Nig. ( P. Pect. ( P. Volat. 2. ( Potio de Ammon. ( P. Diasulph. ( P. Mil. comp. ( Syr. de Allio ( B. de Ammon. f. ( S. Aſtma. ( S. de Helen. ( S. de Myrr. ( S. Nicot. ( Tinc. Pect. ( Vin. Emul.
Pector. Incid. Ratio. — Dec. Expect.
Pectoralia Incraſſantia. — Decoct. Catarrh. ( D. Catechu. 2. ( D. Cerev. ( D. Cynogl. ( D. Glycyrrh. ( D. Incraſſ. ( D. Malacense ( D. Pect. ( D. Rapar. ( D. Ros. ( Elect. de Malva ( E. de Manna ( E. Maſtich. ( E. Pect. ( E. Quadrat. ( E. Rosar. ( E. Sunan. ( Extract. Pect. ( Hauſt. Becch. ( H. ad Catar. ( H. de Cynogl. ( H. Lact. ( H. Saccar. ( Infus. Hiſpan. ( Loh. Bech. ( L. Com. ( L. Haly. ( L. Incraſſ. ( L. Oleos. ( L. ad Rauced. ( L. e Sperm. Ceti ( L. Vitell. ( Mel. Paſſul. 2. ( M. Pect. ( Miſt. Diasulph. ( M. de Glycyr. ( Pil. Sulph. ( Pul. Arab. ( P. Incraſſans ( Syr. Cynogl. ( S. Incraſſ. ( S. de Liquir. ( S. de Ovis ( Tinct. dul. ( Troch. Catarrh. Troch. Pect. n.
Pectoral. Incraſſant. Ratio. — Dec. Pect. ( El. Rall. ( Loh. Bech.
Pectoralia mixta. — V. Bechica.
Pectoralium Ratio. — Jul. Pect. ( Loh. Lucatel. ( Miſt. Pect. ( Pil. Croc.
Pectoralia, quæ sunt vera. — Loh. Lucatel.
Pectoralium exhibendorum modus. — Infus. Hiſpan.

Pectoralia non immediate deſcendere in Pulmones. — Loh. Haly.
Ad Pedum Tumores. — Lavament. Hydrop. ( Lixiv. de Calce.
Peptica. — Elix. Cinnam. ( E. Caryoph. ( E. Stom. ( Infus. Zedoar. ( Pul. Aniſ. c. ( P. Aromat. ( P. Carminat ( P. Nuc. Moſc. c. ( P. Pect. 2. ( P. Stom 1. ( P. Tart. ( Tinct. Aromat. ( T. Gent. ( T. Stom. ( Troch. Stom. ( Vin. Amar. ( V. Mirab. ( V. Stomach. — V. Carminativa Stomach.
Pepticorum Ratio. — Pul. Pept.
Perlata — Jul. Perl. 5. ( Pul. Perl. Sacch. Perl.
Ad Perniones. Epith. de Calce.
Ad Pertuſſim Infantum. — Expr. Millep. ad Pertuſſ. ( Jul. Moſch. ( Miſt. Moſch. ( Syr. ad Tuſſim. Conv.
Ad Phrenit. ( V. ad Febr. Ardent. Sitim. Vigilias.
Phthiſica. — Aqu. Balsam. ( A. Limac. Scorb. ( A. L. Pector. ( A. Millep. ( Balſ. Mirab. ( Cerev. Pect. ( Dec. Cerevis. ( D. Edulc. ( D. Phthis. ( Elect. Di. sulph. ( E. de Myrrh. ( Expreſſ. Millep. ( Jul. Perl. Phthis. ( Juſc. Galli ( J. Phthis. ( Lixiv. de Calce ( Loh. Myrrh. ( Pct. Phth. ( Suffit. Phthis. ( Syr. Balſ. ( S. de Myrrh. ( Tinct. Antiphth. ( Troch. Catarr. ( T. Phthis. ( Vapor. Pect. — V. Analept. Balsam. Catarrhal. Hæmopt. Pectoral.
Ad Phtiſin Intentiones. — Aqu. Limac. Scorb. ( Dec. Phthis. ( Jul. Perl. ( Phthis. ( Loh. Myrrh. ( Tinct. Antiphthis. ( Vapor. Pect.
Pilulas Cephalicas præſtare Potionibus. — Pil. Ceph.
Pituitam in Corporis Habitu ſtagnantem Attenuantia, Digerentia, & Educentia. — Dec. Cachect. ( Oxym. Purg. Pect. — V. Cachectica. Ad Obſtrictiones, Scorbut. Splanchn.
Pituitam in Pulmonibus Corrigentia. & Expurgantia. V. Aſthmatic. Pector. Balſa. Pector. Incid.
Pituitam in Ventric. & Inteſtinis Attenuantia, & Evacuantia. — Emet. ( Oxym. Purg. Pect. ( Pilul. de Ammon. Stom. ( P. Sylv. ( Tinct. Purg. Cephal. — Carminat. Purg. Stomach.
Pituitam ex Ore educentia. — V. Apophlegm.
Pleuritica Externa. — Catap. Later. ( Empl. Pleur. ( Fot. Later. ( Lin. Later. ( Sacch. Later ( Ung. Pleur.
Pleuriticorum Externorum Ratio. — Fot. Later ( Ung. Pleur.
In Pleuritide vera Externa non prodeſſe. — Lin Later.
Pleuritica Interna. — Aq. Fimi ( Dec Coccin. ( D pect. ( D Pleurit. ( Emuls. com. ( Expr. Pleurit. ( Hauſt. Pleur. ( H. Nitros. ( H. Oleos. ( H. e Sal. Vol. ( Iul. Pleur. ( Loh. de Lino ( L. Pleur. ( Miſt. ad Concret. ( M. Pleuri. ( Pil. de Olib. ( P. Pic. ( P. Pleurit. ( Pul. Hibern. ( Sacch. Nitrat.
Pleuriticorum Internorum Ratio. — Expr. Pleurit. ( Iul. Pleur. ( Miſt. ad Concre. ( Pil. Piceæ.
Podagricæ V. Arthritica.
Potus Fabricantium. — Dec. Acetosæ ( D. Coccin. ( D. Fracaſtor. ( D. Luſitan. ( D. Paſſul. D. Ros. ( D. Tamarind. ( Emuls. Cum. ( Hydr. cum Ceraſ. ( Infus. Rosat. ( Julap. Acido-dulce ( I. Diur. Acid. ( I. Refrig. ( Pot. Vino. Refrig. ( Ptisana ( Serum Lujul. ( S. Tamarind.
Præparans. — Hauſt. Præp. ( Pul. Acidus.
Præp. Ocul. Cancr. Cretæ Teſtac. &c. — Emuls. Edulc.
Ad Procidentiam Ani, vel Uteri. — Empl. Punic. ( Fot. Aſtring. ( Suffit. ad Ani procid. ( S. ad Uter. prolapsum.
Uterum non procidere. — Suffit. ad Uteri prolaps.
Psorica. V. Ad Cutaneos Affectus.
Pro Puerperis. — Loh. Puerper. — V. Dol. poſt. Partum ad Partum, Feb. Malig. Emmenag. Hæmorrhag. ſiſt. Hyſter.
Puerperis non semper obeſſe Opium. — Iul. Puerp.
Purgans Externum. — Ung. Aloet.
Purgantia Lenia, & Media. — Bol. de Caſſ. ( B. Lut. ( Cerev. Purg. Puerilis ( C. Scorb. cal. ( Dec. Agar. ( D. Cachect. ( D. Coprogog. ( D. Diur. Cathart ( D. Cort. ( Iugl. Purg. ( D. Purg. com ( D. Sanctis Purg. ( D. Tart. Purg. ( Elect. Corinth. ( E. Laxans ( E. de Manna ( E. de Rhab. ( E. Tamarind. ( E. Tart. ( Enema Commune ( E. Laxans ( E. Purg. ( E Terebint. ( Infus. Purg. ( I. Rhab. c. ( Miſt. Tereb. ( Ol. Rhab. ( Paſſulæ Anthem. ( P. Laxat. ( P. Purg. ( Pil. Ammon. Stom. ( P. Bened. ( P. Cachec. ( P.

Catarrh. ( P. Cephal ( P. Chal. Purg. ( P. de Guaiaco ( P. de Rheo ( P. Sanctæ ( P. Stom. Purg. ( Potio de Ammon. ( P. Lenit. ( P. Purg. Nephr. ( P. de Rhab. ( Pul. Laxans ( P. Rhab. c. ( Serum. Deopp. ( Tinc. Purg. Cephal. ( T. Rhab. ( Vin. Amer. Cath. ( V. Cathart.
Purgantia fortiora. — Bol. Pur. Com. ( Cerev. Purg. Hydrop. ( Dec. Cort. Iugl. purg. ( Elect. Hydrop. ( E. Purg. ( Elix. Cathart. ( Emulſ. Cath. ( Eſſent. Citrina ( Hauſt. e Diagryd. ( H. hydrag. ( Oxym. de Pet. ( Pil. Cathol. ( Pil. Col. ( P. hydrag. ( P. Luteæ ( P. de Merc 2. ( P. de Scammon. ( Potio Purg. hydr. ( P. P. Reſin. ( P. Sancta ( P. VVarvvic. ( Pulv. Cathart. ( P. Cathol. ( P. Panchymag ( Syr. Diagryd. ( Tinc. Purg. ( Vin. hydr. 2.
Purgantia Hyſterica, & Splenica. — Dec. Agar. ( D. Iugl. purg. ( Pil. Bened. ( P. Cacheſt. ( P. Cephal. ( P. Chal. Purg. ( P. de Guajaco ( Potio de Ammon. ( Serum. Purg. hyſter. ( Tinc. Purg. Cephal.
Purgantia Pectoralia. — Col. de Caſſia. ( Dec. Agar. ( D. Pect. ( D. Sanct. Purg. ( Elec. de Manna ( Miſt. Tereb. ( Pil. Catarrh. ( P. de Guaiaco ( Potio de Ammon ( P. Sancta.
Purgantium Reſinosorum noxa. — Emulſ. Cathart.

R

Ad Rachitidem. — Aq. Limac. Pect. ( Cerev. Purg. pro Puer. ( C. ad Rachit. ( Dec. Aper. ( D. Edulc. ( D. Pect. Empl. Spinalo ( Iul. Perl. Phth. ( Linim. Spin. ( Syr. ad Tuſſim ( Ung. Apert.
Rachitis, quando maxime occurit. — Cerev. ad Rachit.
Ad Raucedinem. — Elect. Lucatel. ( E. Roſat. ( Extr. Pect. ( Loh. Com. ( L. ad Rauced. ( L. Vigell. — V. Analept. Catarrh.
Refrigerantia Interna. — Dec. Acetoſæ ( D. Coccin. ( D. Luſitan. ( D. Tamari. ( D. Urticæ acin. ( Elect. Acid ( Emulſ. Com. ( En. Refrig. ( Expr. Beccab. ( E. Refrig. ( E Scorb. temp. ( Garg. Deterg. ( G. ed Ling. Ard. ( G. Refrig. ( G. de Sedo ( Hauſt. Nitros. ( H. Pareg. Refrig. ( Iulap. Acido-dulce ( I. Refrig. ( I. de Sedo ( Pul. Nitros. ( Saliv: mov. ( Sacch. Nitros. ( Serum Lujul. Syr. Diuret.
Refrigerantium Internorum Ratio. — Infuſ. Roſ. ( Iul. Refrig. ( Serum Lujul.
Refrigerantia Externa. — Catapl. Papav. ( C. de Pomis ( C. Sambuc. ( C. de Sedo ( C. de Ter. Cimol. ( Emp. de Albo ( Epith. Cephal. ( E. Front. ( E. de Sacch. Saturni ( Fot. Ophthal. ( F. Pacif. ( Lin. Front. ( Lotio de Ceruſſa ( Ung. ad Eryſip. ( U. Renale.
Repellentia. — Catapl. de Sedo ( Epith. Alum ( E. de Sacch. Saturni ( Fot. Aſtring. ( F. Dyſenter. ( F. ad Hæmorrh. flux. ( Lotio de Ceruſſa ( L. ad Erupt. ( Tinct. Antipt. ( T. Iapon. ( Ung. ad Lac. repell. ( V. Refrig.
Repellentia in Angina, & Eryſipelate, mala. — Catapl. Angin. ( Miſt. ad Eryſip.
Revulſionis Ratio. — Lotio Ped.
Ad Rheumatiſmum. — Dec. Depur. ( D. Edulc. ( D. Pect. ( D. Sarſæ. ( Emulſ. Com. ( Epith. de Calce ( Infuſ. Traumat. ( Pul. ad Caſum ( P. Hibern. — V. Refrigerantia.
Ad Ructus. V. Carminativa Peptica.

Sacchari nimium uſum eſſe perniciosum. — Elect. Pect. ( Hauſt. ad Catarr.
Salis Prunellæ modus exhibendi. — Dec. Coccin.
Sal Succini. — Pul. Diuret.
Salia volatilia in Clyſteribus. — En. Anod.
Salium volatilium operationes. — Hauſt. e Sal. vol.
Salivam educentia. — Elect. Apophl. ( Garg. ad Pituit. ( G. Paralyt. ( G. de Piret. ( G. Sinap. ( Loh. Apophlegm. ( Maſticator. ( Pil. Diacalcit. ( Pul. Saliv. mov. ( Sacc. Nitrat. ( Tinct. Odontalg. ( Vapor. ad Ang.
Salivationem non impediri ab Aſtringentibus. — Garg. de Vite.
Sanguinem Acrem Diluentia, & Edulcorantia. — Cerev. Pect. ( C. Scorb. Attem. ( Dec. Edulc. ( D. Incraſſ. ( D. Liber. ( D. Malv. ( D. Paſſul. ( D. Pect. Balſam. ( D. Sarſæ ( Emulſ. Arab. ( E. Com. ( Juſc. Cancr. fluv. ( Pul. Arab. ( P. Edulc.

Sanguinem coagulatum Diſſolventia. — Bol. ad Caſum ( Dec. Traumat. ( Expr. Millep. s. ( Hauſt. ad Caſum ( H. e Sal. vol. ( Hydrom. limp. ( Infuſ. Reſer. ( I. Traumat. ( Jul volat ( Miſt. ad Concret. ( M. e Sperm Ceti ( M. ex Oc. Cancr. ( M. Succinata ( Oxym. Purg. Pector. ( Pil. Aſtmat. ( P. Haloſanth. ( Potio Vuln. ( Pul ad Caſum ( P. Haloſanth. ( P. Hibern.
Sanguinem Craſſum Attenuantia. — V. Amara Pectoralia Incid.
Scorbut. calida.
Sanguinem Depreſſum Exaltantia. V. Chalybaata, Icterica, Scorbutica.
Sanguinem Fœculentum Depurantia. — Aqu Millep. ( Cerev. Antimon. ( C. Aper. ( C. ad Cancr. ( C. Hydrop ( C. P. Antimon. ( C Scorb. ( Dec Aper. ( D. Cacheſt. ( D. Chamæp. ( D Depur. ( Edulc. ( Proric. ( D. Sarsæ ( Elect. Cinnab. ( E. Miaer. ( E. de Sarsa ( E. Tartar. ( Expr. Beccab. c. ( E. Millep. s. ( E. Scorb. ( Miſt. Tereb. ( Pulv. Edulc. ( P. Ocul. Cancr. ( Serum Deop. ( S. Diætet. ( Suc. Attemp. ( S. Scorb.
Sanguinem Ferventem Refrigerentia. V. Refrigerantia ad Sitim.
Sanguinem Attenuatum Incraſſantia. T. Sang. Acrim.
Sanguinis Fluxum ſiſtentia V. Hæmorrhagiam ſiſtentia.
Ad Sanguinis Mictum. V. Hœmorrh.
Ad Sanguinis Spiritu. V. Hæmopt.
Sarsæ, & Chinæ vires ſuſpectæ. — Dec. Sarsæ.
Ad Scabiem. V. Pſorica.
Scorbutica Externa. — Balneum ( Empl. Arthrit. ( E. Epiſpaſt. ( E. de Merc. crudo ( F. volat. ( Epith. de Calce ( Fot. ad Artic. dol. ( F. Podagr. ( F. Scorb. ( F. Spir. ( Sinapiſmus ( Spir. Vini Camp. ( Tinct. Cantharid. ( T. Laccæ.
Scorbuticorum Externorum Ratio. Fot. Scorb.
Scorbutica Interna Calida. — Aq. Scelotyrb. ( Cerev. Diuret. ( C. Scorb. cal. ( C. S. Extemp. ( Dec. Junip. 2. ( D. Scelotyrb. ( D. Triſol. ( Elect. Scorb. cal. ( E de Sinapi ( Expr. Scorb. cal. ( Gargar. contra Fœtorem. ( G. Myrrh. ( G. Prunell. ( G. Scorb. ( G. ad Ulcera ( Jul. Scorb. ( Miſt. Scorb. ( Sacch. Scorb. ( Serum Scorb. ( Spir. Antiscora. ( Succ. Cochl. ( S. Scorb. ( Tinc. Genti. ( Vin. Scorb.
Scorbuticorum Calidorum Ratio. — Cerev. Scorb. cal. ( Dec. Scelotyrb. ( Elect. Scorb. cal.
Scorbutica Temperata. — Aqu. Fimi ( Aqu. Limac. Scorb. ( Cerev. Aper. ( C. Scorb. Attemp. ( Dec. Aper. ( D. Depur. ( D. Paſſul. ( D. Sarsæ ( Elect. Arid. ( E. Scorbut. temp. ( E Tartaris. ( Expr. Beccab. c. ( E. Refrig. ( E. Scorb. temp. ( Miſt. ex Ocul. Cancr. ( Pulv. Acid. ( P. Edule ( Sacch. Nitrat. ( Serum Diætet. ( succ. Attemp. ( S. Scorb.
Scorbuticorum temp. Ratio. — Cerev. Scorb. attemp. ( Succ. Scorb.
Scorzoneræ vires ſuſpectæ. — Dec. Varioloſ.
Ad Scrophulas. — Aq. Bard. Comp. ( Aq. Millep. ( Cerev. ad Cancr. 2. ( C. ad Scroph. ( Dec. Liber. ( D. ad Scroph. ( Expr. Mil. ( P. Bals. ( P. de Merc. 2. ( Pul. ad Scroph. ( P. ad Strumas.
Ad Scrophulas Intentiones. — Dec. ad Scrophulas.
Ad Scrophulas Remedia quando potiſſimum exhibenda. — Pul. ad Strumas.
Ad Scibalos expellendos. — Dec. Coprogog.
Ad Secundinas retentas. V. Emmenag. Puerper.
De Senna. — Infus. Purg. ( Pul. Laxans.
Sarum Deſtillationi commodius eſſe Lacte. — Aq. Bard.
Sinapiſmorum Vices. — Sinapiſmus.
Ad Singultum. — Catap. Stomach. ( Elæosac. card. ( Empl. volat. ( Fot. Spirit. ( F. Stom. ( Jul. Moſch. ( J. M. Infant. ( Pil. de Ambra ( P. Solenand. ( Saccul. Arom. ( Spir. Vini Camph.
De Singultu. — Jul. Moſch.
Ad Sitim. — Dec. Acetoſæ ( D. Coccinel. ( D. Depur. ( D. Luſitan. ( D. Paſſul. ( D. Scorzon. ( D. Tamarind. ( Elect. Acid. ( E. Tartar. ( Emnls. Comp. ( Expr. Beccab. c. ( E. Refrig. ( Garg. Comp. ( G. Deterg. ( G ad Linguæ ard. ( G. refrig. ( Hauſt. Nitroſ. ( Hydrom. cum Ceraſis ( Infus. Roſ. 2. ( Jul. Acido-dulce. ( J. Card. temp. ( J. Reſocill ( J. Refrig. ( J. de Sedo ( Potus vinoſ. refrig. ( Ptiſana ( Pul. Nitroſ ( Sacchar. Nitrat. ( Ser. Lujul. ( S. Tamarind. ( Syr. Diuret. ( Troch. e Tamarind.

Somnifera Externa. — Catapl. Papav. ( C. Supped. ( C. de Tar. Cimol. ( E. Epispaſt. ( E. Supped. ( E pro Temp. ( Epith. Cephal. ( E. Front. 2. ( Pot. Pacif. ( Lin. Front. ( Lint. Somnif. ( Lotio Ped. ( Ung. Front.
Somnifera Interna. — Dec. Fracaſt. ( D. Pacif. 2. ( D. Sacr. Sedat. ( Emuls. Comp. ( E Pacif. ( Enema Col. ( D. Somnif. ( Hauſt. Pareg. 2. ( Hauſt. Variolos ( Miſt. Pacif. ( M. Papav. ( M. Theb. ( Pil. Tatarrh. ( Potio Colica.
Ad Soporoso. Morb. — V. Morb. Sopor.
Ad Spasmum. — V. Contra Convuls. Paralytica.
Specificorum Ratio. Dec. Cort. Jugul.
Spir. Sal. Armon. Halitus ad Menses evocandos. — Vapor. e Colocynt.
Spir. Vini Externa operatio. — Miſt. ad Fryſip.
Spir. Vini, & Sal. Volat. in Enemate. — En. Anod.
Spirituosa cum Unctuosis. — Ung. Pleur.
Splanchnica, & Splenetica Externa. — Empl. Carminat. ( E. ad Languores ( E. Splenet. ( Fot. Splenet. ( Ung. Aperit. ( U. Diſſip. ( U. Splanch. ( U. Splenet.
Splanchnica, & Splenetica Interna. — Aq. Milless ( Cerev. Splanch. ( C. Splenet. ( Dec. Chamœp. ( D. Cort. Jug. 2. ( Junip. 3. ( D. Pœon. c. ( D. Splanchn. ( D. Splenet. ( Elect. Camphor. ( E. Corinth ( E. de Curcuma ( E. Splanchn. ( Enema Carm. ( Expr. Refrig. ( Infus. Zedoar. c. ( Jul. Carminat. ( J. Prop. ( J. Splanchn. ( Miſt. Aromat. ( M. Carmin. ( M. Ecphactica ( M. Junip. ( M. Volat. ( Paſſulæ Laxat ( Pil. de Caſtor. ( P. Ecphract ( P. de Rhao ( E. Splenet. 2. ( Potio de Ammon. ( Pul. Arthrit. ( P. Darminat. ( P. Rbab. com. ( P. Splanch. ( Serum Deopp. ( S. Splenet. ( Tinc. Gen. ( Vin. Amar. ( V. Emul. — V. Aper. Chalybeata. Scorbutica.
Splanchnicorum Ratio. — Dec. Splanch. ( Miſt. Ecphr. ( Empl. Splenet.
Stercoris Pavonis partes duæ. — Cere v Epilept.
Sternutatoriorum Ratio. — Pul. Sternut.
Sternutatoria in Aurium, & Oculorum affect. mala. — Pul. Stornut.
Stomachica Externa. — Catapl. Stomach. ( Empl. Punic. ( E. Rohor. ( E. Stomac. 2. ( Epith. Stomach. ( Fot. Aſtring. ( F. Spirit. ( F. Stomach. ( Sacul. Stom. ( Scut. Stom. 2. ( Splrit. Vini Campb. ( Ung. Stomach.
Stomach. Externorum Ratio, & Locus. — Empl. Stom.
Stomachica Interna. — Aq. Junip. ( Cerev Junip. ( Dec. Junip. 2. ( D. Maſtic. ( E. Cretac. ( E. Flrosac. ( Elect. Acid. ( E. Card. cal. ( E. de Cinnam. ( E. de Sedo 2. ( E. e Zinzib. Magn. ( E. de Ment. ( F. Spirit. ( E. Stomach. ( E. Stom. ( Expr. Ros. ( Hauſt. contra Vomit. ( Infus. Zedoar. ( Elix. Cinnam. ( Julap. Antemet. ( Julap. Caryopb. ( Julap. Cord. ( J. Stomach. ( J. Volat. ( Miſt. Alcalisata ( M. Arom. ( Miſt. Corall. ( M. Junip. ( M. ex Ocel. Cancr. ( P. M. Stomach ( M. Volat. ( Pil. de Ammon. Stom. ( P. Antiemst. ( P. Jap. ( F. stom. 2. ( P. Volat. 2 ( Pul. Major. c. ( I. P. Nuc. Mosch. 2. ( P. Rhabarb. c. ( P. Sinap. c. ( P. Stomach. 2. ( P. Vart. c. ( Spir. Carui ( Tinct. Arom. ( T. Jap. ( T. Stom. ( Troch. S. I. ( Vin Mirab. ( V. Stom. — V. Amara. Carminativa. Peptica.
Stomachicorum Internorum Ratio. — Elect. Stom. ( Jul. Carmin ( J. Stom. ( Pil. Stom. ( Pul. Stom. amar. ( P. Tart. c.
De Stomachicis Aromaticis. — Pul. Pept.
De Stomach. Spirituoſis. — Pil. Stomac.
Stomachica Purgantia. — Pil. de Ammon. Stom. ( Pil. de Guajaco ( P. de Rheo ( P. Stom. Purg. ( Tinct. Purg. Cephal.
Stomachica ad Oris Asperitatem, Eroſiones, Fiſſuras. — Garg. Angin. ( G. Emoll. ( G. Lævig. ( G. ad Linguæ ard. ( G. Refrig. ( G. de Sedo ( G. Variolos. — V. Ad Linguæ ardorem. Ad Aphth.
Stomachica ad Oris Ulcera. — Garg. com. ( G. Maſt. ( G. Myrr. 2. ( U. Prunell. ( G. Ros. ( G. Rub. Tinctor. ( G. Scorb. ( G. de Vite ( G. ad Ulcera ( Litus ad Aphth. ( I. Infant Loh. de Olib. ( Lo. Votell. ( Miſt. ad Oris. Ulcera.
Stomachicorum Ratio. — Garg. deterg. ( G. pro Uvula.
Stomachicorum Acrium Ratio. — Garg. de Pituit. ( G. de Pyretrh. ( G. pro Uvula.
Stomachicorum Aſtringentium Ratio. — Garg. Prunell. ( G. de Vite.
Styptica. — V. Hæmorrhag. Siſt.
Ad subfultus Tendium. — Empl. Epispaſt. ( Jul. Perl. Hyſter. — V. Alexiph. Cardiaca. Ad Febr. Malign.

Suc-

Succorum Herb. Vires. — Succ. Scorb.
Succi quibus incongrui. — Succ. Attemp.
Ad ſuccos conſervandos. — Succ. hydrop.
Adverſus Sudores Nocturnos. — Cerev. Aſtring. ( El. de Curc. ( Hauſt. hydrag. ( Hydrogal. comp. ( Pil. hydrag. — V. Analeptica Sanguinem Edulcorantia, Depurantia, Exaltantia.
Suffituum, & Vaporationum Ratio. — Suffit. Phthis. ( Vapor. Pect.
Suffitus quando Vitandi. — Suffit. ad Catarrh. ( S. Phthis.
Sulphuris vires, & penetratio. Sulphur non convenire Gravidis. — Pil. Poterii.
Ad vaſa Sulphure condienda. — Sacch. hydrop.
Suppedanea. — Catapl. de Halec. ( C. de Raph. ( C. Supped. ( Emp. Apopl. ( E. excitans ( E Nucale ( E. de Pyreth. ( E. Supped. ( E. Volat. ( Fot. pacif. ( Lotio ped.
Suppedaneorum Ratio. — Cataplasm. Supped. ( Fot. pacif. ( Lot. ped.
Suppoſitoriorum, & Enemacum Ratio. Suppoſitor.
Ad Surditatem. — V. Ad Aurium Morbos.
Ad Syncopen. — V. Ad Cord. Palpit. &c. Cardiaca. Hyſterica. Stomachica.
Ad Syncopen Intentiones. — Pil. Syncop.
Mel. in ſyrupis. — Syr. Alb.

## T

Tabaci Fumus, & Decoctum pro Enemate. — En. Ol. Amar.
Tartari Vires. — Elect. Tartaris.
Ad Teneſmum. — Fot. ad Inflam. ( Ad Teneſm.
Terebintinæ Vires. — Enema Tereb.
Terebinthinæ noxa. — Bol. de Daſſia ( Miſt. Diuret.
Ad Teſticulorum Tumorem. — Catapl. de Rapis.
Ad Tormina Ventris. — Elect. Cretac. ( En. Anod. ( E. Carmin. ( E. Leniens ( E. ad Tormina ( Pul. Edulc. ( Spir. Vini Camph. — V. Colic. ſomnif.
Traumatica. — V. Balſamica. Ad Caſum.
Traumaticorum Ratio. — Dec. Traumat. ( Hauſt. ad Caſum ( Infus. Traumat.
Ad Tremorem. — V. Paralyt.
De Tubis Acuſticis. — Miſt. Acuſt.
Ad Tumores Tonſillarum. — V. ad Anginam.
Tumorum Ratio. — Ung. Aperit. ( U. Pleurit.
Ad Tuſſim. — V. Bechica. Catarrhalia. Pectoralia.
Ad Tuſſim Ferinam. — Exp. Millep. ad Pertus. ( Jul. Moſch. Infant. ( Pil. Solenand. ( Syr. ap Tuſſim.
Ad Tuſſim Laborioſam. — V. Pect. Incid.
Ad Tuſſim ſiccam. — El de Manna ( Loh. Com. ( Pil. Bals.
De Tuſſi Gutturali, & Pectorali. — Hauſt. ad Catarr. ( Infus. Hiſp.
Tuſſim revocandam. — Loh. Apopleg.
Ad Tympanitim. — Fot. ad Tymp.

## V

Ad Variolas. — Dec. Fracaſt. 2. ( D. Malac. ( D. pacif. ( D. paſſul. ( D. pect. ( D. Scorz. ( D. Variolos. ( Emuls. com. ( E. Cord. ( E. de CC. ( E. pacif. ( E. Variol. ( En. Confort. ( Garg. Variolos. Hauſt. paregor. 2. ( H. Variol. ( Inf. Rub. ( Jul. Cord. temp. ( J. perl. attemp. ( Loh. comp. ( L. Rub. ( Myſt. Coral. ( M. ad Gulam. ( M. pacif ( M. papav. ( M. Thab. ( Paſta ad Aphthas ( Ptiſana ( Pulv. Angel. comp. ( P. de Oc. Cancr. ( Ung. de Biſmut. — V. ad Feb. Malig.
Variola raro ferre Calide. — En. Confort.
De Variolis obſervatio mira. — Julp. Acido dulce.
Variolas corrigere Mercurium dulcem. — Pil. de Merc. dulci.
Ad Variolarum ruborem delendum. — Ung. de Biſmuth.
Ad Veaenatos Morſus. — V. ad Morſum.
Contra Vermes Externa. — Catapl. Amar. ( Empl. Aloet. ( Fot. Amar. ( Ung. Aloet.
Contra Vermes Interna. — Bol. Vermif. ( Dec. Corallinæ ( D. Sacr. ( En. Amar. ( E.

( E Dulç. ( Infus. Anthelm. ( Paſſulæ Anthelm. ( Pil. de Merc. 2. ( Fot. ( Vin. Enul.

Contra Vermes, quomodo Remedia exhibenda. — Pul. Anthelmint.

Vermium Indoles. — En. Amar. ( E. Dulce ( Fot. Amar.

Contra Vertiginem. — Cerev. Ceph. ( Epilept. ( Elect. Cephal. ( E. de Pœon. ( Expt. pœon. ( Infus. Ceph. ( Pil. Gent. ( Pul. Ceph. ( P. Eupht. ( P. Pavon. ( Tab. Ceph. ( Tinct. Purg. Ceph. ( Vin. Amar. ( V. Stom.

Ad Veſicæ Ulcera. — Bol. Bals. ( B. de Caſſ. ( Cerev. Aſtr. ( Dec. Bals. ( D. Equiset. ( D. Incraſſ. ( D. Malvæ Mag. ( D. Traumat. ( Elect. Diasulph. ( E Lucatel. ( E. de Myrr. ( E San. ( E. de Rhab. ( E. de Sarsa ( E. Tereb. ( En. Tereb. ( Infus. [Urticœ] ( Miſt. Balsam. ( M. Junip. ( M. Tereb. ( Pil. Camph. ( P. Gilead. ( P. Sulph. ( P. Tereb. ( Potio Alba ( P. Vuln. Arcæi ( Pul. Arab. ( Syr. Bals. ( Syr. de Myr. ( Tinct. Antiphth. ( T. Bals. ( T. Canth&rid.

Contra Vigilias. — V. Somnifera.

Ad Visum aciendum. — Pul. Euphr. Comp.

De Vitriolo albo. — Pul. Diacalcit.

Ad Ulcera. & Vulnera. — V. Oris, & Veſicæ Ulcera.

Ad Vomitionem ſiſtendam Externa. — V. Stomach. Externa.

Ad Vomitionem ſiſtendam Interna. — Dec. Febr. Sals. ( D Fracaſt. 2. ( Elect. Cinnam. ( E. Cretac. ( E Ment. ( E. e Zinzib. ( Elix. Cinnam. ( E. Stom. ( Hauſt. contr. Vom. ( Infus. Ros. 2. ( Julap. Antiemet. ( I. Stom. ( Miſt. Alcalis. ( M. Coral. ( M. ex. Ocul. Cancr. ( M. Salina ( M. Pacif. ( M. Stom. ( Pil. Antiemet. ( P. Salina ( Pul. Stom. ( Syr. Theriacal. ( Tinct. Aromat. ( T. Gent. ( T. Japon. ( T. Stom. ( Troch. Stom. ( Vin. Amar. ( V. Mira. ( Vin. Stom. — V. Somnifera Stomach.

Ad Urinam ciendam. — V. Diuretica.

Ad Urinæ Ardorem. — Dec. Incraſſ. ( D. Malvæ ( Elect. de Malva Emul. Arab. ( E. Com. ( En. Bals. E. Emoll. ( E. Lenius ( E. Refrig. ( E. Somnif. ( Hauſt. Camp. ( Pil. Camph. ( P. Resin. ( Pul. Arab. ( P. Incraſſ. Syr. Incras ( S. de Malva.

Ad Urinam. cruentam. — V. Hæmorr. ſiſt.

Urinæ cruentæ in Variolis, Hyſteria oppido rara. — Julap. Acido-dulce.

Ad Urinæ Incontinentiam. — Dec. Cannab. ( Pul. Consol. ( P. Montagn.

Ad Urinæ Suppreſſionem. Hauſt. Diur. Acid. — V. ad Arenul. Diuret.

Urina in Enematibus. — En. Tereb.

Ad Uteri Prolapsum. — V. ad Procident.

Uterum non poſſe prolabi. — Suffit. ad Uteri prolaps.

Ad Uvulæ Inflammationem, & Relaxationem. — Catapl. Angin. ( Dec. Malac. ( D. Pecti ( Elect. Apopleg. ( E de Manna ( E Sanans ( Empl. Angin. ( E. Epispaſt. ( E de Major. ( F. Maſt ( E. Nuchale ( Enema com. ( Garg. Angin. ( G. ad Pituit. ( G. pro Uvula ( Loh. Angin. ( L. Apophl. ( L. Mucilag. ( L. Ol. ( L. ad Rauced. ( L. Rub. ( L. de Sperm. Cet. ( L. Viride. ( Maſticat. ( Oxym. de Peto ( Pul. Uvul. ( Suffitus Catarrh. 2. ( Vapor. ad Angin.

Ad Uvulæ Inflam. Intentiones. — Garg. pro Uvula.

*F I N I S.*

# NOI RIFORMATORI

## DELLO STUDIO DI PADOVA

Concediamo Licenza a *Giuseppe Orlandelli* Stampator di Venezia *Per la dita di Francesco Pezzana* di poter ristampare il Libro intolato *Pharmacopœja extemporanea &c. Volumi. 2. Autore. Th. Fuller, &c. Tabula Smaragdina &c.* Ristampa osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 4. Agosto 1790.

( *Andrea Querini Rif.*
( *Pietro Barbarigo Rif.*
(

Registrato in Libro a Carte 395 al Num. 3100.

*Marcantonio Sanfermo Segr.*

(2)

# TABULA SMARAGDINA MEDICO-PHARMACEUTICA;

*IN QUA*

Sexcentorum, contra omnis generis morbos probatissimorum, selectissimorumque Medicamentorum, in nullo dispensatorio obviorum, sed partim ex optimis, & hoc tempore nominatissimis Practicis desumptorum, partim ab Amicis communicatorum, partim ex privatis manuscriptis erutorum, partim denique propria industria adinventorum, fidelis, & accurata Descriptio, ordine, ut vocant, alphabetico, insculpta, legitur.

*Cum Indice Morborum, & Medicamentorum.*

OPUS

Et Medicis, & Chirurgis, & Pharmacopœis perutile.

STUDIO

PHILIPPI FRAUNDORFFERI,

Phil. & Med. Doct. in Marchionatu Moraviæ Phys. Provinc. Regii, Acad. Cæsareo-Leopoldinæ Nat. Cur. Collegæ, d. Herodici.

*EDITIO VENETA EMENDATIOR.*

VENETIIS MDCCXC.

Apud Josephum Orlandelli,

NOMINE q. FRANCISCI EX NICOLAO PEZZANA.

*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*

Cento 18 xx